CLOSE ROLLS

OF THE REIGN OF

HENRY III.

CLOSE ROLLS

OF THE REIGN OF

HENRY III.

PRESERVED IN THE

PUBLIC RECORD OFFICE.

PRINTED UNDER THE SUPERINTENDENCE OF

THE DEPUTY KEEPER OF THE RECORDS.

A.D. 1227—1231.

PUBLISHED BY AUTHORITY OF HIS MAJESTY'S PRINCIPAL SECRETARY OF STATE
FOR THE HOME DEPARTMENT.

LONDON:
PRINTED FOR HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE,
BY EYRE AND SPOTTISWOODE,
PRINTERS TO THE KING'S MOST EXCELLENT MAJESTY

And to be purchased, either directly or through any Bookseller, from
EYRE AND SPOTTISWOODE, EAST HARDING STREET, FLEET STREET, E.C., and
32, ABINGDON STREET, WESTMINSTER, S.W.; or
OLIVER AND BOYD, EDINBURGH; or
E. PONSONBY, 116, GRAFTON STREET, DUBLIN.

1902.

CONTENTS.

I 96984

PREFACE.

The text of the Close Rolls from the sixth year of King John to the eleventh year of Henry III. was published in two large folio volumes, in 1833 and 1844 respectively. It is continued in the present volume down to the end of the fifteenth year of the latter reign. A more portable form has, however, been adopted, and all ordinary abbreviations in the Latin have been extended in the way now usual.

The text of this volume has been prepared by several officers of this Department working under the immediate direction of Mr. C. Trice Martin, an Assistant Record-Keeper. The Index has been compiled by Mr. A. E. Stamp, M.A., of this Department.

H. C. MAXWELL LYTE.

Public Record Office,
May 1902.

CORRIGENDA.

Page 2, Salvo, &c., *at the end of the first entry, belongs to the second entry.*

„ 72, Line 20, *for* Sirreneton *read* Sirreveton.

„ 498, „ 28, *for* Wexameb' *read* Wexemnb'.

„ 523, „ 8, *for* Nevill *read* Hanvill.

„ 528, „ 26, *for* Dentesalve *read* Deutesalve.

CLOSE ROLLS.

12 HENRY III.

1227.

[m. 15.] *De perdonacione pro Engel' de Cygoin'.* — Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Engel' de Cygoign' l libras que ab eo exiguntur super Scaccarium nostrum de firma manerii nostri de Odiham de anno regni nostri vij ; et xij lī. et x š. que ab eo exiguntur de firma manerii predicti de quarterio anni regni nostri viij ; et xlv lī. et viij đ.* que ab eo exiguntur in comitatu Glouc' de scutagio de Kineton' ; et j marcam que ab eo exigitur in eodem comitatu de debito Walteri de Stanton'. Perdonavimus etiam eidem Engel' xj marcas vij solidos et iiij đ. que ab eo exiguntur in comitatu Oxonie de fine heredis Galfridi de Bagshet ; et c š. qui ab eo exiguntur in eodem comitatu pro evasione cujusdam prisonis in villa de Henleg' ; et duas marcas que ab eo exiguntur in villa de Bensinton' de scutagio de Muntgomery ; et duas marcas que ab eo exiguntur in villa de Bensinton' de scutagio de Bedef'. Perdonavimus etiam eidem Engel' septem marcas que ab eo exiguntur in comitatu Heref' de exitibus episcopatus Herefordensis dum fuit in custodia sua ; et xvij š. et iiij đ. que ab eo exiguntur in eodem comitatu de catallis fugitivorum ejusdem episcopatus. Perdonavimus etiam eidem Engel' ducentas libras que ab eo exiguntur, quas Petrus de Cancellis, dum fuit constabularius suus Bristoll', recepit tempore Johannis regis etc. de fine abbatis de Strafflur, et quas idem Engel' liberavit in thesauro ipsius patris nostri ut dicit. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Engel' de debitis predictis quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Octobris anno etc. xij°.

De perdonatione tallagii.—Rex eisdem salutem. Sciatis quod de tallagio ville de Langwardby, que talliata fuit ad viij lī. v š. et viij đ. anno etc. xj°, perdonavimus hominibus ejusdem ville iiij lī. duos solidos et x đ. Et de tallagio ville de Salthill', que tallata fuit ad vij lī. xvi š. et duos denarios, perdonavimus hominibus ejusdem ville lxxviij s. et j d. Et de tallagio ville de Daleston', que tallata fuit ad septem libras xviij š. et ij đ., perdonavimus hominibus ejusdem ville lxxix s. et j d. Et de tallagio ville de Scotteb', que tallata fuit ad c et xiiij s. et iiij d., perdonavimus hominibus ejusdem ville lvij s. et duos denarios. Et de tallagio ville de Steinwegges, que tallata fuit ad xx s., perdonavimus hominibus ejusdem ville x s. De tallagio Willelmi de Ulvesby et Patricii de Ulvesby, qui tallati fuerunt ad iiij^or m̃., perdonavimus eis duas marcas. Et ideo

* Corrected from "xxj libras et iiij š."

6 96981 400—11/97. Wt. 104. A

1227.

[m. 15.] vobis mandamus quod predictos homines de Langwatheb' de predictis iiij li. duobus s. et x d., et predictos homines de Salthull' de predictis lxxvij s. et j d., et predictos homines de Daleston' de predictis lxxix s. et j d., et predictos homines de Scotteb' de predictis lvij s. et ij d., et predictos homines de Stainwigges de predictis x s., et predictos Willelmum et Patricium de predictis duabus m., quietos esse faciatis. Teste ut supra.

Salvo domino regi hundredo de Sedberg' unde vicecomes respondebit.

Pro Maria uxore Roberti de Curtenay.—Dominus rex commisit Marie uxori Roberti de Curtenay manerium de Sedleregh', quamdiu nobis placuerit, pro xx libris quas annuatim ad Scaccarium domini regis percipere consuevit nomine dotis de manerio de Aulton'. Et mandatum est vicecomiti Devon' quod de predicto manerio eidem Marie plenam saisinam habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

De c libris quas S. Cantuariensis archiepiscopus percipit de Waleden' et Depeden'.—Rex Hugoni de Rubeswurth', Umfrido de la Rokel', Miloni de Sumery et Ernaldo de Maundevill' salutem. Sciatis quod venerabilis pater S. Cantuariensis archiepiscopus protestatus est coram nobis quod non recipit per annum de maneriis de Waleden' et Depeden' nisi centum libras. Et ideo vobis mandamus quod, salva eidem archiepiscopo portione quam percipit de manerio de Depeden' ad predictas centum libras perficiendas una cum manerio de Waleden', de omnibus exitibus provenientibus de manerio de Deppeden' ultra portionem predictam Johanni filio Galfridi filii Petri intendentes sitis et respondentes. Teste ut supra.

Postea facte fuerunt inde littere patentes pro Johanne filio Petri.

De perdonatione pro Johanne de Gise.—Dominus rex perdonavit Johanni de Gise, servienti H. de Burgo, etc. xiiij m. et dimidiam que ab eo exiguntur ad opus domini regis, occasione duarum domorum que fuerunt Mossei de Cantebrug' Judei, et que sunt in manu sua de dono domini regis Judaismo London'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Johannem de predicto debito quietum esse faciant. Teste rege apud Cantuariam, xxxj die Octobris.

De terra que fuit Stephani de Mariscis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod terram que fuit Stephani de Mariscis in Wulmeton', et quam dominus rex capi precepit in manum domini regis, tradat Gregorio de Wulmeton' custodiendam et excolendam de bladis inventis in eadem terra. Ita quod nihil inde amoveatur donec dominus rex aliud inde preceperit, salvo gaignagio terre predicte. Teste ut supra.

De prisonibus deliberandis.—Mandatum est custodi gayole de Neugat' quod Rogerum Mercatorem et Matildam sororem ipsius, Edelinam de Erithe, Henricum de Bradefeld' et Johannam de Plesset', qui venerunt de Windlesor' et quos habet imprisonatos in predicta prisona de Newegate, sine dilatione deliberet et quo voluerint abire permittat, quia ipsos pro Deo dominus rex quietos clamavit. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Novembris.

1227.

[m. 15.] *De perdonatione scutagii.*—Dominus rex, ad petitionem Willelmi de Putot qui fuit cum domino rege in exercitu Bedeford', perdonavit Roberto de Amenevill', cujus filiam idem Willelmus habet in uxorem, duas marcas que ab eo exiguntur de eodem exercitu. Et mandatum est baronibus de baronibus* quod ipsum Robertum de predictis ij m̃. quietum esse faciant. Teste ut supra.

De pontibus et cleis.—Mandatum est constabulario castri de Porecestr' quod de pontibus et cleiis que sunt in custodia sua in castro Porecestr' faciat habere H. de Trublevill' pontes et cleias ad navem suam preparandam ad eundum in Wasconiam in servitium domini regis. Teste ut supra.

Pro priore de Mereton'.—Mandatum est forestariis de Wauberge quod permittant priorem de Merton' libere et sine impedimento habere porcos suos ad pessonem in foresta nostra de Wauberge sine pannagio dando, sicut consueverit habere tempore aliorum forestariorum nostrorum de Wauberge. Teste ut supra.

Pro Ada de Periton'.—Dominus rex de fine xij m̃. et dimidie, quem Adam de Periton' fecit cum eo pro habenda saisina terrarum que fuerunt Thome de Periton' patris sui et que eum hereditarie contingunt, relaxavit eidem Ade v m̃. Et mandatum est vicecomiti Warewic' quod accepta securitate a predicto Ada de residuis vij m̃. et dimidia, ipsum de predictis v m̃. pacem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Novembris.

De libertatibus de Irchenefeld'.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Heref' quod omnes libertates quas dominus rex concessit H. de Burgo, etc. in Irchenefeld' per cartam domini regis, in itinere suo integras ei conservent et illesas. Teste ut supra.

De bosco de Acorneby.—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit H. de Burgo, etc. boscum de Acorneby. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod ei de bosco illo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est ballivis foreste de Chipeham quod habere faciant Radulfo de Wiliton' tres damas in foresta de Chipeham ad opus Alienore cognate domini regis de dono suo. Teste ut supra.

De perdonatione xx solidorum.—Dominus rex perdonavit Hawisie filie Galfridi filii Petri xx s. ad quos amerciata fuit coram justiciariis assignatis ad gurgites videndos in aqua Tamisie in comitatu Berk'. Ita tamen quod gurgitem suum quem habet in eadem aqua, fieri faciat secundum quod provisum fuit coram justiciariis. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod ipsam Hawisiam de predictis xx s. pacem habere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra, per Henricum filium Aucheri.

* *Sic in MS.*, an error for "Scaccario."

1227.

[m. 15.] *De custodia terre et heredis Willelmi de Bochardeb'.*—Dominus rex concessit Alexandro Bacun, senescallo venerabilis patris W. Carleolensis episcopi, custodiam terris* et heredis Willelmi de Bochardeb' qui de domino rege tenuit in capite, cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Cumbrie quod eidem Alexandro plenam inde sine dilatione saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, viij† die Novembris, anno etc. xij°.

Pro Jollano Balu.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Mandamus vobis quod de demanda quam facitis Jeulano de Balu de redditu proveniente de terris comitis Britannie ad terminum Pasche anno regni nostri xj°, eidem Jeulano pacem habere faciatis, eo quod, antequam littere nostre ei directe ad eum pervenissent, ballivi predicti comitis redditum eum receperunt ad opus predicti comitis, ut dicitur. Teste rege apud Bernewell', xv die Novembris, anno regni xij.

De postibus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat priori de Bernewell'‡ quatuor postes et duas pannas in foresta de Waubergh' ad quandam cameram apud Bernewell' faciendam de dono domini regis. Teste rege apud Huntind', xvj die Novembris.

Pro Roberto de Dine rectatus de morte.—Mandatum est Stephano de Sedgrave et sociis suis justiciariis itinerantibus quod, si nemo sequatur mortem Ricardi filii Thome versus Robertum de Dine qui inde rectatus est nisi fama patrie, tunc ex parte domini regis nullam faciant inde inquisitionem usque ad adventum aliorum justiciariorum in partes illas. Ita tamen quod idem Robertus sit sub eadem custodia sub qua nunc est usque ad adventum predictorum justiciariorum. Teste rege apud Stamford', xviij die Novembris.

De perdonatione excessus.—Mandatum est eisdem quod dominus rex perdonavit Willelmo Chive, Alexandro de Turbervill', Nicholao de Rivera, Johanni le Porter, Galfrido Ruffo, Johanni filio Bartholomei et Rogero Carettario excessum quem fecerunt suspendendo sine licencia domini regis quosdam prisones qui evaserunt de prisona domini regis de Norhamt', et quod ipsi justiciarii eos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro Fulcone filio Warini.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod terra Fulconis filii Warini in Lamburn' quam cepit in manum domini regis per preceptum baronum de Scaccario, ut dicitur, eidem Fulconi replegiari faciat usque ad octabas Sancti Hillarii anno etc. xij°, et scire faciat eidem Fulconi quod tunc sit coram eisdem baronibus apud Westmonasterium, ostensurus quod jus habeat in terra illa et quo waranto eam teneat. Teste ut supra.

* Sic in MS. † Corrected from "x." ‡ Corrected from "Mereton."

1227.

[m. 15.] *Pro uxore Johannis de Wassingel'.*—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Ostendit nobis Dionisia que [fuit]* uxor Johannis de Wassingel' quod occasione fuge ipsius Johannis viri sui, qui fugit pro morte Martini Halfape, tu cepisti in manum nostram terram quam ipsi Johannes et Dionisia tenuerunt in dotem ipsius Dionisie de dono Willelmi Tup primi viri sui. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc de predicta terra cum omnibus catallis suis in ea inventis eidem Dionisie sine dilatione plenam saisinam habere faciatis. Teste ut supra.

De venatoribus missis usque Pikering'.—Dominus rex mittit magistrum Widonem et Johannem Stultum venatores suos ad capiendum in foresta de Pykering' xx bissas et x porcos ad opus domini regis. Et mandatum est ballivo predicte foreste quod eos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario de Pikering'.

Pro monialibus de Stamford'.—Dominus rex concessit monialibus Sancti Michaelis Stamford' quod habeant imperpetuum qualibet die unam carectatam de spinis vel de mortuo bosco in foresta de Cliva, et mandatum est Hugoni de Nevill' quod illis carectatam illam habere permittat sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat vicecomiti Huntindon' tres quercus in foresta de Wauberg', ad cendulas faciendas ad domos pauperum monialium Sancti Michaelis juxta Huntindon' cooperiendas. Teste ut supra.

De vinis ad opus domini regis.—Mandatum est majori de Len' quod de vinis Willelmi Juvenis et aliorum mercatorum qui vina habent in villa de Len', habere faciat Johanni de Cunde xxv dolia vini ad opus domini regis et unam navem ad vina illa ducenda usque Eboracum contra festum Natale Domini; et precium vinorum illorum et navis conducende sub sigillo suo domino regi significet apud Lond' in octabas Sancti Hillarii per prefatum Willelmum vel per aliquem alium a quo vina illa empta fuerint, et dominus rex denarios illos reddi faciet hiis quibus debite fuerint. Teste ut supra.

Pro Simone filio Simonis.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, si per inquisitionem quam dominus rex per eum fieri precepit, constiterit ei quod Radulfus filius Thome qui suspensus erat pro latrocinio, tenuit de Simone filio Simonis j rodam terre cum pertinentiis in Gretford', et quod terra illa extiterit in manu ipsius domini regis per unum annum et j diem, tunc predicto Simoni plenam saisinam inde habere faciat. Teste ut supra.

De mortuo bosco dato.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat magistro hospitalis Sancti Thome extra Stanford' xx carectatas de mortuo bosco in bosco de Dudinton' ad focum suum de dono domini regis. [Teste]* rege apud Stanf', xix die Novembris.

* Omitted in MS.

1227.

[m 15.] *De damis datis.*—Mandatum est eidem quod habere faciat Waltero de Preston' vj damas in foresta de Salceto ponendas in parco suo de Preston' de dono domini regis. Teste ut supra.

De assisis capiendis in comitatu Essex'.—Mandatum est M. de Pat[eshull'] et sociis suis quod assisas mortis antecessoris, nove disseisine, magne assise de advocationibus ecclesiarum capiant in comitatu Essex', sicut capi solent tempore Henrici de Essex', videlicet coram justiciariis itinerantibus ubicunque essent in comitatu Essex'. Teste ut supra.

Pro monialibus de Haliwell.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod de domo que fuit Abrahe filii Aaronis Judei in Linc', unde moniales de Halywell' consueverunt habere per annum x s., plenam saisinam habere faciat ipsis moniadibus, non obstante eo quod domus illa capta fuit in manum domini regis pro v m̃. quas ipse Abraham domino regi debuit de tallagio Bristoll'. Teste ut supra.

Dominus rex perdonavit monialibus de Haliwell' v m̃. quas Abraham filius Aaronis domino regi debuit de tallagio Bristoll', occasione quarum domus que fuit ipsius Abrahe in Linc', unde ipse moniales solent percipere per annum x s., capta fuit in manum domini regis, et ipsam domum eisdem monialibus reddidit. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis v m̃. ipsas quietas esse faciant, et faciant irrotulari quod domum predictam eis quietam reddidit. Teste ut supra.

Pro Matildi que fuit uxor Briani de Mara.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod habere faciat Matildi que fuit uxor Briani de Mara rationabilem dotem suam de omnibus terris que fuerunt ipsius B. viri sui in balliva sua, de quibus obiit saisitus ut de feodo. Teste ut supra.

De assisis in comitatu Essex' ponendis in respectum.—Mandatum est M. de Pat[eshull'] et sociis suis quod assisas nove dissaisine, mortis antecessoris, ultime presentationis et magnas assisas et alia placita de quibus contentio est inter dominum regem et H. de Burgo etc. de honore de Reylegh', de quibus capiendis dominus rex precepit eis alias quod facerent sicut fieri consuevit tempore preterito, ponant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii, ut tunc habito super hoc cum eis colloquio de consilio eorum statuat dominus rex quod viderit faciendum. Teste rege apud Grantham, xxj die Novembris.

Pro Godefrido de Craucumb'.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Godefrido de Crawecumb' quatuor furchias in haia de Wanberg' de dono domini regis. Teste ut supra.

De buscha venire facienda usque Eboracum ad opus domini regis.—Rex ballivis Hugonis de Nevill' de foresta de Galteris salutem. Sciatis quod erimus apud Eboracum ad instans Natale Domini, et ideo vobis mandamus quod buscam et carbonem, quantum nobis opus fuerit ad tres dies, venire faciatis ad domum domini Eboracensis archiepiscopi. Teste rege apud Newerc', xxij die Novembris.

1227.
[m. 14.] *De quatuor quercubus datis.*—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Willelmo Avenel, servienti regis Scottorum, iiij^or^ quercus in foresta de Syrewude ad se hospitandum de dono nostro. Teste rege apud Neuwerk', xxiij die Novembris.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod, si constiterit ei per inquisitionem factam per preceptum domini regis quod Jordanus le Bec et Editha uxor ejus, quos tenet in prisona pro morte Odonis filii Reimfridi unde rectati sunt, inde rectati sint odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint, tunc tradat eos in ballium xij etc. usque ad primam assisam etc. Et si quidem de catallis ipsorum ea occasione ceperit, eis sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Warevill'.—Dominus rex concessit Radulfo de Warevill', clerico H. Lincolniensis episcopi, quod portionem terre in Germuntthorp' quam emit de Briano de Ereburg' qui, ut dicitur, debito Aaronis Judei obligatus est et cujus terre vadia fuerunt ipsius Aaronis, quietam et liberam decetero teneat ab omni debito ipsius Aaronis. Ita quod occasione hujusmodi debiti in ea nulla fiat districtio. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod irrotulari et teneri faciant sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate de Croxton.—Dominus rex concessit abbati et canonicis de Croxtun' quod habeant in perpetuum unum mercatum singulis septimanis per diem Jovis apud manerium suum de Waltham, et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis duraturam per duos dies, videlicet in vigilia et in die Nativitatis Beate Marie; nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod mercatum predictum et feriam predictam per bailliam suam clamari et eis habere faciat sicut predictum est. Teste rege apud Noting', xxiiij die Novembris.

Pro hominibus de Bulewell'.—Mandatum est H. de Nevill' quod permittat homines de Bulewell' habere pasturam suam sub bosco de Bestwud' usque ad magnam stratam jacentem sub bosco illo, sicut dominus rex Henrico de Lamelegh' ballivo suo injunxit; ita tamen quod nihil assartent vel brueram succidant quamdiu nobis placuerit. Teste rege apud Grimeston', xxvj die Novembris.

Pro Roberto de Tatteshal'.—Dominus rex concessit Roberto de Tatteshal' terram que fuit Roberti Gadmer in Andercherch' qui suspensus fuit pro latrocinio, que est de feodo ipsius Roberti, habendam per unum annum et j diem, sicut idem dominus rex eam habere deberet in manu sua per eundem terminum. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod de predicta terra cum pertinentiis suis eidem Roberto sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Eliam, xxviij die Novembris anno etc. xij^o^.

Pro uxore que fuit Rogeri de Monte Begonis.—Dominus rex perdonavit Olive, que fuit uxor Rogeri de Monte Begonis, misericordiam in qua incidit coram vicecomite Linc' pro defalta quam Willelmus filius

1227.

[m. 14.] Radulfi [illegible] suus fecit, eo quod non fuit in proximo wapentakio de Lunedon' post festum Sancti Michaelis anno etc. xj°. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ipsam Olivam de predicta misericordia quietam esse faciat. Teste rege apud Thorp', ij die Decembris.

Pro hominibus de Killinghal'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod per probos et legales homines de soca de Cnarreburg' et de Ponte Burgi qui melius sciant et velint dicere veritatem, diligenter inquirat si Willelmus de Stutevill', quando primo recuperavit socam de Cnarreburg', dissaisiaverit homines de Kyllinghal' de pastura de Heywra voluntate sua propria, an eo quod eadem pastura fuit de dominico suo, ita quod predicti homines in ea nullam communam habere deberent. Et si per inquisitionem illam ei constiterit quod predictus Willelmus ipsos homines de eadem pastura dissaisiaverit sola voluntate sua et non eo quod eadem pastura fuit de dominico suo, et quod ipsi in ea nullam communam habere debuissent; mandatum est ei quod predictis hominibus de predicta pastura plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Cnarreburg', iiij die Decembris.

De escambio terre assignando pauperibus.—Rex Eboracensi archiepiscopo salutem. Venientes ad nos Elena Bugge et Beatricia soror ejus et Alanus filius Beatricie nobis monstraverunt quod antecessores ipsarum Elene et Beatricie tenuerunt temporibus antecessorum nostrorum regum Anglie duas bovatas et vj acras terre in Cnaresburg', et antecessores predicti Alani tenuerunt temporibus predictis duas bovatas terre in eadem villa exceptis duabus acris: quam quidem terram predicti antecessores propter inopiam et paupertatem dimiserunt, ita quod eam ulterius tenere non sufficiebant, que nunc in nostrum convertitur dominicum. Quia vero nobis visum est quod terram illam absque indempnitate nostra a dominico nostro non possumus alienare, vobis mandamus quod alibi in loco competenti ad valorem predicte terre, juxta quod expediens fuerit, predictis Elene, Beatricie et Alano aliam terram assignari faciatis. Teste rege apud Rypun', iiij die Decembris.

Pro canonicis de Rypun'.—Mandatum est eidem archiepiscopo quod habere faciat canonicis de Rypun' de dono nostro xx cheverones et x trabes in foresta nostra de Okeden' ad operationem turris ecclesie sue de Rypun'. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est magistro S. de Lucy quod habere faciat custodi pontium Dunholm' xij quercus ad reparationem eorundem pontium de dono nostro. Teste rege apud Dunholm', x die Decembris.

Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo quod habere faciat per visum alicujus de suis, de quo confidat, abbati de Girevall' xx quercus ad fabricam ecclesie sue de dono nostro in foresta nostra de Cnaresburg' extra dominicas hayas nostras ejusdem foreste. Teste rege apud Treske, xiiij die Decembris anno etc. xij°.

Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat custodi pontis de Toppeclive quatuor quercus in foresta de Gautris ad reparationem predicti pontis, qui fractus est. Teste ut supra.

1227.

[m. 14.] *Pro Hugone Graundin'.*—Mandatum est Stephano de Sedgrave et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Bedef' quod assisam de morte antecessoris, quam Ricardus de Glamvill' aramiavit versus Hugonem Grandyn, qui est in partibus Wasconie in servicio domini regis, de tenemento in Aspel' et in Eya, in itinere suo non capiant. Dicant etiam eidem Ricardo quod cum de partibus Normannie venerit et terram nostram Anglie ingressus fuerit sine licencia et voluntate domini regis, terram Anglie exeat et ad partes suas revertatur. Teste ut supra.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est eisdem justiciariis quod loquelam que est coram eis inter Radulfum de Tyvill' petentem et Hugonem Graundin qui est in Wasconia in servicio domini regis tenentem, de j carucata terre in Aspeleya, ponat (*sic*) in respectum donec idem Hugo de partibus predictis revertatur. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat priori de Marton' x quercus in foresta de Gautric' ad fabricam ecclesie sue de dono domini regis. Teste rege apud Crek', xiiij die Decembris.

Pro Ricardo de Gray.—Dominus rex perdonavit Ricardo de Gray tres marcas unde amerciatus fuit coram M. de Patesh[ull'] et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Essex'. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod pacem ei inde habere permittat. Teste rege apud Creik', xv die Decembris, anno xij'.

Pro Ricardo de Percy.—Rex custodi episcopatus Dunelmensis salutem. Ostendit nobis Ricardus de Percy quod vos, occasione tallagii, quod nuper assideri fecistis per preceptum nostrum in episcopatu Dunelmensi, super feoda ipsius que Marmaduc Darel de eo tenet per servicium militare, cum hujusmodi feoda talliari non debeant, tallagium assedistis. Et ideo vobis mandamus quatinus si ita est de predicto tallagio ipsum Marmaducum pacem habere permittas, et si quid ea occasione ab eo cepistis, id ei reddi facias. Teste ut supra.

Pro Petro de Brus.—Dominus rex concessit Petro de Brus quod mercatum suum quod teneri solebat apud manerium suum de Skelton' per diem Dominicam, decetero teneatur ibidem per diem Lune, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Eboraci etc. Teste rege apud Eboracum, xxv die Decembris.

Pro Johanne de Ken'.—Rex vicecomiti Sumers' salutem. Ostendit nobis Johannes de Ken, cujus terre in comitatu tuo vadia sunt Bonefey et Josepin Judeorum Bristolli, quod Judei ipsi per falsi suggestionem terras suas per preceptum nostrum in manus ipsorum liberari fecerunt, imponentes ei quod terminos suos inter eos statutos de debito quod eis debet solvendo non observavit. Et quia idem Johannes dicit se terminos illos hucusque observasse, tibi precipimus quod de catallis in terris ipsius Johannis inventis non permittas a predictis Judeis aliquid vendi vel amoveri, donec per justiciarios nostros ad custodiam Judeorum assignatos inquiri fecerimus utrum idem Johannes ad terminos statutos secundum quod inter eos convenit predictis Judeis satisfecerit nec ne. Teste ut supra.

1227.

[m. 14.] *Pro Willelmo de la Mare.*—Mandatum est vicecomiti Surr' quod non permittat quod Sampson filius Abrahe Judeus aliquid capiat vel amoveri faciat de terris Willelmi de la Mare, que sunt in manu ipsius Judei per preceptum domini regis occasione debiti quod idem Judeus exigit a predicto Willelmo, usque ad octabas Sancti Hyllarii; et interim scire faciat predicto Willelmo et predicto Judeo quod tunc sint apud Westmonasterium ut tunc inquiratur per justiciarios ad custodiam Judeorum assignatos qua occasione idem Judeus debitum illud exegerit, et si idem Willelmus ad debitum illud solvendum teneatur nec ne. Teste ut supra.

Pro Hugone de Basinges.—Dominus rex, ad petitionem W. Eboracensis archiepiscopi, de xl m̄. quas Hugo de Basinges ei debet de tallagio quatuor millium marcarum nuper assesso in civitate Lond', perdonavit ei x m̄. Et mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod eum inde pacem habere faciant. Teste rege apud Eboracum, xxvj die Decembris. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis x m̄. ipsum quietum esse faciant.

Pro senescallo Comitis Albemarlie.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non ponat senescallum W. comitis Albemarlie in assisas vel juratas extra comitatum suum. Teste rege apud Eboracum, xxvij die Decembris.

Pro L. capellano de licencia vendendi de bosco mortuo in Werredal'.—Mandatum est magistro S. de Lucy quod de mortuo bosco in foresta de Werredal' permittat L. decanum Sancti Martini capere ad vendendum usque ad summam c m̄. in recompensationem dampnorum que Ricardus quondam episcopus Dunelmensis ei fecit super bladis suis de Middelham que ei abstulit, que valuerunt centum marcas. Teste ut supra.

Pro abbate Belli Loci.—Rex Thome de Muleton' et Roberto de Lexinton' et sociis suis itinerantibus in comitatu Berk' salutem. Mandamus vobis quod permittatis [abbatem]* de Bello Loco habere curiam suam de Farendon' secundum tenorem carte sue quam inde habet de dono domini J. regis patris nostri: ita tamen quod aliquis vestrum accedat ad curiam illam ad assisas in ea capiendas et placita tam corone quam alia placitanda, salvis eidem abbati amerciamentis placitorum illorum. Teste ut supra.

Pro domino Eboracensi archiepiscopo et canonicis Eboracensibus de prorogatione diei.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod diem, quem ad instanciam venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi concessimus decano et capitulo Eboracensibus usque in octabas clausi Pasce anno regni nostri xij de quibusdam libertatibus et aliis, sicut continentur in litteris nostris quas alias inde tibi misimus, prorogavimus in octabas Sancti Michaelis anno eodem, ita quod omnia tunc sint in eodem statu quo ea esse precipimus ad diem predictum, videlicet in octabis clausi Pasce anno eodem. Et ideo tibi precipimus quod predictis decano et capitulo pacem interim inde habere permittas secundum tenorem precepti nostri quod alias tibi inde fecimus. Demandam etiam, quam per summonicionem Scaccarii nostri facis hominibus ecclesie Eboracensis de ultimo itinere justiciariorum, interim in respectum ponas. Teste ut supra.

* Omitted in the Roll.

1227.

[m. 14.] *Pro Willelmo de Vescy.*—Rex vicecomiti Norhumb' salutem. Scias quod perdonavimus Willelmo de Vescy viij libras quas ab eo exigis ad opus nostrum pro escapio cujusdam latronis. Et ideo tibi precipimus quod pacem ei inde habere permittas. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Eboracensibus.—Rex justiciariis suis de Bauco salutem. Sciatis quod diem, quem ad instanciam venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi concessimus decano et capitulo Eboracensi usque in octabas clausi Pasche anno regni nostri xij de quibusdam libertatibus quas clamaverunt in ultimo itinere justiciariorum nostrorum per comitatum Ebor', ad instantiam ejusdem archiepiscopi prorogavimus usque ad octabas Sancti Michaelis anno eodem. Ita quod omnia tunc sint in eodem statu coram nobis quo ea esse precepimus ad terminum predictum, videlicet in octabis clausi Pasche; et hoc vobis significamus. Teste ut supra.

Pro Roberto de Ros.—Dominus rex concessit Roberto de Ros quod ipse et heredes sui habeant unum mercatum per diem Martis apud manerium de Werk', et quod habeant unam feriam ibidem per tres dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Sancti Egidii. Nisi etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Cnarreburg' quod habere faciat abbati de Fontibus viij quercus in foresta de Cnarreburg' in forinseco bosco extra dominicas hayas domini regis, ubi competentius et ad minus nocumentum foreste capi possunt, ad pontem de Heiwic' nuper per inundationem aquarum fractum reparandum. Teste ut supra.

Pro fratribus ordinis predicatorum.—Rex majori et ballivis Eboraci salutem. Sciatis quod intuitu Dei dedimus et concessimus fratribus ordinis predicatorum de platia nostra que vocatur Kingestoftes, partem illam quam incluserunt quodam fossato versus partem occidentalem usque ad dunam fossati civitatis Eboraci versus borealem partem, quamdiu plana terra se extendit, ita quod nichil habeant de fossato civitatis predicte, et sic versus partem orientalem usque ad curtillagium Roberti filii Baldewini. Et ideo vobis mandamus quod de predicta placia per metas predictas claudenda plenam saisinam eis habere faciatis. Ita tamen quod habeant liberum exitum usque ad aquam de Usa per fossatum civitatis predicte. Teste rege apud Pontem Fractum, xxx die Decembris.

1228. *Hibernia. Pro Amaurico de Sancto Amando.*—Mandatum est justiciario Hibernie quod, non obstante eo quod Rogerus Huscarl', dum habuit de ballio domini regis duas carucatas terre cum pertinentiis in Baliscadan, commisit quandam partem illius terre aliis tenendam de eo ad firmam, de tota terra predicta cum pertinentiis, scilicet tam illa quam ipse Rogerus retinuit in manu sua quam illa quam ad firmam commisit vel aliter alienavit, Amaurico de Sancto Amando, cui dominus rex illam commisit ad se sustentendum in servicio domini regis quamdiu domino regi placuerit, plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Bliam, iij die Januarii.

De mercato et feria de Kirketon'.—Dominus rex concessit H. de Burgo quod habeat unum mercatum singulis septimanis per diem Mercurii apud

1228.

[m. 14.] Kirketon' et unam feriam ibidem singulis annis duraturam in vigilia et in die* Sancte Trinitatis et per iiij dies sequentes: nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Linc' etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex vicecomiti Noting' salutem. Precipimus tibi quod habere facias fratribus leprosis hospitalis Sancti Leonardi de Cestrefeld' duas quercus in bosco nostro de Carberton de dono nostro ad reparationem capelle sue. Teste rege apud Blie, iij die Januarii.

De custodia terre et heredum Willelmi Tup'.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod concessimus Dionisie, que fuit uxor Johannis de Wasingel', custodiam terre et heredum et filiarum Willelmi Tup' primi viri ipsius Dionisie, quam ipsi Johannes et Dionisia habuerunt donec ipse Johannes fugit pro morte Martini Halfap' unde rectatus fuit, et quam occasione fuge ipsius Johannis cepistis in manum nostram. Et ideo tibi precipimus quod de predicta custodia cum pertinentiis ipsi Dionisie plenam saisinam habere facias, faciens habere ipsi Dionisie de dono nostro catalla que fuerunt predicti Johannis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex vicecomiti Noting' salutem. Precipimus tibi quod habere facias priori de Blie sex quercus de bosco nostro de Carleton' de dono nostro ad domos suas reparandas. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi.—Quia constat domino regi ecclesiam de Novo Castro super Tynam simul cum quibusdam aliis ecclesiis a predecessoribus domini regis ecclesie Carleolensi fuisse collatam, rogat dominus rex Eboracensem archiepiscopum quatinus, cum ipsa ecclesia vacans fuerit, quod suum est in hac parte secundum ordinationem auctoritate domini Pape† factam a bone memorie dominis G. tituli Sancti Martini presbitero cardinali et P. Norwicensi episcopo, apostolice sedis legatis, exequatur circa personas venerabilis patris Carleolensis episcopi. Teste

Et mandatum est vicecomiti Norhumb' quod occasione vacationis illius ecclesie manum ad eam non mittat nec in aliquo se intromittat, quia dominus rex, nolens venire contra factum predecessorum suorum, mandavit Eboracensi archiepiscopo ut supra continetur.

De coquina facienda in castro de Windles[ores].—Mandatum est constabulario Windles' quod de x m̄. quas vicecomes Surr' ei liberabit juxta communem ipsius et ipsius vicecomitis provisionem, cui mandatum est quod ad hoc ad eum accedat sicut competentius et levius poterit, fieri faciet in castro predicto unam coquinam, ad defectum quem de coquina dominus rex ibidem habet interim supplendum, donec dominus rex meliorem coquinam ibidem fieri fecerit. Teste ut supra.

* Originally, "in die et in crastino." "In crastino" was struck out, and first "per v dies proximo sequentes" added, and then this corrected as above.

† Corrected from "a domino papa."

1227.

[m. 14.] *De vinis liberandis mercatoribus.*—Rex W. de Fortibus comiti Albemarlie salutem. Mandamus vobis quod, sicut alias viva voce vobis injunximus, habere faciatis Willelmo Burgelay xxj dolia vini que sua sunt de vinis, que penes vos habetis de vinis inventis in navi depredata apud Hulm', ad faciendum inde quod voluerit. Teste apud Eboracum, xxviij die Decembris.

1228. *Pro Hugone de Champaign'.*—Dominus rex terram, quam Hugo de Campan' habuit de ballio domini regis in Chipeham et quam vicecomes Wilt' postea cepit in manum domini regis per preceptum suum, ei reddidit usque ad clausum Pasche anno etc. xij°. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predicta terra plenam saisinam ei habere faciat usque ad terminum predictum. Teste rege apud Newerk', vij die Januarii.

Pro priore et canonicis de Novo Loco.—Dominus rex dedit et concessit priori et canonicis de Novo Loco x acras bosci cum pertinentiis juxta curiam eorum, scilicet proximas haie sue site super aquam de Lene, per perticam xviij pedum et dimidii. Et mandatur H. de Nevill' quod, assumpto cum eo vicecomite Noting', predictas x acras predictis priori et canonicis assignari et plenam saisinam eis inde habere faciat. Ita quod liceat eis eas claudere fossata et haia, ita quod fere intrare possint et exire. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Percy.—Rex magistro S. de Lucy salutem. Significavit nobis Ricardus de Percy quod de auxilio quod cepistis de feodo ipsius Ricardi, de quo vobis dedimus in mandatis ut illud plene redderetis, non reddidistis nisi unam medietatem. Et ideo vobis mandamus quod aliam medietatem ei reddat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat canonicis deservientibus ecclesie de Newerc' vj quercus in foresta de Shirewud' ad reparationem ecclesie predicte. Teste ut supra.

Mandatum est eidem H. quod habere faciat priori de Turgarton' iij quercus in foresta de Sirewud' ad operationem ecclesie sue de dono domini regis.

Pro Radulfo filio Reginaldi.—Mandatum est ballivo honoris de Berchamsted' quod, quamdiu Radulfus filius Reginaldi fuerit vicecomes Linc', permittat dominica sua quieta esse de secta facienda ad curiam Berchamsted'. Et si quid ceperit ab eo pro predicta secta postquam precepit quod inde quietus esset, sicut predictum est, ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Wadinton', ix die Januarii.

[m. 13.] *De denariis mittendis ad dominum regem.*—Mandatum est majori et ballivis Linc' quod denarios quantum poterint ad dominum regem mittant hac die Martis tempestive usque Brueram, si quos habetis de firma ville vestre de tallagio sive aliunde, et per ipsum quem cum denariis ipsis ad dominum regem mittent, litteras domini regis de allocatione eis remittet. Teste rege apud Wadinton', x die Januarii.

1228.

[m. 13.] *Pro magistro Alberto Ingeniatori.*—Dominus rex concessit magistro Alberto Ingeniatori quod habeat auxilium vicecomitis, quamdiu domino regi placuerit, de terra quam habet de ballio domini regis in Thorp', Sutton' et Bekingham. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictum auxilium ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro Rogero de Colevill'.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod perdonavimus Rogero de Colevile j marcam, quam ab eo exigis ad opus nostrum, de amerciamento unde amerciatus fuit coram Martino de Pat[eshull] et sociis suis justiciariis nostris ultimo itinerantibus apud Lincoln'. Et ideo tibi precipimus quod ipsum Rogerum inde quietum esse facias. Teste apud Ancheth', x die Januarii, anno regni nostri xij°.

Pro abbate de Abbendon'.—Mandatum est Thome de Muleton et sociis suis justiciariis in comitatu Berk' quod querelam quam habent versus abbatem de Abbendon' de atachiamento placitorum corone de hundredo de Hornemere, que per ballivos ipsius abbatis fieri consueverunt ut dicit, et si quam aliam querelam habeant adversus eum de qua dubitari debeat, ponant in respectum donec cum domino rege locuti fuerint apud Lond'. Teste ut supra.

Pro Waltero de Kirkeham.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Waltero de Kirkh', persone ecclesie de Rudeby, quod ipse et successores sui persone ejusdem ecclesie habeant in perpetuum warennam in terris suis propriis ad eandem ecclesiam pertinentibus, sicut plenius continetur in carta nostra quam inde habet. Et ideo tibi precipimus quod cartam illam in pleno comitatu legi facias, et warennam illam per ballivam tuam clamari et ei habere facias sicut predictum est. Teste rege apud Vallem die,* xiiij die Januarii.

De terra capienda in manum domini regis.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod capiat in manum domini regis terram quam Henricus Teutonicus tenuit in Longa Ledenham et in Fulebec de baillio domini regis de terris Normannorum, et inde plenam saisinam habere faciat Olivero de Albiniaco, cui dominus rex terram illam concessit ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu domino regi placuerit. Teste rege apud Stamford', xiiij die Januarii, anno xij°.

Pro abbate de Valle Dei.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod concessimus abbati et monachis de Valle Dei quasdam libertates contentas in carta nostra, quam eis fecimus, de ovibus suis non capiendis nec occidendis vel imparcandis et aliis in eadem carta contentis. Et ideo tibi precipimus quod cartam nostram de libertatibus legi facias in pleno comitatu tuo, et libertates in predicta carta contentas eis habere permittas sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Gileberto de Havill'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Gileberto de Havill' unam quercum in bosco de Geytinton' de dono domini regis. Teste rege apud Geytinton', xv die Januarii.

* *Sic in MS.*; an error for "Dei."

1228.

[m. 13.] *De quercubus datis.*—Eodem modo scribitur eidem Hugoni pro Willelmo de Albin' de quatuor quercubus ad cheverones, ubi competentius et ad minus nocumentum capi possint extra parcum de Geytinton' et parcum de Brikeston'. Teste ut supra.

Pro priore de Castro de Hymel'.—Dominus rex intuitu Dei concessit priori et canonicis de Castro Himel' quod habeant singulis diebus imperpetuum unum equum sumericium itinerantem bis in die in foresta de Clyve extra dominicum parcum suum, ad mortuum boscum et siccum ad focum predictorum prioris et canonicorum. Et mandatum est H. de Nevill' quod eos equum predictum habere permittat sicut predictum est. Teste rege apud Norhamt', xv die Januarii.

Pro hominibus de Hukenhal'.—H. etc. vicecomiti Noting' etc. Precipimus tibi quod forestarios et homines de Hukenhal' quos capi precepimus, si adhuc capti sint, dimittas per plevinam, et, si nondum capti sint, capias ab eis salvos plegios et eos cum catallis su[is] esse in pace permittas donec aliud inde tibi preceperimus. Teste me ipso apud Norhampt', xv die Januarii, anno regni nostri xij°.

Pro Vassalo de Haffuillus.—H. etc. vicecomiti Leic' etc. Precipimus tibi quod de sectis comitatus et hundredorum et auxiliis vicecomitis que exigis de terra Vassali de Aufullus in Lulleho, deferas eidem Vassallo et hominibus suis quamdiu fuerit in servicio nostro per preceptum nostrum in Wasconia. Teste me ipso apud Norha', xv die Januarii, anno regni nostri xij°.

Pro Hugone de Chastillun'.—Dominus rex licenciam dedit Hugoni de Chastillun' quod possit essartare unam acram ad perticam domini regis de bosco suo de Lechamsted' de longo in longum bosci ipsius versus villam de Lechamsted'. Et mandatum est H. de Nevill' quod hoc fieri permittat. Teste rege apud Lechamsted', xviij die Januarii.

Pro Ricardo persona de Byhamel.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod cum Ricardus, persona ecclesie de Byhamel, aramiasset per preceptum nostrum coram Simone de Roppel', Jordano de Esseby, Johanne Coleman et Alexandro de Pointon', justiciariis ad hoc constitutis, assisam ad recognoscendum utrum unum mesagium in Byhamel sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam ipsius Ricardi de Byhamel an laicum feodum Galfridi le Clerc, predictus Galfridus recognovit predictum mesagium esse jus ecclesie predicti Ricardi de Bihamel et illud reddidit et quietum clamavit de se et heredibus suis ipsi Ricardo et successoribus suis personis ejusdem ecclesie ut jus ipsius ecclesie imperpetuum. Et ideo tibi precipimus quod de predicto mesagio cum pertinenciis eidem Ricardo plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj die Januarii

De hiis qui rectati sunt in comitatibus Salopie et Staff' de malo recto.—Rex vicecomiti Salopie et Staff' salutem. Precipimus tibi quod omnes illos qui rectati fuerunt de malo recto coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus

1228.

[m. 13.] in comitatibus tuis, nec venerunt coram eisdem justiciariis ad standum inde recto, et de quibus preceptum fuit quod ter exigantur de comitatu in comitatum, et nisi venerint quod utlagentur, si invenerint tibi bonos et salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, pacem habere permittas usque ad adventum predictorum justiciariorum. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Veredun'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod de xx^o marcis, quas Nicholaus de Verdun' nobis debuit de amerciamento itineris dilectorum et fidelium nostrorum Stephani de Segrave et sociorum suorum in comitatu Leicestr', perdonavimus ei xv m̃. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xv m̃. ipsum quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro episcopo Elyensi.—Rex E. thesaurario et camerariis suis salutem. Sciatis quod de trescentis marcis quas G. Elyensis episcopus nobis solvisse debuit a die Sancti Hillarii in xv dies anno etc. xij., dedimus ei respectum usque in j mensem post Pascha anno eodem; et hoc vobis significamus. Teste rege apud Westmonasterium, xviij die Januarii, anno eodem.

De perambulatione facienda inter Peniard' et feodum Herefordensis episcopi.—Rex Hugoni de Nevill' salutem. Mandamus vobis quod assumptis vobiscum forestariis, viridariis et de legalioribus et discretioribus hominibus de visneto de Ros et de Peniard', in propria persona accedatis apud forestam nostram de Peniard, et per sacramentum eorum perambulationem fieri faciatis inter feodum nostrum de Peniard' et feodum Hugonis Herefordensis episcopi de Ros; ita quod feodum nostrum in Peniard' et feodum predicti episcopi in Ros per certas divisas et metas distinguantur, et perambulationem illam sic factam stare faciatis, quia tam nos ex parte nostra quam dominus episcopus ex parte sua in illam perambulationem nos posuimus. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Januarii.*

De perdonatione pro Ricardo de Camberwell'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod x m̃. quas exigitis per summonitionem Scaccarii nostri a Ricardo de Cumberwell' de fine xv marcarum, quem fecit cum justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu Wiltes' ut esset per ballium pro morte Rogeri Cobi unde rectatus fuit, ei perdonavimus; quia ipsum Rogerum, de cujus morte rectatus fuit, vivum coram nobis produxit. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj die Januarii, anno regni nostri xij.

Hibernia. Pro Nicholao de Veredun.—Mandatum est justiciario Hibernie quod loquelam, que est inter Radulfum Bagot petentem et Nicholaum de Veredun' tenentem per breve domini regis de recto, de feodo j militis cum pertinentiis in Razo, et loquelam de waranto j carucate terre cum pertinentiis extra pontem de Drogheda, unde Philippus de Nugent' vocavit predictum Nicholaum ad warantum, ponat in respectum usque in octabas Nativitatis Sancti Johannis Baptiste anno etc. xij^o. Teste rege apud Westmonasterium, j die Februarii.

* This is followed by a cancelled entry, ordering a payment of 10 *l.* to Roger la Zuche.

1228.

[m. 13.] *De custodia terrarum et heredis Roberti de Veteri Ponte.*—Dominus rex concessit H. de Burgo comiti Kancie etc. custodiam terre et heredis Roberti de Veteri Ponte, qui de eo tenuit in capite, usque ad etatem ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Roberti in balliva tua plenam ei sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Dorset', Notingham', Suhamt', et constabulario de Richem' de manerio de Stratthorp', quod fuit predicti Roberti, liberando Willelmo de Blockel' et Gileberto de Kirketon' ad opus ipsius comitis.

De fustis datis.—Mandatum est Thome de Birkin' quod habere faciat G. Elyensi episcopo xl fusta in bosco de Mamesfeld' de dono domini regis ad maeremium inde faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, iij die Februarii.

Pro Willelmo de Rughedon'.—Mandatum est constabulario Divis' quod habere faciat Willelmo de Rughedon' duas furchas in foresta de Chipeham ad quandam grangiam faciendam de dono nostro. Teste ut supra.

De custodia terre et heredis Willelmi Paynel.—Dominus rex concessit Hereberto filio Mathey custodiam terre et heredis Willelmi Paynel qui de domino rege tenuit in capite, cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Devon' quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua eidem Hereberto plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, iiij die Februarii.

Pro Galfrido Talun'.—Galfridus Talun sufficienter se excusavit coram domino rege quod non recepit c s̃. quos dicebatur se recepisse ut iret in Wasconiam in servicium domini regis, pro quo remisit ei dominus rex indignationem quam conceperat versus eum occasione predicta. Et mandatum est vicecomiti Cumbrie quod eum decetero ea occasione non vexet nec in aliquo inquietet. Et si quid de suo ea occasione ceperit, ei sine dilatione reddat. Teste ut supra.

Pro uxore Roberti de Veteri Ponte.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod de omnibus terris quas Robertus de Veteri Ponte habuit in balliva sua de hereditate Idonee uxoris sue, et que capte sunt in manum domini regis occasione mortis ipsius Roberti, prefate Idonee plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, v die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Noting' et Buk' et Eboraci Teste ut supra

Pro Odone filio Baldwini de Hodenet'.—Mandatum est constabulario de Muntgomery quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat Odoni filio et heredi Baldwini de Hodenet de omnibus terris cum pertinentiis quas idem Baldwinus de domino rege tenuit in capite, et que ipsum Odonem jure contingit hereditario in balliva sua. Teste ut supra.

1228.

[m. 13.] *Pro Sahero de Sancto Andrea et sociis suis.*—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod de terra quam Matildis de Dina habuit in dotem in balliva sua de dono Willelmi de Dina quondam viri sui, et que capta fuit in manum nostram post mortem ipsius Matildis occasione terre quam ipsa de nobis tenuit in capite, Sahero de Sancto Andrea et Matildi uxori ejus, Ricardo de Muscegros et Alicie uxori ejus et Simoni de Muscegros et Asceline uxori ejus, plenam saisinam habere facias, ut de hereditate ipsarum Matildis, Alicie et Asceline, consanguinearum predicti Willelmi de Dyna cujus heredes ipse sunt. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Norwic'.—Mandatum est constabulario de Kenilleworth' quod habere faciat Radulfo de Norwic' xx bretnias vivas in vivario de Kenilleworth' ad quendam vivarium ipsius Radulfi instaurandum, de dono domini regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro comite Warenn'.—Mandatum est justiciario Hybernie quod austurcum, qui fuit Willelmi Pippard et quem penes se habet in custodia sua, liberet datori presentium nuncio dilecti et fidelis nostri W. comitis Warenn' deferendum in Angliam ad opus ipsius comitis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Hecham de perdonatione.—Dominus rex perdonavit Ricardo de Hecham unam m̃. quam vicecomes Norhamt' ab eo exigit per summonitionem Scaccarii de amerciamento unde amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu suo. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Faure fabro quarellorum.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, non obstante eo quod dominus rex alias ei precepit quod habere faceret Willelmo de Mala Morte et Johanni fratri ejus, qui singulis diebus fabricant e quarellos, novem denarios in die, et Willelmo flechiatori qui habet in die quatuor denarios, habere faciat eisdem liberationes suas tam in diebus festivis quam aliis. Teste ut supra.

Pro Ada de Bessin de perdonatione j marce.—Dominus rex perdonavit hominibus* Ade de Bessin de Eton' unam marcam que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii, unde ipsi† amerciati fuerunt coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Staff'. Et mandatum est vicecomiti Stafford' quod eidem Ade pacem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, x die Februarii.

De x doliis vini liberandis H. de Aldith'.—Mandatum est constabulario Glouc' quod de xxx doliis vini que dominus rex cariari precepit usque Glouc' et liberari ibidem ad opus domini regis, habere faciat Henrico de Aldithel' x dolia carianda usque Salopiam contra adventum domini regis ad partes illas. Teste ut supra.

* This word is interlined.

† Corrected from "idem Adam."

1228.

[m. 13.] *Pro monialibus de Bromhal'.*—Mandatum est Jordano forestario quod de c acris bruere, quas intuitu Dei dominus rex concessit priorisse et monialibus de Bromhal', sine dilatione plenam saisinam eis habere faciat per metas et divisas coram domino rege per eum nominatas et provisas. Ita quod eas libere claudere possint et excolere decetero sine impedimento. Teste ut supra.

Pro abbate de Burgo.—Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Quia per inquisitionem quam fieri fecimus, nobis constat quod predecessores Briani de Mara feofati fuerunt de terris suis quas tenuerunt de abbatia de Burgo Sancti Petri, ita quod terras illas tenuerunt de abbatia illa per servicium militare antequam haberent forestariam marisci de Spalding' vel in feodo vel de ballio; tibi precipimus quod de terris que fuerunt ipsius Briani, quarum custodia ad predictum abbatem pertinent* ratione predicta, simul et de herede ipsius Briani, predicto abbati plenam saisinam habere facias. Teste ut supra.

Et mandatum est Roberto de Colevill' quod de terris que fuerunt ipsius Briani, quarum custodiam dominus rex ei commisit donec super hoc certificaretur, ipsi abbati plenam saisinam habere faciat; et siquid inde ceperit postquam ei in custodia fuerunt commisse, id eidem abbati plene restituat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod non distringat dominica abbatis de Burgo ad parcum domini regis Norhamt' claudendum, aliter quam facere consueverunt temporibus H. regis avi domini regis et R. regis et J. regis usque ad guerram motam inter ipsum et barones Anglie. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Matham quod Galfridum filium et heredem Briani de Mara, qui est in custodia sua et cujus custodia et maritagium pertinet ad abbatem de Burgo, eo quod predecessores ipsius feofati fuerunt de terris suis quas tenuerunt de abbatia de Burgo per servicium militare antequam haberent forestariam marisci de Spalding', ipsi abbati sine dilatione liberet. Teste ut supra.

Pro Roberto de Barrevill'.—Rex recepit a Roberto de Barevill' unum spervarium sorum de anno etc. xj°, quem ei debuit pro terra sua de Berton', quam dominus rex ei dedit tenendam de eo per unum spervarium sorum per annum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsi inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De brennis datis W. Eboracensi archiepiscopo.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod habere faciat W. Eboracensi archiepiscopo xxx brennas in vivario de Fassa de dono domini regis ad vivarium suum de Wiltan' instaurandum. Teste ut supra.

De heremitorio de Finemere.—Mandatum est H. de Nevill' quod visis litteris istis capiat in manum domini regis heremitorium de Finemere, faciens in eo divina celebrari donec dominus rex aliud inde providerit.

* *Sic in MS.*

1228.

[m. 13.] Injungat etiam fratri Willelmo monacho de Bradewell' quod inde recedat ad domum suam ibidem decetero moraturus. Teste rege apud Westmonasterium, xiij die Februarii.

Et mandatum est eidem monacho quod inde recedat etc.

Pro Willelmo Belmund'.—Mandatum est ballivis Eboraci quod navem quam arestari fecerunt eo quod Willelmus de Briggeho, suspensus postea pro consensu malefactorum navis depredate ante Sandwic', in ea inventus fuit, et quam dominus rex inquisivit esse Willelmi Belemund' de Grimesb', cum catallis in eadem navi contentis que sunt ejusdem Willelmi, ei sine dilatione deliberari faciant. Teste ut supra.

[m. 12.] *De cheveronibus datis.*—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat G. comiti Glouc' et Hertford' xl cheverones in bosco de Auvour' de dono domini regis ad se hospitandum apud Craneburn'. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Februarii.

Pro Johanne Marescallo.—Dominus rex concessit Johanni Marescallo quod ipse et dominica sua sint quieta de sectis comitatuum et treingorum* et wapentakiorum et de auxilio vicecomitis et de visu franci plegii usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xij°. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod sic esse permittat. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Dominus rex concessit Radulfo filio Nicholai quod habeat singulis septimanis per diem Lune unum mercatum apud manerium de Hasel', quod fuit Willelmi Pipard' et quod est in manu ipsius Radulfi ratione custodie terrarum et heredis ipsius Willelmi quam rex ei dedit, et quod habeat ibidem singulis annis unam feriam per tres dies duraturam, videlicet in vigilia et in die et in crastino Apostolorum Petri et Pauli, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod etc. Teste ut supra.

Pro Roberto Ilgeberti de Beverlaco.—Quia Willelmus Belmund de Grimesb' confessus est coram Simone de Hal' et Willelmo de Eboraco, quos dominus rex misit usque Grimesb' ad inquisitionem faciendam de rebus navis depredate ante Sandwic', quod vendidit Roberto Ilgeberti de Beverlaco duo dolia plena uncto, et invenit salvos plegios quod denarios illos reddet vicecomiti Linc', mandatum est vicecomiti Eboraci quod occasione precepti quod dominus rex fecit de predicto Roberto distringendo ad denarios illos reddendos, ipsum ad hoc non distringat. Teste ut supra.

De justiciaria Hibernie.—Rex civibus Dublin' salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli nostro Ricardo de Burg' justiciariam terre nostre Hibernie quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod firmam ville nostre de termino instantis Pasche anno regni nostri xij° non reddatis dilecto et fideli nostro Galfrido de Marisc' nec alicui alii nisi

* "Hundr'" is struck out before this word.

1228.

[m. 12.] predicto Ricardo vel certo nuncio suo litteras suas patentes deferenti. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur civibus Limiric'.

Eodem modo scribitur Donecano Oarbr' (*rectius* Carbr').

Eodem modo scribitur civibus de Drocheda.

Eodem modo scribitur civibus Waterford'.

Eodem modo scribitur civibus Corcag'.

Dominus rex concessit et carta sua confirmavit abbati et monachis Westmonasterii quod habeant imperpetuum unam feriam apud manerium suum de Stanes singulis annis per quatuor dies duraturam, videlicet in crastino Ascensionis Domini et per tres dies proximo sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Middles' etc. Teste rege apud Westmonasterium, xvij die Februarii.

Eodem modo concessit eis dominus rex per eandem cartam quod habeant imperpetuum unum mercatum apud manerium suum de Morton' singulis septimanis per diem Martis nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod etc. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod dominus rex per cartam suam dedit Henrico de Aldithel' pro homagio et servicio suo manerium de Egmundon' cum novo burgo et aliis pertinentiis suis, per unum spervarium mutatum domino regi per annum reddendum ad festum Sancti Michaelis; et quod ipsi barones sic irrotulari et teneri faciant. Teste ut supra.

De terris que fuerunt Johannis Herlycun'.—Rex majori et vicecomitibus Lond' salutem. Sciatis quod concessimus et carta nostra confirmavimus H. de Burgo comiti Kancie justiciario nostro, omnes terras, redditus et tenementa que fuerunt Johannis Herlicun cum pertinentiis suis infra civitatem Lond' et extra, salvo venerabili patri R. Cicestrensi episcopo cancellario nostro quodam gardino quod fuit predicti Johannis et quod idem episcopus habet de dono nostro. Et ideo vobis precipimus quod de omnibus terris, redditibus et tenementis que idem Johannes habuit in baillia sua, eidem comiti secundum tenorem carte nostre plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro hominibus de Aundovr'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis nos concessisse et carta nostra confirmasse hominibus nostris de Aundovr' manerium nostrum de Aundovr' cum hundredo et aliis pertinentiis suis, habendum et tenendum de nobis et heredibus nostris illis et heredibus suis ad feodi firmam, reddendo inde annuatim ad Scaccarium nostrum per manum suam quater xx^ti libras blancas de antiqua firma et xx libras numero de cremento ad duos terminos, scilicet ad Scaccarium Pasche xl li. blancas et x libras numero, et ad Scaccarium Sancti Michaelis xl li. blancas et decem libras numero, sicut* dominus J. rex pater noster eis per cartam suam concessit. Et ideo vobis mandamus quod sic irrotulari et observari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij die Februarii.

* From this word to the end of the sentence is interlined.

1228.

[m. 12.] Eodem modo scribitur vicecomiti Suhamt', et quod ipse de hiis que ad predictum manerium de Andovr' vel ad predictam firmam pertinent in nullo se intromittat. Teste ut supra.

Rex ballivis suis Bristoll' salutem. Sciatis quod per cartam nostram confirmavimus* hominibus nostris de Anndovr' quasdam libertates contentas in predicta carta. Et ideo vobis mandamus quod predictam cartam coram vobis legi faciatis et eisdem libertatibus, videlicet quibus usi sunt temporibus H. regis avi nostri et R. regis avunculi nostri et domini J. regis patris nostri tempore pacis, eos uti permittatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis de Neubir' et Lutegareshal'.

Pro hominibus Philippi de Albin'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod deferat hominibus Philippi de Albin', quem dominus rex non permittat a se recedere de secta comitatus et hundredi et treingi usque ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xij°.

Pro Rogero Gernet.—Dominus rex concessit per cartam suam Rogero Gernet forestario de feodo foreste comitatus Lanc' custodiam predicte foreste domini regis ejusdem comitatus cum omnibus ad eam pertinentibus, habendam et tenendam eidem Rogero et heredibus suis de domino rege et heredibus suis, reddendo inde domino regi et heredibus suis ipse et heredes sui per manus suas ad Scaccarium Sancti Michaelis xij li. Ita quod nullus vicecomes inde decetero se intromittat sicut plenius in carta continetur. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod de predicta foresta vel de predicta firma decetero se non intromittat. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Februarii.

De catallis que fuerunt advocati de Bethun'.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod habere faciat Johanni de Estrees omnia catalla que fuerunt advocati de Bethun', qui nuper obiit, inventa in balliva sua, et siquid inde captum fuerit vel amotum id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De terris que fuerunt advocati de Bethun'.—Dominus rex commisit Willelmo de Percy et Bertram de Gartlip' omnes terras et redditus qui fuerunt advocati de Bethun' in Anglia, ad se sustendandos in servicio domini regis quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est Waltero de Pateshull' quod de redditu quem per annum reddere solebat predicto advocato, predictis Willelmo et Bertramo intendens sit et respondens sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxj die Februarii.

Eodem modo scribitur abbati de Winchecumbe et de Favresham.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de redditu, quem idem advocatus percipere solet per annum de abbate de Winchecumbe, predictis Willelmo et Bertramo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie de redditu quem idem advocatus percipere solebat de abbate de Faveresham. Teste ut supra.

* Corrected from "concessimus."

1228.

[m. 12.] *Pro abbate de Girevall'.*—Dominus rex concessit et cartis suis confirmavit abbati et monachis de Girevall' quasdam donationes et libertates eis concessas, sicut plenius continetur in cartis predictis eis inde factis. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod predictas cartas in pleno comitatu suo legi faciat, et libertatibus contentis in predictis cartis, videlicet quibus usi sunt temporibus H. regis avi et R. regis avunculi et domini J. regis patris domini regis tempore pacis, eos uti permittat.

De denariis quos homines de Grimesby debent mercatoribus.—Rex constabulario turris Lond' salutem. Precepimus vicecomiti nostro Linc' quod omnes denarios quos homines de Grimesb' debent de mercandisis quas emerunt de malefactoribus existentibus in navi que depredata fuit coram Sandwic', colligi et venire faciat usque Lond' tibi liberandas. Et ideo tibi precipimus quod denarios illos recipias et illos salvo custodias donec aliud inde preceperimus. Ut autem scias quantum inde recipere debeas, mittimus tibi rotulum quendam sigillo nostro sigillatum, in quo continentur omnes particule debitorum que debentur de predictis mercandisis. De denariis autem illis habere facias Willelmo Burgay pro duobus doliis uncti que sua fuerunt, xxiij m̃. et viij đ. et pro quatuor waghis sepi xxviij s̃. et pro dimidia wagha sepi iij s̃. et vj đ.; ita quod per totum habeat xxiiij m̃. et v s̃. et vj đ. Teste rege apud Westmonasterium, xxij die Februarii.

Et mandatum est vicecomiti Linc' quod omnes denarios quos homines de Grimesb' debent de mercandisis quas emerunt etc. et quos dominus rex precepit cariari usque Lond' in media quadragesima, colligi faciat et duci usque Lond' etc. ut supra.

Pro Simone de Hal'.—Dominus rex pro custodia castri Sarr' et comitatus Wilt' que Simon de Hal' custodivit tribus quarteriis unius anni et pro expensis suis quas fecit in itinere justiciariorum per comitatus Linc', Eboraci, Nothumbrie, Cumbrie et Westmeril', et pro expensis suis quas fecit ad tallianda dominica domini regis et pro harnesiando ad eundum in servicio domini regis in Hiberniam, perdonavit eidem summam centum et viij lī. et xj d. quos domino regi debet de pluribus debitis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De vinis liberandis ad carianda usque Westmonasterium.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de vinis domini regis que sunt in custodia sua de prisa domini regis, faciat habere Willelmo de Haverell' et Russello de Sancto Maxencio x dolia vini carianda usque Westmonasterium ad opus domini regis, videlicet ix dolia vini Wasconie et unum dolium vini Andegavie. Teste ut supra.

Pro episcopo Bathoniensi.—Dominus rex dedit J. Bathoniensi episcopo, ad ampliandum parcum suum de Doggemerefeld', septem acras pasture domini regis extra predictum parcum ex parte australi de longo in longum ejusdem parci. Et mandatum est ballivis de Odiham quod predictas vij acras mensurari et ei inde seisinam habere faciant sicut predictum est. Teste ut supra.

1228.

[m. 12.] *De tallagiis concessis R. comiti Cornubie.*—Dominus rex concessit R. comiti Cornubie tallagium assisum in villa de Ivelcestr', occasione cujus homines ejusdem ville distringuntur per summonitionem Scaccarii domini regis. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod predictos inde pacem habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' de tallagio de Wilton' et Winteresiawe.

Mandatum est Rogero de Hodesac quod molendina domini regis de Bamburg', que constabularius de Bamburg' ei liberabit per preceptum domini regis, recipiat et ea salvo custodiat, donec dominus rex aliud inde preceperit.*

Pro Pagano de Chaurces.—Dominus rex commisit Pagano de Chaurces manerium de Alfinton' ad se sustentandum in servicio suo, quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est Thome de Cyrencestr' quod eidem Pagano de predicto manerio sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij die Februarii.

De tradendo in ballio.—Quia constat domino regi per inquisitionem factam per preceptum suum, quod Ricardus de Escrop', captus et detentus in prisona domini regis Oxonie pro morte Reginaldi Waggebastun', non est captus et detentus in prisona odio et athia nec de morte illius culpabilis est; mandatum est majori et prepositis Oxonie quod, si idem Ricardus invenerit eis xij probos et legales homines qui manucapiant habere eum coram justiciariis ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum recto siquis versus eum inde loqui voluerit, tunc ipsum tradant predictis xij probis et legalibus hominibus, sicut predictum est. Et habeant ibi nomina illorum xij et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Alicia de Moyun'.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod ex quo Aliciam de Moyun, que fuit uxor Willelmi Paynel, liberaverit ei Willelmum filium et heredem predicti Willelmi, sicut dominus rex ei injunxit, habere faciat eidem Alicie rationabilem dotem suam de omnibus terris que fuerunt predicti Willelmi quondam viri sui in balliva sua, simul cum maritagio ipsius Alicie; heredem autem predictum habere faciat Hereberto filio Mathei, cui dominus rex concessit custodiam terre et heredis predicti Willelmi usque ad etatem ipsius heredis cum maritagio ejusdem heredis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Morton' capellano.—Quia H. Lincolniensis episcopus domino regi per litteras suas signavit (*sic*) quod Thomas de Morton capellanus sufficienter se purgavit in foro ecclesiastico de crimine homicidii, unde rectatus fuit coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Buk', mandatum est vicecomiti Buk' quod de terra sua de Morton', quam ea occasione cepit in manum domini regis, plenam saisinam habere faciat. Et siquid inde ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ripariis.—Dominus rex commisit Willelmo de Ripariis, filio Ricardi de Ripariis, ad se sustentandum in servicio suo,

* The first four words are struck out for deletion; the reason being given in the margin "Quia in rotulo finium."

1228.

[m. 12.] quamdiu ei placuerit, unam carucatam terre cum pertinentiis in Estden', quam dominus J. rex pater domini regis predicto Ricardo de Ripariis commiserat. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod de predicta terra cum pertinentiis suis eidem Willelmo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et sciendum est quod quamdiu habet terram illam, dominus rex erit quietus de x libris quas idem Willelmus recipere consuevit annuatim de dono domini regis.

De dammis datis.—Mandatum est ballivis nove foreste de Clarendon' quod habere faciat S. de Malo Leone xv dammas vivas in predicta foresta de dono domini regis. Teste ut supra.

*Pro domino rege de debito Roberti de Ros.**—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod distringat abbatem de Rivallis ad reddendum domino regi debitum quod ei debet pro Roberto de Ros, unde recognovit coram W. Eboracensi archiepiscopo et aliis executoribus testamenti ipsius Roberti se domino regi debere reddere; ita quod dominus rex debitum illud habeat ad Scaccarium Pasche, anno etc. xij°, juxta summonitionem Scaccarii quam inde habet idem vicecomes. Teste ut supra.

Missum fuit breve per nuntium uxoris Roberti de Veteri Ponte.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod inquirat quo devenerint et qui habeant catalla Roberti de Veteri Ponte, que vendita fuerunt post mortem suam; et eadem revocata et per probos homines appretiata habere faciat Idonee que fuit uxor ipsius Roberti, accepta securitate quod de pretio illo respondebit domino regi ad summonitionem suam. Pretium vero scire faciat baronibus de Scaccario super proximum compotum suum. Teste ut supra.

De prisone deliberando.—Mandatum est custodi gaiole de Flet' quod Rogerum de Cestreford', quem tenet in prisona sua de Flet' pro appello quod Oliva domina sua versus eum fecit de pace domini regis fracta, unde eidem Olive satisfecit de licencia domini regis, deliberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium, j die Marcii.

De quercubus ad domos Havering' reparandas.—Mandatum est parcario de Havering' quod habere faciat Henrico filio Aucheri tres quercus in parco de Havering' ad domos domini regis de Havering' reparandas. Teste rege apud Westmonasterium, ij die Marcii.

Pro fratribus milicie Templi.—Robertus de Veteri Ponte, qui nuper obiit, antequam moreretur et dum bene compos sui esset, concessit et contulit pro salute sua domui militis (*sic*) Templi in Anglia unam carucatam terre cum pertinentiis in Wicumbe, cujus quidem in hac parte dominus rex gratum habet et acceptum. Et mandatum est constabulario Waling[ford] quod eosdem fratres predictam terram in pace et sine impedimento tenere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, v die Marcii.

De warda castri de Windles[ores]—Mandatum est vicecomiti Berk' quod de terra Willelmi de Windles', quam cepit in manum domini regis per

* This entry is crossed out, the reason given in the margin being, "quia in rotulo finium."

1228.

[m. 12.] preceptum suum pro debitis que idem Willelmus domino regi debet quamdiu terra illa fuerit in manu domini regis, habere faciat constabulario Windles' wardam debitam predicto castro de eadem terra, sicut fieri debet et solet. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Marcii.

De probatoribus faciendis venire coram Thoma de Muleton' et R. de Lexinton'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod, ad mandatum Thome de Muleton' et Roberti de Lexinton', quos dominus rex assignavit justiciarios itinerantes in comitatu Suhamt', coram eis venire faciat duos probatores, videlicet Philippum le Archer et Thomam filium Ailward' qui sunt in custodia sua apud castrum de Sarr', ad appella sua prosequenda versus eos quos appellant de latrocinio et de societate. Preceptum est etiam vicecomiti Dorset' et Sumerset', in cujus balliva sunt malefactores quos ipsi appellant, quod ipsos capiat et sub bona custodia ad eum venire faciat quos ex parte domini regis accipiat et eos in prisona Sarr' salvo custodiat, ducendos una cum predictis probatoribus coram predictis justiciariis cum id ei mandaverint faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, vij die Marcii.

Et mandatum est vicecomiti Dorset' et Sumerset' quod inquirat ubi Adam de la Ewelme et Willelmus Wrench, quos Philippus le Archevesch', probator, appellat de societate latronum, et Reginaldus filius Christiane, Johannes Ruffus et Adam le Hoper', quos Thomas filius Ailward', alius probator, appellat de latrocinio, inveniri possint; quos duci faciat usque ad castrum Sarr' liberandos vicecomiti Wilt' etc. ut supra.

Dominus rex concessit priori et canonicis Sancte Fretheswithe Oxonie quod feria, que teneri solebat singulis annis apud Oxoniam per vij dies, videlicet in vigilia et in die Translationis Sancti Benedicti et per v dies sequentes, de cetero teneatur ibidem singulis annis per septem dies, videlicet in vigilia et in die Sancte Fretheswithe et per v dies sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Oxonie etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Februarii.

[m. 11.] *De fine Walteri de Lascy.*—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Scias quod dilectus et fidelis noster Walterus de Lascy finem fecit nobiscum quod de residuo quatuor milium marcarum quod nobis debet de fine quem fecit cum domino J. rege, patre nostro, pro habenda terra sua in Hibernia, que fuit in manu ipsius patris nostri, sicut illam habuit eo die quo predictus pater noster illam cepit in manum suam secundum conventionem factam inter ipsum patrem nostrum et predictum Walterum, et similiter de residuo trium milium marcarum quod idem Walterus nobis debet de fine quem fecit nobiscum pro habenda saisina omnium terrarum suarum in Hibernia, que capte fuerunt in manum nostram occasione guerre quam Hugo de Lascy nobis ultimo movit in Hibernia, et pro habenda saisina feodorum suorum, scilicet terrarum illarum quas homines sui sive milites sive liberi homines de eo tenuerunt in Hibernia, et que capte fuerunt in manum nostram eo quod fuerunt contra nos cum predicto Hugone in guerra predicta, reddet nobis singulis annis ad Scaccarium nostrum Dublin' quingentas marcas ad duos terminos, videlicet ad Scaccarium Sancti Michaelis anno etc. xij°, ducentas et l m̃., et ad Pascha anno etc. xiij°, ducentas et l m̃.,

1228.

[m. 11.] et sic de anno in annum ad eosdem terminos ad eosdem terminos* quingentas marcas quousque predictum residuum utriusque finis nobis persolvatur. Ita quod si idem Walterus terminos predictos non servaverit, tunc capientur in manum nostram castrum suum de Trum et quingente marcate terre de terris suis quas idem Walterus habet in Hibernia, quousque nobis inde fuerit satisfactum. Et ideo vobis mandamus quod predictas quingentas marcas ab eo recipiatis ad terminos predictos, sicut predictum est. Et si forte predictus Walterus terminos predictos inde non servaverit, tunc sine dilatione castrum predictum de Trum et predictas quingentas marcatas terre de terris quas idem Walterus habet in Hibernia, in manum nostram capiatis et eas salvo custodiatis, recipiendo exitus eorundem ad opus nostrum in solutione predicti finis predictarum quingentarum marcarum quousque aliud inde preceperimus. Teste rege apud Lamh[eiam], ix die Marcii anno etc. xij°.

Pro Ricardo Duket.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Suff' quod assisam mortis antecessoris, quam Adam filius Benedicti de Blakenham aramiavit versus Ricardum Duket, quem misit in Hiberniam, de manerio de Blakenham cum pertinentiis, ponat in respectum donec idem Ricardus redierit de Hibernia. Teste ut supra.

Hibernia. De marchiis firmandis.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod scire faciat omnibus illis qui terras habent in marchiis Hibernie, quod in terris suis firment a Pascha anno etc. xij° in unum annum. Et nisi fecerint, ipse terras illas capiat in manum domini regis et salvo custodiat donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De nave reducenda in portum de Hul.—Mandatum est comiti Albem' quod navem, in qua mercatores interfecti fuerunt ante Sandwic' et quam baillivi sui duxerunt extra portum de Hul usque in libertatem suam, reduci faciat usque in portum de Hul et liberari vicecomiti Eboraci, cui mandatum est quod ipsam recipiat custodiendam donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Lamheiam, xj die Marcii.

Hibernia. Pro Thurstano de Perepunt'.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod, quam citius poterit et ad hoc se optulerit oportunitas, provideat Thorstano de Perepunt, militi regis, in wardis vel escaetis unde rationabiliter possit sustentari in servicio domini regis. Teste rege apud Lamph[eiam], xij [die Marcii†] anno etc. xij°.

Pro Henrico filio Aucher' et Henrico de Waltham de terra in Wenden'—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, non obstante precepto domini regis quod fecit de terra Ricardi de Chileham et Roesie uxoris ejus in Wenden' in manum domini regis capienda, talem saisinam habere faciat Henrico filio Aucher' et Henrico de Waltham de terra predicta, qualem inde habuit ante predictum preceptum domini regis. Teste rege apud Lamh[eiam], xiij die Marcii

* *Sic in MS.* † Omitted in the MS

1228.

[m. 11.] *De denariis receptis de hominibus de Grimesby.*---Rex vicecomiti Linc' salutem. Sciatis quod recepimus de hominibus de Grimesby per manus Henrici filii Ancher', constabularii Turris Lond', xxxvj lī. et xix s̄. et vij đ. de catallis mercatorum, unde tibi summonitionem fecimus, preter v s̄. quos per preceptum nostrum quod tibi fecimus liberaverunt Willelmo Burgeis mercatori ad expensas suas, et ita computatis illis v s̄. quieti sunt de summa denariorum illorum, et hoc tibi scire facimus. Teste rege apud Lamph[eiam], xiij die Marcii anno etc. xij°.

[H. Dei] gratia rex Anglie etc. ballivo Eboraci salutem. Sciatis nos dedisse et carta nostra confirmasse fratribus ordinis [Predicato] rum commorantibus in civitate nostra Eboraci, capellam nostram Sancte Marie Magdalene in Eboraco, que sita est in placia que vocatur Kingescotes, et partem quandam ejusdem placie, ad edificandum et habitandum ibidem, sicut plenius continetur in carta nostra eis inde facta; et ideo vobis mandamus quod eisdem fratribus de predicta capella et de predicta parte predicte placie, secundum metas contentas in predicta carta nostra, sine dilatione plenam saisinam habere faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, viij die Marcii, anno regni nostri xij.*

Hibernia. Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod de omnibus terris, que fuerunt Willelmi Pippard in Hybernia, baillivis Radulfi filii Nicholai ad opus suum plenam saisinam habere faciat et ipsum Radulfum in saisina ipsa manuteneat et custodiat, et diligenciam quam poterit adhibeat ad filiam et heredem predicti Willelmi que est in Hibernia perquirendum ad opus predicti Radulfi. Teste rege apud Windlesor', xvij die Marcii.

De tradendis in ballio.—Mandatum est vicecomiti Heref', quod, si singule subscriptarum, Anabilla de Hampton, Cecilia Blauncheflur et Emma Wise, detente in prisona pro morte Nigelli de Bristoll' unde rectate sunt, invenerint ei vj homines de comitatu suo qui eas manucapiant coram justiciariis ad primam assisam etc. ad respondendum inde siquis etc., tunc tradat etc. Teste rege apud Rading'.† xviij die Marcii.

De assisis nove dissaisine et mortis antecessoris comitatus Wiltes'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ad locum et diem, quos Robertus de Lexinton' et Thomas de Muleton' et socii sui justiciarii itinerantes in comitatu Suhamt' ei mandabunt, venire faciat coram eis omnes assisas nove dissaisine et de morte antecessoris que emerserunt post recessum justiciariorum ultimo itinerantium in comitatu illo. Teste rege apud Rading', xix die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumerset' et Dorset'. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao de Verdun'.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Ostendit nobis Nicholaus de Verdun' quod cum ipse, tempore quo Galfridus de Mariscis tunc justiciarius noster Hibernie ivit una nobiscum in expeditione in Coignatiam cum exercitu nostro,

* This entry is on a slip of parchment stitched on to the roll.

† Corrected from "Windles'."

1228.

[m. 11.] remaneret ad marchias partium illarum custodiendas per preceptum predicti justiciarii nostri, et ita servicium nobis debitum faceret, scutagium suum de feodis militum que de nobis tenet nichilominus ab eo exigitur ad opus nostrum per summonitionem Scaccarii Dublin'. Et ideo vobis mandamus quod per probos et legales homines de partibus illis diligenter inquiratis, utrum predictus Nicholaus servicium suum nobis debitum marchias predictas custodiendo per preceptum predicti justiciarii nobis faceret, sicut predictum est. Et rei veritatem nobis sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos eam inquisieritis nobis significetis. Interim autem de predicta demanda ipsi Nicholao pacem habere faciatis. Teste rege apud Rading', xx die Marcii.

De saisina pro Petro de Cosham.—Rex constabulario de Porecestr' salutem. Quia Petrus de Cosham satisfecit nobis de relevio suo, et constat nobis per inquisitionem, quam fieri fecimus, quod Willelmus de Cosham qui mortuus est tenuit de nobis in capite unam carucatam terre cum pertinentiis in Cosham per servicium inveniendi nobis unum servientem cum una lorica ad custum suum in castro nostro Porecestr' per xl dies tempore guerre, et quod Petrus de Cosham, filius predicti Willelmi, est propinquior heres ejus; tibi precipimus quod eidem Petro de predicta terra cum pertinentiis, sicut predictus Willelmus eam tenuit die quo obiit, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Rading',* xxij die Marcii.

Pro hominibus de Esinden' et de Beyford'.—Monstraverunt domino regi homines de Esinden' et de Beyford' quod occasione misericordie c li. in qua totus totus (*sic*) comitatus Hertford' incidit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu illo, hidagium quoddam assedit vicecomes super eos ad auxilium faciendum ceteris de comitatu ad misericordiam illam acquietandam, et inde eos distringit. Quia vero predicti homines nec alii de dominicis domini regis sectam faciunt ad comitatum, et ea ratione non tenentur ad misericordiam ceterorum de comitatu illo acquietandam auxilium facere aut inde participes esse; mandatum est vicecomiti Hertf' quod homines predictos super hujusmodi hidagio et demanda pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Waltero Carpentar' de Cnaresburg'.—Constat domino regi per inquisitionem quam fecit, et per cartam Willelmi de Stutevill' quam inspexit, quod idem Willelmus dedit et carta sua confirmavit Waltero Carpentar' quadraginta acras terre cum pertinentiis in Cnaresburg', inter duas vias quarum una vadit de molendino ad boscum et alia de ponte ad boscum, tenendas illi et heredibus suis, et quod predictus Walterus de predictis xl acris terre saisitus obiit, post cujus obitum predictus Willelmus de Stutevill' predictam terram cepit in manum suam occasione minoris etatis Roberti de Myton', filii et heredis predicti Walteri Carpentar', qui nunc plene etatis est. Et mandatum est ballivo de Cnaresburg' quod eidem Roberto de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

* Corrected from "West'."

1228.

[m. 11.] *De quodam imprisonato deliberando.*—Mandatum est vicecomiti Suhamt'* quod Walterum le Cuner, quem tenet in prisona per preceptum domini regis quia equus Joscelini Le Roter mortuus fuit in custodia sua, sine dilatione deliberari faciat, et si quid ea occasione de catallis suis captum fuerit, sine dilatione id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Nevill'.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Monstravit nobis Johannes de Nevill' quod, cum finem fecisset cum Deulecresse Judeo Linc' de debito quod Galfridus de Nevill', pater suus, eidem Judeo debuit ad reddendum ei singulis annis x m̃., debitum illud captum est in manum nostram eo quod predictus Judeus non sufficiebat reddere nobis debitum quod nobis debuit. Et ideo vobis mandamus quod, si ita est, inquiratis diligenter ad quos terminos idem Johannes predictas x m̃. predicto Judeo reddere tenebatur, et inquisitione facta eosdem terminos ad predictas x m̃. solvendas eidem Johanni habere permittatis. Teste rege apud Rading', xxvij die Marcii.

De respectu pro abbate Radinges'.—Dominus rex respectum dedit abbati de Rading' de consuetudine, que ab eo exigitur, de navibus suis descendentibus per aquam Tamisie cum rebus et mercandisis versus Lond' et iterum per eandem aquam ascendendo redeuntibus, usque ad festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xij°, et eundem respectum dedit ei dominus rex de lij s̃. qui exiguntur ab eo de arreragiis ejusdem consuetudinis, ut interim per inspectionem rotulorum de Scaccario et cartarum ipsius abbatis, et per inquisitionem quam inde fieri faciet, rex inquirat utrum ipse abbas quietantiam super consuetudine illa habuerit et habere debeat, prout ipse clamat habere per cartas predecessorum regum Anglie. Et mandatum est ballivo de Windles' quod de predicta consuetudine et de arreragiis ejusdem consuetudinis pacem ei interim habere permittat. Teste rege apud Rading', xxviij die Marcii.

De rectatis in comitatu Hereford'.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod si homines comitatus sui, qui coram justiciariis ultimo itinerantibus in eodem comitatu se subtraxerunt pro malefactis unde rectati fuerunt, et pro quibus preceptum fuit quod utlagarentur nisi venirent ad standum inde recto, invenerint ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis ad primam assisam etc., tunc pacem eis interim habere permittat. Teste ut supra.

Pro Matilda que fuit uxor Galfridi de Sanzusemar'.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Ostendit nobis Matildis, que fuit uxor Galfridi de Sanzusemar', quod tu, occasione mortis ipsius Galfridi viri sui, cepisti in manum nostram dotem suam quam habuit de libero tenemento quod fuit Willelmi de Tylly in Rodenham', primi viri predicte Matildis. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tu de predicta dote ipsi Matildi saisinam suam restituas et ea, que de dote illa cepisti occasione illius saisine, ipsi Matildi plene restituas. Teste ut supra.

* Corrected from "constabulario Wintonie."

1228.

[m. 11.] *Pro abbate de Bello Loco.*—Mandatum est Thome de Muleton', Roberto de Lexinton' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Suhamt', quod permittant abbatem de Bello Loco habere curiam suam de Farendon' in itinere suo secundum tenorem carte sue quam habet de dono domini J. regis patris domini regis, ita tamen quod aliquis eorum accedat ad curiam illam ad assisam in ea capiendam et placita tam corone quam alia placitanda, salvis eidem abbati amerciamentis placitorum eorum. Teste ut supra.

Pro imprisonatis apud Wintoniam.—Ostensum est domino regi quod prisones, qui capti sunt in balliva Suhamt' et qui semper consueverunt et debent imprisonari in gaiola Wintonie, imprisonari facit vicecomes Suhamt' in castro Wintonie, cum dominus rex non habuerit nec habere velit aliam gaiolam apud Wintoniam ad prisones suos imprisonandos quam gaiolam suam civitatis Wintonie. Et mandatum est eidem vicecomiti quod prisones de cetero alibi quam in gaiola predicta sine speciali mandato regis non faciat imprisonari. Teste ut supra.

Pro quadam reclusa.—Quia vicecomes Glouc' signavit domino regi quod non est ad nocumentum dominicorum domini regis de Kingesham, vel alicujus vicini partium illarum, si Celestr' inclusa fuerit apud capellam suam de Kingesham, mandatum est ei quod ipsam quando voluerit ibidem includi permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Rogero de Clifford' quod habere faciat comiti W. Marescallo x quercus in foresta de Den' de dono domini regis, sparsim per loca ubi minus appareat et ad minus nocumentum foreste cepi possint, ad operationem turris de Strigoil.' Teste ut supra.

Pro Roberto le Sauvage.—Rex vicecomiti Dereb' salutem. Monstravit nobis Robertus le Sauvage quod, occasione cujusdam misericordie, in quam totus comitatus tuus incidit coram justiciariis nostris itinerantibus pro falso judicio, tu ipsum et homines suos de balliva tua distringis ad misericordiam illam una cum ceteris de comitatu acquietandam, cum ipse et homines sui ad comitatum sectam non faciant, ratione cujus misericordie illius debeant esse participes. Et ideo tibi precipimus quod, si iidem Robertus et homines sui sectam ad comitatum tuum non faciunt nec facere debeant nec aliquid fecerint quare debeant esse participes illius misericordie, ipsos occasione predicta non distringas. Teste rege apud Rading', xxxj die Marcii.

Pro uxore Stephani de Ebroicis.—Datum est domino regi intelligi quod, occasione precepti domini regis quod fecit de terris que fuerunt Stephani de Ebroicis in manum domini regis capiendis, vicecomes Heref' terram quam Isabella de Cantilupo, quondam uxor ipsius Stephani, tenuit in dotem de dono ipsius Stephani, in balliva sua in manum domini regis capi fecit. Et ideo mandatum est eidem vicecomiti Heref' quod, si ita est, tunc non obstante mandato predicto, predicte Isabelle de predicta terra quam ipsa tenuit in dotem de dono predicti Stephani in balliva sua, sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1228.
[m. 10.] *Pro priore Dunholm'*.—Mandatum est magistro S. de Lasey, custodi episcopatus Dunholm', quod omnes querelas et contentiones motas in curia Dunholm' episcopi contra priorem Dunholm' et homines suos, et quas in respectum poni precepimus usque in xv dies a die Pasche anno etc. xij., quando nuper fuimus in partibus borealibus, ponat in respectum usque ad festum Sancte Trinitatis anno eodem. Teste rege apud Rading', ij die Aprilis.

Pro Gileberto de Lascy.—Mandatum est vicecomiti Hertf' quod dominus rex replegiavit Gileberto de Lasey terram que fuit Stephani de Ebroicis et est de feodo ipsius Gileberti, et quam dominus rex in manum nostram capi fecit, usque ad diem dominicam proximam ante Ascensionem Domini, quia dominus rex dedit ei diem ut tunc sit coram ipso ad respondendum ei super hiis que de custodia ejusdem terre ei proponet. Teste rege apud Rading', iij die Aprilis.

De exclusis abbatisse de Fonte Ebroldi apud Portesm[ue].—Mandatum est constabulario Porecestr' quod habere faciat priori de Letton', procuratori abbatisse Fontis Ebroldi in Anglia, tria fusta de dono domini regis in foresta de Bera ad exclusas quas J. rex fieri fecit in stagno ipsius abbatisse de Portesm[ue] obturandas. Teste rege apud Rading', iij die Marcii.

Dominus rex concessit eidem abbatisse de Fonte Ebroldi quod exclusas predictas, quas J. rex fieri fecit in stagno ipsius abbatisse de Portesm[ue], que per inundationem et tempestatem maris fracte sunt, faciat et decetero calceta ibidem fiat. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod non obstante hoc quod rex J. etc. muros fieri fecit prope exclusas illas ad galias suas propter procellas maris infra muros illos includendas,* predictam abbatissam predictas exclusas obturare et de cetero ibidem calcetam fieri permittat. Teste ut supra.

De placitis justiciariorum tenendis apud Suhamt' de eadem villa.—Rex Thome de Muleton', Roberto de Lexinton' et sociis suis justiciariis in comitatu† Suhamt' salutem. Volentes laboribus et expensis proborum hominum nostrorum Suhamt' parcere in hoc itinere nostro propter eorum paupertatem, concessimus ad instantiam eorum hac vice quod vos accedatis usque Suhamton' ad placitandum infra eandem villam omnia placita que ad eandem villam pertinent coram justiciariis itinerantibus placitanda, expeditis prius ceteris agendis vestris de itinere vestro comitatus Suhamton'. Et ideo vobis mandamus quod ad placita ejusdem ville infra eandem villam placitanda, sicut predictum est, diem et locum competentem quibus predicti homines coram vobis ad hoc possint conveniri, ipsis hominibus assignari faciatis, ita quod hujusmodi concessio nostra hac vice eis facta non trahatur in consequentiam nec in posterum in nostre dignitatis cedat lesionem. Teste rege apud Radinges', iij die Aprilis, anno etc. xij.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Petro filio Hereberti sex damos in foresta nostra de Merleberg', ponendos

* "Includendendas" in the MS.

† "In comitatu" is repeated in the MS.

1228.

[m. 10.] in parco suo de Lechamsted', de dono nostro. Teste rege apud Rading', iiij die Aprilis.

Pro abbate Glouc' et Willelmo Talebot' et Willelmo de Coigneres.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod illum quem abbas Glouc', qui languidus est, ut dicitur, attornare voluerit de hiis que ad dominum regem pertinent in eodem comitatu, loco ipsius abbatis tamquam attornatum suum ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Consimiles litteras habuit Willelmus de Coigneres, qui est in servicio domini regis ad forestam Windles' custodiendam.

Consimiles litteras habet Willelmus Talebot, qui est de familia domini regis, quod vicecomes Eboraci admittat senescallum suum vel alium tamquam attornatum suum de hiis, etc. Teste ut supra.

Pro Johanne Blancbuilly.—Mandatum est Thome de Muleton' et Roberto de Lexinton' et sociis suis etc. in comitatu Suhamt' quod assisam nove disseisine, quam Johannes de Blancbuilly aramiavit versus quosdam de Suhamt' et alia placita que ad ipsum Johannem pertinent, in itinere suo capiant antequam accedant usque Suhamt' ad placita ville Suhamt' placitanda, sicut dominus rex eis mandavit; non obstante eo quod dominus rex hac vice concessit hominibus de Suhamt' quod placita ad predictam villam Suhamt' pertinentia infra eandem villam placitentur. Teste ut supra.

Pro abbate de Begor'.—Mandatum est ballivis nundinarum Sancti Botulfi quod permittant abbatem de Begor' in Britannia sine difficultate percipere annuum redditum suum de exitibus nundinarum Sancti Botulfi, sicut illum percipere debet et solet. Teste rege apud Rading', x die Aprilis, anno etc. xij°.

Pro abbate de Bello Loco.—Mandatum est Thome de Muleton' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Suhamt' quod non occasionet (*sic*) nec occasionari permittant in itinere suo abbatem de Bello Loco vel homines suos, eo quod quidam defunctus inventus in terra sua infra Novam Forestam domini regis sepultus fuit absque visu coronatoris vel viridarii domini regis. Teste rege apud Rading', x die Aprilis.

Mandatum est eisdem quod permittant abbatem de Bello Loco habere curiam suam de hiis que ad ipsum pertinent in comitatu Suhamt' in itinere suo, secundum tenorem carte sue quam habet de dono domini J. regis etc. salvis eidem abbati amerciamentis de hiis que ad ipsum pertinent secundum tenorem predicte carte. Teste ut supra.

Pro abbatia de Wylton'.—Rex vicecomiti Wiltes' salutem. Scias quod nos electioni facte de Alicia quondam priorissa de Wilton' in abbatissam ejusdem loci regium adhibuimus assensum et favorem, et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad eandem abbatiam pertinentibus in balliva tua, plenam ei sine dilatione saisinam habere facias. Teste rege apud Rading', xj die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Suhamt', Dorset', Devon' et Cornubie, et episcopo Sarr', qui habet custodiam ejusdem abbatie vacantis.

1228.

[m. 10.] *De licentia concordandi.*—Priorissa de Winton' et Adam de Bendeng' tractaverunt de pace inter se facienda de loquela que summonita est coram justiciariis itinerantibus in comitatu Suhamt' inter ipsum Adam petentem et ipsam priorissam tenentem de una hida terre in Hurtlegh', et ad instantiam eorum concessit dominus rex eis licentiam concordandi absque amerciamento. Et mandatum est eisdem justiciariis quod illud breve, quod predictus Adam perquisivit de loquela illa coram eis summonenda, eidem Ade habere faciant. Teste ut supra.

Pro Henrico de Tybbetot'.—Dominus rex perdonavit Henrico de Tybbetot' unam marcam, ad quam amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus pro defalta, et que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eidem Henrico de predicta marca pacem habere permittat. Teste rege ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Radulfo de Wyliton' quod habere faciat J. Bathoniensi episcopo xx fusta in bosco de Furches de dono domini regis, ad quandam grangiam faciendam apud manerium suum de Pukelescherch'. Teste ut supra per Walterum de Kirkeham.

Pro Ricardo de Belhus.—Dominus rex perdonavit Ricardo de Belhus xx solidos unde amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Essex', occasione generalis summonitionis facte coram eis in itinere suo, et mandatum est vicecomiti Essex' quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro priore Dunholm'.—Mandatum est Hugoni de Bolebec, Willelmo de Eboraco, magistro S. de Lusey et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Dunholm', quod non distringant priorem Dunholm' vel homines suos ad veniendum coram eis in itinere suo pro assisis vel aliis placitis, aliter quam venire consueverunt coram justiciariis itinerantibus in eodem episcopatu tempore quo sedes non vacabat. Teste me ipso apud Westmonasterium, xvj die Aprilis.

Pro heredibus Galfridi de Sanguseemar.'—Vicecomiti Linc': precipimus tibi quod habere facias heredibus Galfridi de Sancusemar' plenam saisinam de terris que fuerunt ipsius Galfridi in balliva tua de hereditate ipsius, et quas in manum nostram capi precepimus occasione terre quam tenuit de nobis in Geiton', de ballio domini J. regis patris nostri. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Briwes.—Quia J. Fernensis episcopus per litteras suas patentes protestatus est quod Ricardus de Briwes solvit ad Scaccarium Dublin' xx m̄. quas domino regi debuit pro custodia terre et heredis Willelmi filii Mathei, et que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictas xx m̄. a rotulis Scaccarii trahi et ipsum inde quietum esse faciant. Teste H. de Burgo etc. apud Westmonasterium, xx die Aprilis, anno etc. xij°.

De denariis concessis ad reparationem Pontis Feric.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod xvij libras xviij s. et x denarios et obolum, qui

1228.

[m. 10.] inventi fuerunt cum hominibus cruce signatis submersis ad Pontem Ferie, habere faciat magistro Waltero de Tany, cui dominus rex denarios illos concessit ad ejusdem Pontis Ferie reparationem. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Aprilis.

Pro Radulfo Tyrel.—Willelmo Basset et Willelmo de Lond' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Cantebrigie, salutem. Sciatis quod, ad instanciam G. comitis Glouc' et Hertford', commisimus Radulfo Tyrel terram quam tenuit in Grauntenden' de terra Normaunorum de ballio domini J. regis et nostro, et quam in manum nostram capi fecistis, habendum quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod eidem Radulfo de terra predicta plenam saisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Rogero Gernet.—Rex vicecomiti Lanc' etc. Scias quod concessimus Rogero Gernet, forestario nostro de feodo de foresta nostra Lanc', custodiam ejusdem foreste nostre in feodo et hereditate, reddendo inde nobis et heredibus nostris per annum xij libras. Et ideo tibi precipimus quod de cheminagio, herbagio, escapio sive de placitis sive aliis que ad custodiam predicte foreste pertinent, te non intromittas nec ipsum Rogerum impedias, quin ea que ad forestam illam pertinent libere et sine impedimento exercere valeat. Teste me ipso apud Westmonasterium, xx die Aprilis anno regni nostri xij°.

De libertatibus Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod permittat venerabilem patrem S. Cantuariensem archiepiscopum habere libertates suas in balliva sua, sicut dominus rex eas ei concessit apud Westmonasterium nuper post Purificacionem Beate Marie, anno etc. xij°, et ubi ipse interfuit. Teste rege apud Westmonasterium, xxj die Aprilis.

Pro abbate de Deulecresse.—Dominus rex concessit abbati de Deulecresse quod libere et sine impedimento habeat oves et alia animalia sua in pastura de Roshil' usque ad xv dies post Nativitatem Sancti Johannis Baptiste anno etc. xij°. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod interim ipsum abbatem inde non impediat, quin oves et alia animalia sua habere possit in pastura illa, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate et canonicis de Nuttel'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod permittat abbatem et canonicos de Nuttel' habere duas carectas itinerantes in foresta de Bernewud' pro bosco ad focum eorum, per visum forestarii, singulis annis a Pascha usque ad festum Omnium Sanctorum, exceptis xv diebus ante festum Sancti Johannis Baptiste et xv post, sicut eas habere consueverunt tempore domini J. regis usque ad guerram etc. Teste ut supra.

Quod Gibbe de Winterburn' intendens sit Engel' de Cygoiny de redditu suo.—Mandatum est Gileberto de Winterburn' quod intendens sit et respondens Engel' de Cygoiny, quamdiu domino regi placuerit, de redditu quem domino regi debet per annum de terra quam nuper ei concessit in Bensinton', sicut prius fuit respondens domino regi antequam cartam domini regis inde habuisset. Teste ut supra.

1228.

[m. 10.] *Pro Thoma le King utlagato.*—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod Thomam le King captum in balliva sua et detentum apud Glouc', eo quod dicebatur ipsum fuisse utlagatum pro morte Nicholai le Messer in comitatu Berk', et non est utlagatus, sicut dominus rex plenius didicit per justiciarios ultimo itinerantes in comitatu Berk', salvo mitti faciat vicecomiti Berk' custodiendum, cui dominus rex precepit quod ipsum recipiat et salvo custodiat* usque ad reditum Thome de Muleton' et Roberti de Lexinton' et sociorum suorum, justiciariorum nostrorum itinerantium, de itinere suo in partibus Berk' ad placita ejusdem comitatus de itinere suo terminanda, tam de corona quam aliis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij die Aprilis.

Pro Willelmo de Lard' et Gaillardo fratre ejus.—Rex priori de Simplingeham' salutem. Sciatis quod postquam respectum vobis dedimus usque ad festum Sancti Martini de xl marcis nobis reddendis, qui arestati fuerunt per preceptum nostrum in prioratu vestro pro Bernardo de Sancto Germano, signavit nobis comes Flandrie per litteras suas quod Willelmus de Lard' et Gaillardus frater ejus ex una parte, et Galfridus de Calcada ex altera, super contentionem que inter ipsos fuit, pacem inter se fecerunt, occasione cujus contentionis catalla predictorum Willelmi et Gaillardi in Anglia per preceptum nostrum arestata sunt pro predicto Bernardo, ita quod ex quo catalla predictorum Willelmi et Gaillardi liberari fecerimus, idem comes catalla predicti Galfridi in Flandria arestata liberari faciet. Et ideo vobis mandamus quod denarios predictos, occasione predicti Bernardi arestatos, predictis Willelmo et Gaillardo vel eorum certo nuncio sine dilatione liberari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij die Aprilis.

Et mandatum est abbati de Valle Dei quod catalla predictorum Willelmi et Gaillardi que deposita fuerunt

Eodem modo scribitur priori de Sixl' de xxx m̃.

Pro comitissa Augi.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod sine dilatione faciat habere comitisse Augi plenam saisinam de terra quam Robertus de Fryvill', qui mortuus est, tenuit in balliva sua, et que capta fuerit in manum domini regis; que quidem terra est de feodo predicte comitisse. Teste rege apud Westmonasterium, xxv die Aprilis.

De busca ad rogum faciendum.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat vicecomiti Oxonie buscam ad sufficientiam in loco competenti prope Oxoniam ad rogum quemdam faciendum ad operationem castri Oxonie. Teste ut supra.

De manerio de Burton' commisso W. comiti Marescallo.—Dominus rex commisit W. Marescallo, comiti Penbroc', manerium de Burton' cum pertinentiis quod Thomas Malemains tenuit de ballio domini J. regis, ad respondendum de exitibus ejusdem manerii Ricardo Marescallo fratri suo

* The following sentence has been struck out here: "donec dominus rex aliud inde "preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij die Aprilis. Et mandatum est "vicecomiti Berk' etc.".

1228.

[m. 10.] quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod eidem comiti de predicto manerio cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro priori Wintonie de quietantia murdri.—Constat domino regi per inspectionem carte domini J. regis patris sui, quam fecit venerabili patri P. Wintoniensi episcopo, et per confirmationem ipsius domini regis quam ei fecit, quod homines ipsius episcopi et prioris Sancti Swithuni Wintonie quieti sunt de murdro. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant.* Teste ut supra.

Pro Alexandro de Chetney.—Dominus rex concessit Alexandro de Chetney id quod ad dominum regem pertinet, habendum per unum annum et diem, de terra que fuit Nicholai filio Jocelini qui fugit pro morte hominis in Dene; videlicet tam de terra quam tenuit de predicto Alexandro quam de aliis in balliva sua. Et mandatum est vicecomiti Bedeford' quod eidem Alexandro de eo quod ad dominum regem pertinet de predicta terra, sicut predictum est, plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij die Aprilis.

De manerio de Uphaven' commisso Gileberto Basset.—Dominus rex commisit Gileberto Basset manerium de Uphaven' cum pertinentiis quod fuit in manu Petri de Malo Lacu de baillio domini J. regis patris etc. et ipsius domini regis, ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod, salvis predicto Petro catallis et rebus suis in predicto manerio inventis, eidem Gileberto plenam inde saisinam habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Roberto de Westmonasterio.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, non obstante mandato domini regis quod ei fecit de terra Ricardi de Chilham in Chingeford' capienda in manum domini regis, permittat Robertum de Westmonasterio terram, quam de eodem Ricardo cepit in vadium in eadem villa, tenere sine impedimento usque ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xij°. Teste ut supra.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis de banco quod assisam de morte antecessoris que summonita est coram eis inter Henricum de Certes' petentem, et abbatem de Certes' tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Certes', ponant in respectum usque in xv dies a Nativitate Sancti Johannis Baptiste anno etc. xij°, eo quod predictus abbas, ad quem pertinet custodia terre predicte, ut dicitur, custodiam illam dimisit Colino de Molis qui est in servicio domini regis in partibus transmarinis.

De lij marcis concessis ad clausuram ville Oxonie.—Rex baronibus suis de Scaccario. Sciatis quod quinquaginta et duas marcas que exiguntur per summonicionem nostram de hominibus nostris Oxonie, et unde amerciati fuerint coram Stephano de Se[gra]ve et sociis suis justiciariis nostris

* Corrected from "quod pacem eis inde habere permittant."

1228.

[m. 10.] ultimo itinerantibus in comitatu Oxonie, concessimus predictis hominibus in auxilium ville Oxonie claudende. Et ideo vobis mandamus quod ipsos homines quietos inde esse faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxv die Aprilis, anno xij°.

Hibernia. De episcopatu Lissemor'.—Rex dilecto et fideli suo Ricardo de Burgo justiciario suo Hibernie salutem. Quia magister Griffinus, qui gerit se tanquam electum Lismorensem, nos decepit prout intelleximus asserendo se electum esse in episcopum Lismorensem et confirmatum, cum non sit confirmatus, vobis mandamus quatinus statim, visis litteris istis, episcopatum Lismorensem, qui est in manu ipsius magistri Griffini, cum omnibus pertinentiis suis et terris et rebus et redditibus et omnibus possessionibus ad eundem episcopatum pertinentibus, in manum nostram capiatis et salvo custodiatis donec aliud inde preceperimus. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxv die Aprilis, anno xij°.

Pro abbate de Furneyse.—Rex vicecomiti Lanc' salutem. Scias quod volumus quod abbas de Furnes', sicut alias ei concessimus, habeat et teneat bene et in pace omnia ea que eidem abbati concessimus infra Furnes' per cartam nostram, quam eidem abbati inde fieri fecimus, simul cum homagio et servicio Michaelis le Flemeng, sicut plenius continetur in predicta carta nostra. Et ideo tibi precipimus quod quod (*sic*) in nullo te intromittas de hiis que per predictam cartam dicto abbati concessimus, set ea ei bene et in pace habere et tenere permittas, non obstante precepto nostro quod tibi fecimus de inquisitione facienda quod dampnum nobis posset evenire ex eo quod ipsi abbati concessimus homagium et servicium predicti Michaelis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj die Aprilis, anno etc. xij°.

Pro Elyensi episcopo.—G. Elyensis episcopus reddidit domino regi in garderoba sua per manus Walteri de Kirkeham et Walteri de Brackel', clericorum de eadem garderoba, trescentas marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum episcopum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Stutevill'.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod, non obstante mandato domini regis quod ei fecit de terris Johannis de Stutevill' in Barton' et Brademere capiendis in manum domini regis, de eisdem terris Rogero clerico senescallo predicti Johannis ad opus ejus plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro priore de Colecestria.—Dominus rex perdonavit priori Sancti Botulfi de Colecestria demandam ei factam per preceptum nostrum de exitibus tertie partis molendini de Middelmiln' in Colecestria, quod est de dominico domini regis, quos idem prior recepit a tempore quo tertia pars illius molendini fuit in manu ipsius prioris, usque ad tempus quo illa tertia pars capta fuit in manum nostram coram M. de Pateshull' et sociis suis ultimo itinerantibus in comitatu Essex'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de demanda illa ipsum priorem quietum esse faciant. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxvij die Aprilis.

1228.

[m. 10.] *Pro Johanne le Arker'.*—Dominus rex concessit Johanni le Arker liberationem quam Johannes Braz, qui mortuus est, singulis diebus percipere solebat per manum vicecomitis Hereford' de elemosyna domini regis constituta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictam liberationem singulis diebus, sicut predictus Johannes Braz eam percipere solebat, eidem Johanni le Arker habere faciant. Teste ut supra.

De quodam probatore.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod probatorem qui est in prisona domini regis apud Noting', qui plures de comitatu Linc' appellat, mittat usque Linc' custodiendum, cui (*sic*) dominus rex precepit quod eum recipiat et salvo custodiat donec aliud inde preceperit. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxvij die Aprilis.

Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ipsum recipiat etc.

Pro comite W. Marescallo.—Dominus rex concessit W. comiti Marescallo quod capiat rationabile auxilium de hominibus de Luiton' qui sunt in custodia sua per preceptum domini regis, sicut ipse dominus rex capi fecit de dominicis suis in Anglia, ita quod pauperes nimis inde non graventur. Et mandatum est vicecomiti Bedeford' quod predictum auxilium de predictis hominibus habere faciat eidem comiti, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 9.] *Pro comite W. Marescallo.*—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit W. Marescallo, comiti Penbr', domum que fuit Abrahe filii Murielis, quam idem Abraham emit de Josceo filio Ysaac filii Raby in parrochia Sancti Olavi in Judaismo London', que jacet inter domum abbatis de Waltham versus austrum et domum Aaronis Blundi Joscei versus aquilonem, sicut plenius continetur in carta sua; et mandatum est constabulario Turris London' quod de predicta domo cum pertinentiis suis eidem comiti sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xviij die Aprilis, anno regni nostri xij°.

Hibernia.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hybernie, quod pro arreragio liberationum Stephani de Turri, Ernaldi, Henrici et Roberti balistariorum cum eisdem balistariis, qualem et quam levem poterit finem faciat; et quod ponat eos in munitionem castrorum Hybernie prout expedire viderit et moderatas liberationes eis habere faciat. Teste ut supra.

Hibernia. De solutione trescentarum marcarum.—Henricus Dei gracia rex Anglie etc. dilecto et fideli suo R. de Burgo justiciario suo Hibernie salutem. Bene recolimus quod tempore quo Hugo de Lacy ultimo guerram movebat contra nos in Hibernia, venerabili patre H. Dublinensi archiepiscopo existente tunc justiciario Hibernie, pro agendis nostris et liberationibus necessariis faciendis militibus et servientibus pro nobis in guerra illa contra ipsum Hugonem, capte fuerunt mutuo, de consilio magnatum nostrorum Hibernie et nostro, in ecclesia Dublinensi trescente marce ex deposito quorumdam de partibus Flandrenensibus (*sic*) et aliunde, ad quarum solucionem postmodum faciendam scripsimus dilecto et fideli nostro W. Marescallo tunc justiciario nostro Hibernie et similiter dilecto et fideli nostro G. de Marisco et postea justiciario nostro, ut predicta pecunia

1228.

[m. 9.] redderetur, de quo nichil adhuc actum est; super quam litteras jam recepimus apostolicas ut dictam pecuniam solvi faceremus. Et ideo vobis mandamus quatinus modis quibus poteritis provideatis qualiter predictarum trescente marcarum solucio fiat, ne forte ex diuturna detentione earum deterius, quod absit, nobis possit evenire. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxvj die Aprilis, anno regni nostri xij°.

Hibernia. De episcopatu Imelicensi.—Rex Ricardo de Burgo justiciario suo Hibernie salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli clerico nostro Radulfo de Norwic' episcopatum Imilicensem vacantem custodiendum quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus* quod eidem Radulfo vel certo nuncio suo has litteras deferenti, de omnibus que ad predictum episcopatum pertinent plenam saisinam habere faciatis in eodem statu quo fuit die quo H. quondam Imilicensis episcopus obiit. Teste ut supra.

Pro Willelmo Blundo.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod replegiari faciat Willelmo Blundo terram quam Walterus de Valeynes tenuit de eo in Westleton', non obstante mandato domini regis quod ei fecit de terra illa in manum domini regis capienda; et si quid de catallis ipsius Willelmi proprius ceperit, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De placitis ponendis in respectum.—Mandatum est justiciariis in comitatu Suht'† quod omnia placita corone et alia spectantia ad illos qui sunt de Nova Foresta, qui summoniti sunt coram eis de eadem foresta, ponant in respectum donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Suhamt' quod assisam nove disseisine quam abbatissa de Werewell' aramiavit versus Henricum Mariscall', Rogerum Thurstani, Stephanum Urri, Willelmum Orped', Petrum de Mariscis, Rannulfum Gode de communa pasture in Aundr' que pertinet ad liberum tenementum suum in Middelton, que quidem pastura est de dominico domini regis, ut dicitur, ponatis in respectum de die in diem in itinere suo, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Warino de Bassingeburn'.—Mandatum est Ricardo de Gray et Johanni fratri ejus quod redditum quatuor solidorum quem Warinus de Bassingeburn' reddere solebat comiti Britannie pro monachis de Sautereye, de quadam terra quam tenent in Swafham in libera elemosina quamdiu manerium de Swafham extitit in manu predicti comitis, et quod est in manu sua de ballio domini regis, recipiant per manum predicti Warini eodem modo quo predictus comes redditum illum recepit per manum ejusdem Warini, nec distringant monachos predictos ad redditum illum eis solvendum. Teste rege apud Westmonasterium, xxx die Aprilis.

De advocatione ecclesie de Bamburg'.—Quia constat domino regi per inspectionem cartarum predecessorum suorum quod advocatio ecclesie de

* Omitted in MS. † Corrected from "Wiltes'."

1228.

[m. 9.] Bamburg' spectat ad priorem Sancti Oswaldi, mandatum est W. archiepiscopo Eboracensi quod, non obstante presentatione quam dominus rex fecit de L. capellano ad predictam ecclesiam, quod suum est in hac parte exequatur. Teste rege apud Westmonasterium, j die Maii.

Pro quibusdam hominibus de Elinges.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod plenam saisinam habere faciat usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno xij Ricardo de Elinges de quatuor acris terre et uno gardino in Elinges, et Hereberto Fabro de xij acris terre et dimidia acra prati in eadem villa, et Ade le Bruge de tribus acris terre in eadem villa, et Waltero le Vacher et Edeline uxori ejus de tribus acris prati cum pertinentiis in eadem villa. Teste ut supra.

Pro abbate Sancti Edmundi.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod non vexet vel vexari permittat abbatem Sancti Edmundi de regardo, vasto, visu forestariorum et regardatorum de boscis suis de Herlaue, Stepelford' et Werkeneton', contra libertates carte domini J. regis etc. quam inde habet. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, ij die Maii anno etc. xij°.

De apello et duello ponendis apud Bancum.—H. etc. justiciariis suis itinerantibus in comitatu Sudhampt' salutem. Mandamus vobis quod apellum quod Ricardus de Leic' fecit versus Nicholaum de Syrle de roberia et pace nostra fracta, de quo idem Nicholas attachiatus est ad respondendum coram vobis in itinere vestro, et duellum quod vadiatum est coram vobis inter predictum Nicholaum et Johannem de Lillebon' de tenemento quod idem Johannes clamat versus predictum Nicholaum in Sudhamt', venire faciatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in v septimanas. Teste me ipso apud Westmonasterium, ij die Aprilis, anno regni nostri xij°.

De maeremio ad vivarium de Cliva.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat vicecomiti Norht' in loco competenti in foresta comitatus Norhamt', maeremium ad vivarium domini regis de Cliva reparandum, cui dominus rex precepit quod vivarium illud reparari faciat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxix die Aprilis.

Pro Josceo presbitero.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod per manum Joscei presbiteri Judei, cui Semanus Balistarius assignavit domum que fuit Bonevie Muton Judei in parrochia Sancti Michaelis de Bassigeshagh', sicut plenius continetur in carta domini regis quam dominus rex fecit eidem Samano, unum par calcarium deauratorum singulis annis ad Pascha ad opus domini regis recipiant. Teste ut supra.

De feria mutanda.—Dominus rex concessit priori de Wlenchemere quod feria quam eis concessit dominus J. rex etc. singulis annis apud Wlenchemere in vigilia et in die Exaltationis Sancte Crucis, decetero teneatur ibidem in vigilia et in die Translationis Sancti Thome Martiris, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari faciat et ei habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' pro eodem.

1228.

[m. 9.] *De loquela ponenda in banco.*—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Rotel' quod assisam de morte antecessoris que summonetur coram eis inter Henricum de Coudray petentem et W. de Gamages tenentem de medietate manerii de Cottesmor', venire faciant coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in v septimanas. Teste ut supra.

Contra abbatissam de Werewell'.—Mandatum est Roberto de Lexinton' et sociis suis justiciariis etc. quod assisam nove dissaisine quam abbatissa de Werewell' aramiavit versus Henricum Marescall', Rogerum Thurstan', Stephanum Urry, Willelmum Orped', Petrum de Mariscis et Rannulfum Gode de communa pasture in Aundovr', que pertinet etc. in Middelton, hac vice non capiant donec aliud dominus rex inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, v die Maii.

De falsonariis.—Mandatum est vicecomiti Stafford' quod falsonarium et uxorem suam quos W. comes de Ferrar' cepit et ei liberari faciet, recipiat et salvo eos custodiri faciat donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Lamheyam, v die Maii, anno regni nostro xij°.

Pro Willelmo scissore domini regis.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod catalla Willelmi scissoris, que sunt in terra quam idem W. habuit de Nicholao Malesmains in Burton', et que est in manu Ricardi Marescalli per preceptum domini regis, eidem Willelmo sine dilatione reddi faciat, et si quid inde captum vel amotum fuerit postquam idem Ricardus saisinam habuit de predicta terra, id ei sine dilatione restitui faciat. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est ballivo de Haveringes quod habere faciat priori de Monasterio Cornuto unam quercum in bosco de Havering' ad operationem ecclesie sue.

Pro priore Sancti Botulfi Colecestr'.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Scias quod terciam partem molendini de Middelmiln', que est de dominico nostro et que fuit in manu prioris Sancti Botulfi Colecestr' et postea capta in manum nostram coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu tuo, et unde inquisitionem fieri fecimus quantum illa tercia pars predicti molendini per annum valeret, predicto priori et canonicis ejusdem domus, intuitu Dei, dedimus et concessimus, et ideo tibi precipimus quod de predicta parte predicti molendini eisdem priori et canonicis sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro Philippo Marc'.—Dominus rex commisit Philippo Marc manerium de Bulewell' cum pertinentiis ad se sustentandum quamdiu domini regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod, non obstante precepto domini regis quod fecit de manerio illo capiendo in manum domini regis, eidem Philippo plenam inde saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1228.

[m. 9.] *De copulis datis.*—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat priori de Wurmegay x copulas in foresta de Shirewud' et x copulas in bosco de Ernbal' de dono domini regis ad operationem ecclesie sue de Wurmegay. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Maii, anno etc. xij°.

De tradendo in ballio.—Mandatum est Thome de Muleton et sociis suis justiciariis in comitatu Suhamt', quod si Radulfus de Tuppeleg' quem arestaverunt pro appello quod Thomas filius Roberti de Chaucumbe fecit versus ipsum de pace regis fracta, invenerit eis xij liberos et legales homines qui eum manucapiant ad habendum ipsum coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in unum mensem ad respondendum predicto Thome de predicto appello, tunc tradant ipsum predictis xij hominibus, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Hugone de Nevill'.—Dominus rex concessit per cartam suam pro se et heredibus suis Hugoni de Nevill', quod ipse et heredes sui habeant imperpetuum warennam in terra sua de Stokecurcy, sicut plenius continetur in predicta carta. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et concessam ei predictam warennam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De c libris concessis burgensibus Eboraci ad claudendum villam suam.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus civibus nostris Eboraci in auxilium claudendi civitatem nostram Eboraci, centum libras de ultimo tallagio nostro assiso in predicta civitate Eboraci, que quidem centum libre assise fuerunt super crucesignatos ejusdem civitatis; et ideo vobis mandamus quod ipsos cives de predictis centum libris quietos esse faciatis, sicut predictum est. Teste me ipso apud Westmonasterium, viij die Maii.

Pro Margareta de Ripur'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Margarete, que fuit uxor Falk' de Breaut', scutagium Bedef' quod ab ea exigitur per summonicionem Scaccarii nostri de feodis militum que de nobis tenent (*sic*) in capite. Et ideo vobis mandamus quod ipsam Margaretam quietam inde esse faciatis. Teste ut supra.

Pro abbate de Abbendon'.—Rex dilectis et fidelibus suis Thome de Muleton' et Roberto de Lexinton' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Berk' salutem. Mandamus vobis quod loquelam que est coram vobis de libertatibus quas abbas de Abbend' clamat de hundredo de Horne̅mer', ponatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in unum mensem anno regni nostri xij°.

[m. 8.] *De manerio de Blaneford' commisso G. de Lucy.*—Dominus rex commisit Galfrido de Lucy manerium de Blaneford', quod fuit Radulfi de Tylly, salvo unicuique jure suo ad se sustentandum, dono domini regis quamdiu domino regi placuerit, et mandatum est vicecomiti Dorset' quod ei inde plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1228.

[m. 8.] *Hibernia. Pro episcopo Fernensi.*—Rex dilecto et fideli suo Ricardo de Burg' justiciario suo Hibernie salutem. Sciatis quod loco quadraginta librarum quas venerabilis pater J. Fernensis episcopus percipere solebat singulis annis per preceptum nostrum de manerio nostro de Novo Castello de Leuan ad se sustentandum in servicio nostro, concessimus eidem episcopo quod recipiat decetero ad Scaccarium nostrum Dublinense singulis annis ad se sustentandum in servicio nostro xl libras, videlicet ad festum Sancti Michaelis xx libras et ad Scaccarium Pasche xx libras, ita tamen quod habeat blada sua ejusdem manerii de hoc autumpno anno regni nostri xij°. Et ideo vobis mandamus quod ex quo predicta blada fuerint collecta, manerium illud in manum nostram capiatis, et de consilio ipsius episcopi et aliorum fidelium nostrorum ad comodum nostrum salvo custodiri faciatis, computatis eidem episcopo rationabilibus et necessariis expensis quas posuit in emendacione domorum ejusdem manerii. Teste me ipso apud Westmonasterium, viij die Maii, anno xij°.

Hibernia. Pro archiepiscopo Dublinensi.—Rex eidem Ricardo. Sciatis quod in solucione debiti quod debemus venerabili patri H. Dublinensi archiepiscopo pro mutuo quod fecit pro domino J. rege patre nostro per preceptum suum, et pro expensis suis factis per ipsum archiepiscopum in curia Romana pro negocio ipsius patris nostri expediendo, et pro expensis quas idem archiepiscopus fecit in servicio nostro in Hibernia dum ultimo fuit justiciarius noster Hibernie, assignavimus eidem archiepiscopo centum libras de firma civitatis nostre de Limerik' recipiendas ad duos terminos, videlicet ad festum Sancti Michaelis quinquaginta libras, et ad Pascha l libras. Assignavimus etiam eidem archiepiscopo in solucione ejusdem debiti quinquaginta marcas per annum percipiendas de firma civitatis nostre Dublin', sicut plenius continetur in litteris nostris patentibus quas ei inde fieri fecimus. Et ideo vobis mandamus quod predictas centum libras de firma predicte civitatis de Limerik' et predictas l marcas de firma civitatis nostre Dublin', eidem archiepiscopo recipere permittatis quousque predictum debitum ei persolvatur. Teste ut supra.

Hibernia. De compotis reddendis ad Scaccarium Dublinense.—Rex eidem Ricardo. Mandamus vobis quod omnes illos, tam ballivos quam alios, qui per summonicionem Scaccarii nostri Dublinensis ad reddendum compotos suos venire noluerint, et per venerabilem patrem J. Fernensem episcopum thesaurarium nostrum et G. de Turvill' archidiaconum Dublinensem camerarium et ceteros barones de Scaccario nostro ad hoc se justiciabiles non exhibuerint, taliter ad id faciendum distringatis quod de debitis nostris et compoto suo nobis plene respondeatur, et quod negocia nostra per defectum districtionis faciende non remaneant inexpedita. Omnia etiam ea que predictus episcopus et dictus archidiaconus, Johannes Maresc', Simon de Hal' et Ricardus Duket, quos vobis ad negocia nostra exequenda associavimus, vobis monstraverint que ad Scaccarium nostrum pertinent emendanda et que ad honorem nostrum pariter et comodum videritis expedire, de eorum consilio faciatis emendari. Omnes etiam denarios nostros tam de debitis, finibus, redditibus quam aliis ad Scaccarium nostrum venire faciatis et per manus thesaurarii et camerariorum nostrorum

1228.

[m. 8.] prout moris est ubi, quando et quibus liberandi sint, liberentur. Teste ut supra.

De legibus et consuetudinibus observandis in Hibernia.—Rex eidem Ricardo. Mandamus vobis firmiter precipientes quatinus certo die et loco faciatis venire coram vobis archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, et barones, milites et libere tenentes et ballivos singulorum comitatuum, et coram eis publice legi faciatis cartam domini J. regis patris nostri, cui sigillum suum appensum est, quam fieri fecit et jurari a magnatibus Hibernie de legibus et consuetudinibus Anglie observandis in Hibernia; et precipiatis eis ex parte nostra quod leges illas et consuetudines in carta predicta contentas decetero firmiter teneant et observent, et hoc idem per singulos comitatus Hibernie clamari faciatis et teneri, prohibentes firmiter ex parte nostra et super forisfacturam vestram, ne quis contra hoc mandatum nostrum venire presumat. Eo excepto quod nec de morte nec de catallis Hibernensium occisorum nihil statuatur ex parte nostra citra quindecim dies a die Sancti Michaelis anno regni nostri xij°, super quo respectum dedimus magnatibus nostris Hibernie usque ad terminum predictum. Teste ut supra.

Hibernia. De xx marcis concessis annuatim G. de Turevill'.—Item. Rex eidem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Galfrido de Turrevill' archidiacono Dublinensi ad se sustentandum in servicio nostro, ad Scaccarium nostrum Dublin', quamdiu nobis placuerit, xx marcas singulis annis percipiendas ad idem Scaccarium ad duos terminos, videlicet ad Scaccarium Sancti Michaelis x marcas et ad Scaccarium Pasche. Et ideo vobis mandamus quod predictas xx marcas eidem Galfrido habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Hibernia. De inquisicione facienda de purpresturis.—Item. Rex eidem. Mandamus vobis firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus per sacramentum proborum et legalium hominum inquiri faciatis diligenter que purpresture facte sint tempore H. regis, avi nostri, R. regis, avunculi nostri, et domini J. regis, patris nostri, et nostro de dominicis, escaetis, castris, terris, boscis, forestis nostris et portubus maris in Hibernia, et per quos et quo waranto, et que castra, boscos, terras, forestas et terras de predictis purpresturis singuli teneant, et facta inquisicione omnes purpresturas predicto modo factas in manum nostram capiatis. Teste ut supra.

Hibernia. De revocatione ejusdem.—Item. Rex eidem. Licet vobis dedimus in mandatis ut facta diligenti inquisicione que purpresture facte fuerint tempore H. regis, avi nostri, R. regis, avunculi nostri, et domini J. regis, patris nostri, et nostro de dominicis, escaetis nostris, terris, boscis, forestis et portubus maris in Hibernia, eas in manum nostram capiatis, volumus tamen et precipimus quod si hoc sine dampno nostro et dispendio et terre nostre Hibernie turbatione fieri non possit, et venerabilis pater J. Fernensis episcopus et fideles nostri J. Maresc', Galfridus de Turvill', archidiaconus Dublinensis, Simon de Hal' et Ricardus Duket, quos vobis

1228.

[m. 8.] ad negocia nostra exequenda associavimus, non viderint expedire, ad presens sustineatis. Quantum tamen comode ad manum nostram revocare poteritis de predictis, revocare non differatis. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo de libertatibus.—Rex vicecomiti Staff' et Salopie salutem. Scias quod concessimus H. de Burgo, comiti Kancie, justiciario nostro et hominibus suis, quasdam libertates de novo quas per cartam nostram ei confirmavimus. Et ideo tibi precipimus quod ipsum Hubertum vel homines suos in balliva tua non vexes vel vexari permittas contra libertates predictas, quas ei decetero secundum tenorem carte nostre, quam inde habet, facias observari. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie, prepositis et ballivis de Kideministr', Wigornia, Salopia, Staff' et de Brug'.

Pro Radulfo Gernun.—Dominus rex per cartam suam concessit Radulfo Gernun terram de Estrop et de Brich' cum pertinentiis suis que fuit Rogeri de Planes, et quam idem Radulfus prius habuit de ballio regis J., habendam et tenendam de rege et heredibus suis eidem Radulfo et heredibus suis sicut predictus Rogerus eam tenuit in manu sua, donec rex eam reddiderit heredi predicti Rogeri, per pacem terrarum, faciendo inde regi et heredibus suis servicium trium militum pro omni servicio. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi faciat, et ipsum Radulfum terram predictam tenere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Dominus rex concessit eidem Radulfo per cartam suam terram de Baukewell' cum omnibus pertinentiis suis quam rex J. pater etc. eidem Radulfo dedit et carta sua sua (*sic*) confirmavit. Et mandatum est vicecomiti Dereb' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi faciat et ipsum Radulfum predictam terram tenere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo de perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro H. de Burg', comiti Kancie, justiciario nostro, sexaginta marcas per quas finem fecit cum domino J. rege patre nostro pro habenda confirmatione ipsius patris nostri de convencione facta inter ipsum et comitem de Insula; perdonavimus etiam eidem justiciario sex libras xvj solidos xj đ. qui ab eo exiguntur ad Scaccarium nostrum de firma de Donestore de anno domini J. patris nostri quarto; perdonavimus etiam eidem justiciario xix libras ix denarios et obolum qui ab eo exiguntur ad Scaccarium nostrum de eadem firma de Donestore de dimidio anno regni ipsius patris nostri quinto; perdonavimus etiam eidem justiciario undecim libras xviij solidos qui ab eo exiguntur ad Scaccarium nostrum de firma de Bada de anno regni ipsius patris nostri sexto; perdonavimus etiam eidem justiciario quinquaginta marcas que ab eo exiguntur ad Scaccarium nostrum de prestito de tempore ipsius patris nostri, anno regni sui decimo; perdonavimus etiam eidem justiciario unam marcam que ab eo exigitur ad Scaccarium nostrum de exitibus terre de Stoclinz, et xxvj solidos qui ab eo exiguntur ad Scaccarium

1228.

[m. 8.] nostrum de vino Osberti filii Johannis capto propter falsum galonem, et xvij solidos ix đ. de scutagio Bedef' de feodis militum que de nobis tenet in Crokeston', et unam unciam auri que ab eo exigitur ad Scaccarium nostrum ut due carte scribantur, sicut continetur in rotulo nostro primo. Et ideo vobis mandamus quod ipsum justiciarium de predictis denariis quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Lamheth', x die Maii, anno regni nostri xij°.

De custodia terre et heredis Elye de Bello Campo.—Rex vicecomiti Buk' salutem. Scias quod concessimus Johanni de Offinton', servienti dilecti et fidelis nostri H. de Burg' comitis Kancie, justiciarii Anglie, custodiam terre et heredis Elye de Bello Campo cum maritagio ejusdem heredis. Et ideo tibi precipimus quod de tota terra que fuit ipsius Elye in balliva tua, eidem Johanni sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste eodem. Dato eodem.

Pro comite Cestrie de quodam mesuagio in Lond'.—Rex constabulario Turris Lond' salutem. Precipimus tibi quod, non obstante mandato nostro quod tibi fecimus de quodam mesuagio quod fuit Aaronis Judei in Lond' capiendo in manum nostram, de mesuagio illo dilecto et fideli nostro R. comiti Cestrie plenam saisinam habere facias. Teste eodem. Dato eodem.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod confirmavimus venerabili patri J. Bathoniensi episcopo villam de Axebrig' cum pertinentiis, habendam et tenendam et tenendam (*sic*) sibi et successoribus suis in liberam puram et perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus quas idem episcopus habet in aliis maneriis suis, unde vobis mandamus quatinus cartam illam legi faciatis et teneri; faciatis etiam irrotulari. Teste rege apud Westmonasterium, ix die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumerset'.

Hibernia. De redditu v solidorum.—Dominus rex caritative contulit Deo et ecclesie matrici manerii sui de Novo Castello de Leuan' ad eandem dotandam, annuum redditum quinque solidorum. Et mandatum est Ricardo de Burg', justiciario Hibernie, quod per consilium J. Fernensis episcopi et Johannis Mariscall', dictum redditum v solidorum in terra et loco certo in eodem manerio eidem ecclesie assignet. Teste rege apud Westmonasterium, x die Maii.

Pro G. de Turevill'.—Dominus rex concessit G. de Turevill', archidiacono Dublinensi et camerario suo Hibernie, quod terras de Obrun cum pertinentiis quas rex dimisit ei ad terminum trium annorum, bene et in pace teneat usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xij°. Et mandatum est R. de Burg', justiciario Hibernie, quod interim de terris predictis eidem Galfrido nullam molestiam inferat aut gravamen. Teste ut supra.

1228.

[m. 8.] *Hibernia. De compoto H. Dublinensis archiepiscopi audiendo de episcopatibus vacantibus.*—Mandatum est J. Fernensi episcopo, R. de Burgo, justiciario Hibernie, et G. de Thurevill', archidiacono Dublinensi, quod audiant compotum H. Dublinensis archiepiscopi de archiepiscopatibus et episcopatibus vacantibus et terris et firmis et redditibus qui extiterint in manu sua, ad percipiendum fructus inde provenientes in parte solucionis debitorum que dominus rex eidem archiepiscopo debet; et compoto illo diligenter audito, fructus quos idem archiepiscopus inde recepit et l libras quas domino regi concessit pro quintadecima sua de dominicis suis, in debito predicto in quo dominus rex ei tenetur, eidem regi faciant allocari. Ita quod dominum regem certificare possint de quanto se dominus rex versus ipsum archiepiscopum acquietaverit et quantum restet de predicto debito solvendum. Teste ut supra.

Hibernia. De manerio de Balimagdon'.—Rex eidem justiciario salutem. Quia datum fuit nobis intelligi quod manerium de Balimagdon', quod Robertus Ruffus habuit de ballio domini J. regis patris nostri, non valuit plus quam lx solidos, concessimus dilecto et fideli nostro Radulfo de Trublevill' manerium illud et carta nostra ei confirmavimus; set quia postea pro certo didicimus quod manerium illud valet circiter xxx libras, et in concessione nostra eidem Radulfo inde facta decepti fuimus, et unde idem Radulfus postmodum cartam nostram ei inde confectam nobis reddidit, vobis mandamus quatinus statim visis litteris istis manerium illud in manus nostras capiatis et salvo custodiatis et excoli faciatis, simul cum aliis dominicis nostris ad commodum nostrum. Mittimus siquidem vobis litteras ipsius Radulfi, quas nobis fieri fecit patentes, directas priori Sancte Trinitatis Dublin', ut cartam nostram in custodia ipsius prioris per ipsum Radulfum depositam vobis liberari faciat, mandantes quatinus cartam illam ab eodem priore recipiatis, et inspecta carta illa coram venerabili patre J. Fernensi episcopo et dilecto et fideli nostro G. archidiacono Dublinensi et aliis fidelibus nostris eam frangatis. Et quia predictus Radulfus manerium illud tradidit ad feodi firmam Rogero le Cordewaner per x marcas annuas et recepit ab eo x lī. pre manibus; vobis mandamus quod habere faciatis filio et heredi ipsius Rogeri x marcas de denariis nostris, et uxori ipsius Rogeri v marcas, et permittatis eidem Radulfo habere redditum manerii de termino Sancti Johannis Baptiste, anno etc. xij°, et blada et catalla sua usque ad festum Sancti Michaelis anno eodem, et similiter permittatis uxori ipsius Rogeri habere catalla et blada sua seminata in terra ejusdem manerii que ei assignata fuit nomine dotis. Teste ut supra.

De deliberando prisone.—Mandatum est custodi gaiole de Flet' quod Petrum de Frane, quem tenet in prisona per interfectionem servientum domini regis, a prisona deliberet et quo voluerit abire permittat ad curandum vulnera sua. Teste ut supra.

Pro Judeo quodam de Oxonia.—Dominus rex dedit et concessit et carta sua confirmavit Davidi Judeo de Oxonia domum que fuit Albrici le Canvers (*sic*) cum pertinentiis suis in parochia Sancti Martini Oxonie, cum camera lapidea et pertinentiis suis, que fuit Isaac de Oxonia Judei patris

1228.

[m. 8.] ipsius Albrici, quam idem Albricus habuit post mortem ipsius Isaac; quas quidem domum et cameram dominus J. rex pater noster commisit Britoni Balistario post fugam predicti Albrici de Anglia, cum catallis ipsius Britonis, et quas postea dominus rex commisit Radulfo de Rotom' post mortem ipsius Britonis, et quas de voluntate et assensu suo commisit predicto Davidi ad firmam usque in v annos, sicut plenius continetur in carta nostra quam predicto Davidi de predictis domo et camera dominus rex fieri fecit. Et mandatum est majori et ballivis Oxonie quod de predictis domo et camera cum pertinentiis suis eidem Davidi sine dilatione plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

De arestandis catallis mercatorum de Gant.—Mandatum est majori et ballivis Eboraci quod homines de Gant tenentur domino regi in solucione d marcarum de tempore domini J. regis patris sui, pro quarum solucione domino regi satisfacienda multotiens eis scripsit dominus rex, de quibus nondum ei satisfactum est. Et mandatum est eisdem majori et ballivis de Eboraco quod cum mercatores de Gant ad villam Eboraci venerint, statim de rebus et catallis eorum arestari faciant usque ad summam predictarum quingentarum marcarum, et catalla illa salvo custodiri faciant donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Linc', ballivis de Lenn' et de Grimesb'.

De telariis ad balistas.—Mandatum est Henrico filio Aucheri ut faciat decolpari in parco de Havering' maeremium ad telarias faciendas ad balistas regis et cariari usque ad Turrim London' liberandum Philippo Converso balistario regis. Teste rege apud Lamheiam, x die Maii.

Pro Ricardo Aguillun de manerio de Ketelbergh'.—Dominus rex commisit Ricardo Aguillun ad se sustentandum in servicio suo, quamdiu domino regi placuerit, manerium de Ketelberegh quod Petrus de Malo Lacu habuit de baillio domini J. regis. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod ei inde saisinam habere faciat cum pertinentiis suis. Teste rege apud Guldeford', xiiij die Maii.

Pro Joldewino de Doe.—Mandatum est Willelmo de Horton, baillivo Hugonis de Nevill' de foresta de Brehull', quod permittat Joldewinum de Doe habere racionabilia estoveria sua in bosco de Pidinton, qui fuit comitis Bolonie et quem idem Joldewinus habet de baillio domini regis, sicut predictus comes estoveria sua in eo habere consuevit secundum assisam foreste. Teste rege ut supra.

Pro Ricardo de Harecurt'.—Rex vicecomiti Leic' salutem. Precipimus tibi quod, non obstante mandato nostro quod tibi fecimus de manerio de Stratton cum soka in manum nostram capiendo, plenam inde saisinam habere facias Ricardo de Harecurt', et si quid inde ceperis, ei sine dilatione reddi facias. Teste rege apud Farnham, xvj die Maii.

1228.

[m. 8.] *Pro Galfrido de Say.*—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, non obstante mandato domini regis de terra de Patrickeburn in manum domini regis capienda quam Galfridus de Say habuit, plenam ei inde sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro uxore L. principis Norwallie.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod permittat J. uxorem L. principis Norwallie, sine impedimento abducere averia et catalla sua que habuit in manerio de Cunedour', non obstante eo quod rex predictum manerium in manum suam capi precepit. Teste ut supra.

Pro Engel' de Cygoiny de returno brevium.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod habere faciat Engel' de Cygoyni returnum brevium domini regis de hiis que ad hundreda ipsius regis pertinent, que sunt in manu ipsius Engel' de ballio domini regis, ad faciendum inde preceptum domini regis secundum tenorem eorundem brevium. Teste ut supra.

Pro monialibus de Flamsted'.—Dominus rex concessit et confirmavit monialibus de Flamsted' totam terram quam Agatha, que fuit uxor Willelmi de Gatesden', de domino rege tenuit in Hamelhamsted', sicut carta sicut carta (*sic*) quam eis inde fieri fecit testatur. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod predictis monialibus plenam saisinam de predicta terra cum pertinentiis habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne le Estrange.—Dominus rex, pro bono et fideli servicio quod Johannes le Estrange fecit J. regi patris (*sic*) regis et ipsi regi, concessit eidem Johanni manerium de Wroewurthin' cum pertinentiis, habendum et tenendum quoad vixerit ad se sustentandum. De firma etiam ejusdem manerii que ab eo exigitur de tempore quo exstitit in manu sua, clamavit eum dominus rex quietum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et irrotulari faciant. Teste rege apud Aulton', xvij die Maii.

Pro Milone de Francheduey.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod talem saisinam habere faciat Miloni de Frankesney de terra sua in Cherleton' et Uphaven', qualem inde habuit antequam dominus rex saisinam fieri precepit Gileberto Basset de manerio de Uphaveyn: quam quidem terram dominus J. rex eidem Miloni commisit. Teste ut supra.

De terra que fuit Petri de Malo Alneto in Chaugrave commissa Theobaldo Crespin'.—Dominus rex commisit Theobaldo Crespin terram que fuit Petri de Malo Alneto in Chaugrave, ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Theobaldo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1228.

[m. 8.] *Pro Oliva de Tylly.*—Quia dominus rex per inquisitionem, quam fieri fecit, didicit quod due carucate terre in Longa Blaneford' date fuerunt in maritagium Olive de Tylly, mandatum est vicecomiti Dorset' quod non obstante precepto quod fieri fecit de saisina Galfrido de Lucy de predicta terra facienda, predicte Olive de predicta terra cum catallis suis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De armis que fuerunt Roberti de Veteri Ponte.—Mandatum est abbati de Hepe quod arma, que fuerunt Roberti de Veteri Ponte et que idem Robertus penes se in domo sua deposuit, liberari faciat Willelmo de Blackel' ballivo H. de Burgo etc. ad ponendum in castris que fuerunt ipsius Roberti ad opus heredis predicti Roberti, que sunt in custodia predicti comitis, nisi idem Robertus ante obitum suum arma predicta legaverit. Teste ut supra.

Pro Henrico fratre domini regis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat Henrico fratri domini regis catalla que fuerunt Thome de la Hurne, que capta sunt in manum domini regis eo quod se suspendit; que quidem catalla eidem Henrico dedimus. Teste ut supra.

Quod Gilebertus de Winterburn' intendens sit Engel' de Cygoin'.—Mandatum est Gileberto de Winterburn' quod de redditu terre, quam dominus rex ei per cartam suam concessit in Bensinton', intendens sit et respondens Engel' de Cygony quamdiu manerium de Bensinton' fuerit in manu sua per preceptum domini regis; quem quidem redditum domino regi reddere debet secundum tenorem carte sue de predicta terra ei confecte. Teste ut supra.

Pro Philippo de Phirye.—Dominus rex commisit Philippo de Pyrie terram cum pertinentiis, que fuit Petri de Netlested', cum soka de Wyka ad terram illam pertinente, ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicta terra cum predicta soka et pertinentiis suis, eidem Philippo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wintoniam, xviij die Maii, anno etc. xij°.

Pro Willelmo capellano de Middelton'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod habere faciat Willelmo capellano de Middelton' calicem et missale suum que sua sua (*sic*) sunt propria, ut dicit, et que dimisit in capella domini regis apud Oxoniam, ad faciendum inde quod voluerit.

[m. 7.] *De loquelis placitandis in comitatu Devonie coram justiciariis itinerantibus.*—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Devonie quod omnes loquelas que tangunt homines qui sunt in manu R. comitis Cornubie, de terris que fuerunt de dote J. regine matris domini regis, eodem modo et cum eisdem libertatibus in itinere suo placitent et tractent, quibus placitari et tractari solent in itinere justiciariorum tempore quo predicta J. mater regis terras illas tenuit in dotem. Teste rege apud Wintoniam, xviij die Maii.

1228.

[m. 7.] *Pro Galfrido de Serland.*—Dominus rex commisit Galfrido de Serland' terram quam Adam de Sancto Martino habuit in soka de Waltham ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicta terra cum pertinentiis suis eidem Galfrido sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Si quid vero restat reddendum de redditu ejusdem terre de termino Pentecostes anno etc. xij°, id eidem Galfrido habere faciat. Homines etiam suos, terras et possessiones in balliva sua manuteneat, protegat et defendat, non permittens quod aliquis ei inde inferat molestiam aut gravamen. Teste ut supra.

Wasconia. De quingentis marcis.—Rex Henrico de Trublevill', senescallo suo Wasconie, salutem. Sciatis quod de quingentis marcis quos Amaneus Columb nobis debet et quas vobis solvi precepimus, dedimus eidem Amaneo respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xij°, ad instantiam dilecti fratris nostri R. comitis Cornubie. Et ideo vobis mandamus quod accepta ab eo securitate de illis quingentis marcis nobis reddendis ad predictum terminum, respectum illum ei inde habere permittatis. Teste rege apud Wintoniam, xviij die Maii.

Pro priore Dunholmensi.—Mandatum est magistro Stephano de Luc quod omnes loquelas et contentiones motas in curia Dunholmensis episcopi contra priorem Dunholmensem et homines suos, et quas dominus rex in respectum poni precepit usque ad festum Sancte Trinitatis anno etc. xij°, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Johannis Baptiste, anno etc. eodem. Teste rege apud Merewell', xxiiij die Maii.

De abbatia Glouc'.—Dominus rex electioni facte de fratre Henrico, quondam priore de Bromfeld', monacho Glouc', in abbatem Glouc' regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad eandem abbatiam pertinentibus, sine dilatione plenam saisinam habere faciat; et si quid inde ceperit, ei sine dilatione reddat. Teste rege apud Merewell', xxvij die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Warewic', Salopie.

Et mandatum est vicecomiti Heref' quod datum est domino regi intelligi quod occasione saisine quam fecit de terris abbatie Glouc' captis in manum domini regis, cepit de eadem abbatia c oves et xxviij crannocos frumenti absque mandato suo, unde plurimum admiratur, et precipit quod predictos c oves et predictos xxviij crannocos H. quondam priori de Bromfeld', nunc electo ejusdem abbatie, sine dilatione reddi facias, et de terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad ipsam abbatiam pertinentibus in balliva tua eidem electo sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste apud Merewell', xxviij die Maii.

Pro hominibus de Werrefeld'.—Mandatum est Willelmo de Coineres et Jordano Forestario quod permittant P. Wintoniensem episcopum et homines suos de Werrefeld' facere et reparare fossata sua in terris in terris (*sic*) suis

1228.

[m. 7.] de Werrefeld', et easdem terras frussire et excolere et commodum suum facere, sicut inde facere consueverunt temporibus H. regis avi, R. regis avunculi et J. regis patris domini regis usque ad guerram motam etc. Teste ut supra.

Pro abbate de Valle Dei.—Mandatum est Simoni de Roppel', Theobaldo Hautein, Widoni Wak' et Hugoni de Rippel' et vicecomiti Linc', quod dominus rex perdonavit abbati de Valle Dei misericordiam in quam gratis se posuit coram eis in assisa nove dissaisine quam aramiavit versus priorem de Stikeswald', in qua quidem assisa se retraxit. Et mandatum est eis quod ipsum abbatem de predicta misericordia quietum esse faciant. Teste rege apud Merewell', xxix die Maii.

Pro Galfrido de Armenteres.—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit Galfrido de Armenteres quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant libertatem quod non ponantur in aliqua assisa, jurata vel recognicione. Et mandatum est vicecomiti Rotel' quod predictam cartam in comitatu suo legi et libertatem illam ei firmiter observari faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norhamt'.

De prisonibus liberandis apud Wintoniam.—Rex vicecomiti Suhamt' salutem. Quia pro certo datum est nobis intelligi per inquisitionem quam fieri fecimus, quod Claricia de Waltham rectata et in prisona nostra detenta apud Wintoniam de morte cujusdam mulieris peregrine et filii sui, de predicta morte culpabilis non est, et pro quorum morte ipsa Claricia judicata fuit coram M. de Patesh[ull] et sociis suis justiciariis nostris itinerantibus ut suspenderetur, cujus judicium dilatum fuit eo quod pregnans erat, perdonavimus ei mortem illam intuitu Dei et pro salute anime nostre et animarum antecessorum et heredum nostrorum. Et ideo tibi precipimus quod ipsam Clariciam a prisona nostra deliberes et quo voluerit eam abire permittat (*sic*). Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti pro Agnete de Lok' rectata de morte Willelmi Trenchemer viri sui, pro cujus morte judicata fuit ut combureretur.

Pro priore de Wabrunn'.—Rex Thome Norwicensi episcopo salutem. Sciatis quod per assisam ultime presentationis duarum partium ecclesie de Estbetham, que summonita et capta fuit coram Matheo de Gunetou, Bartholomeo Bainard', Baudrico de Taverham et Radulfo Malherbe, quos ad hoc justiciarios nostros constituerımus, inter Rolbandum priorem de Wabrunn' et Willelmum filium Ricardi, adjudicata fuit eidem priori advocatio predictarum duarum partium ejusdem ecclesie. Et ideo vobis mandamus quod, non obstante reclamatione predicti Willelmi, personam idoneam ad presentationem ipsius prioris ad easdem duas partes admittatis. Teste ut supra.

Pro Aarone Blundo Judeo.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Quia R. comes Cestrie et Lincolnie nullum jus habet

1228.

[m. 7.] in domo quam Aaron Blundus Judeus emit de Petro filio Willelmi filii Alufi in Lond' secundum inquisitionem quam inde fieri fecistis per preceptum nostrum et nobis misistis, vobis mandamus quod, non obstante precepto nostro quod fecimus constabulario Turris nostre Lond' de saisina predicto comiti facienda de domo predicto, predicto Aaroni Blnudo qui prius domum illam habuit, plenam inde saisinam habere faciatis. Ita quod idem Aaron predictam domum locari faciat cuicumque voluerit Christiano, et quod nullus Judeus in ea maneat. Teste rege apud Geldeford', iij die Junii.

Pro Hugone Peverel de Samford. — Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod Hugonem Peverel de Samford, qui est in prisona nostra apud Wintoniam per preceptum nostrum, a prisona deliberari faciat et quo voluerit abire permittat, quia dominus rex remisit ei rancorem quem erga ipsum habuit de transgressione pro qua ipsum capi fecit. Teste rege apud Guldeford', iiij die Junii.

De mercato apud Shalford' et feria ibidem.—Dominus rex providit quod habeat decetero unum mercatum singulis septimanis per diem Mercurii apud manerium suum de Shalford', et quod habeat ibidem unam feriam singulis annis duraturam per tres dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Nativitatis Beate Marie. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod mercatum illud et feriam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro hominibus de Gillingham.—Mandatum est H. de Nevill', sicut alias ei viva voce injunxit et literatorie signavit, quod homines domini regis de Gillingham permittat habere pasturam ad animalia sua in forinseco bosco domini regis de Gillingham, sicut eam habere debent et solent. Teste ut supra.

Pro Johanne de Gatesden'.—Dominus rex concessit Johanni de Gatesden' quod habeat unum mercatum singulis septimanis per diem Jovis in terra sua de Brichull', et quod habeat unam feriam singulis anuis ibidem per tres dies duraturam, videlicet in vigilia et in die et in crastino Sancte Marie Magdalene; nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod mercatum illud et feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Stutevill'.—Mandatum est Martino de Pateshull' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Norf', quod cum loquela de morte Roberti Thurberti, unde Nicholaus de Stutevill' rectatus est, coram eis presentata fuerit, ponant eam coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in unum mensem, et interim eidem Nicholao terram suam et omnia catalla sua in pace habere permittant. Teste rege apud Guldef', iiij die Junii.

De l marcis concessis ad clausuram ville Wintonie.—Dominus rex illas l marcas, que exiguntur a probis hominibus Wintonie per summonicionem Scaccarii de ultimo tallagio super eos assiso in villa Wintonie,

1228.

[m. 7.] eisdem hominibus suis concessit in auxilium ville sue Wintonie claudende. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eos de predictis l marcis quietos esse faciant. Teste rege apud Guldeford', v die Junii.

Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Scias quod concessimus pro nobis et heredibus nostris abbati et monachis de Burgo Sancti Petri, quod ballivi predictorum abbatis et monachorum colligant debita nobis et heredibus nostris debita in omnibus hundredis suis in comitatu Norhamt' et in omnibus dominicis suis, in cujuscunque balliva sint, et quod inde respondeant ad Scaccarium nostrum.*

Pro abbate Ville Nove in Britannia.—Mandatum est ballivis nundinarum Sancti Botulfi de Hoyland' quod habere faciat fratri Durando, monacho abbatie Ville Nove in Britannia, ad opus abbatis et monachorum predicti loci, x lī. de elemosina Constantie quondam comitisse Britannie constituta in predictis nundinis. Teste rege apud Windles', viij die Junii.

De catallis mercatorum de Gant.—Mandatum est majori et ballivis Eboraci quod xl et j saccum lane de catallis mercatorum de Gaunt, quos arestari fecerunt per preceptum domini regis, sicut ei signaverunt, salvo custodiri faciant, donec rex aliud inde preceperit, ita quod nihil inde sit deterioratum vel amotum. Teste rege apud Windles', x die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat W. comiti Warenn' x quercus in forinseco bosco domini regis de Hethfeld' ad parcum suum de Roinges claudendum. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Coyneres quod habere faciat Willelmo capellano de Stanes, presentium latori, duas quercus in foresto de Windles' ad pontem de Stanes reparandum, de dono domini regis. Teste rege apud Windles', x die Junii.

Pro priorissa Winten'.—Dominus rex concessit priorisse de Winten' quod habeat unam feriam singulis annis apud Winten' per tres dies duraturam, videlicet in vigilia et in die et in crastino Sancte Marie Magdalene; nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Emerico de Sacy.—Dominus rex perdonavit Emerico de Sacy vj libras et x solidos et x denarios qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro Willelmo de Berton'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis vj libris x solidis et x denariis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Elya filio Benedicti le Eveske Judei.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod per manum Elye filii Benedicti le Eveske Judei, cui Johannes de Gise assignavit domum que fuit Mosse Bugi Judei in

* Cancelled, 'quia in rotulo finium.'

1228.

[m. 7.] parochia Sancti Olavi Lond', et quam eidem Johanni dominus rex dedit, sicut plenius continetur in carta domini regis ei inde facta, unum par calcarium deauratorum singulis annis ad Pascha ad opus domini regis recipiant. Teste rege apud Windles', xij die Junii.

Pro Willelmo de Cantilup'.—Dominus rex concessit Willelmo de Cantilup' quod habeat unam feriam singulis annis apud manerium suum de Berewic' duraturam per tres dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Sancte Marie Magdalene; nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' etc. Teste ut supra.

Pro priore Hospitalis Jerosolim'.—Rex Eustachio archidiacono Lewensi salutem. Precipimus tibi quod de manerio de Hethermton,' quod Johannes de Monte Acuto dedit antequam obiit priori et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolim', de predicto manerio predicto priori sine dilatione plenam saisinam habere facias, non obstante precepto nostro quod fieri fecimus de saisina inde tibi facienda post mortem ipsius. Et siquid de catallis ejusdem prioris, que habuit in manerio predicto, ceperis postquam saisinam ejusdem manerii recepisti, id ei sine dilatione reddi facias. Teste rege apud Windles', viij die Junii.

De terris que fuerunt Johannis de Monte Acuto commissis R. comiti Cornubie.—Dominus rex commisit R. comiti Cornubie custodiam omnium terrarum que fuerunt Johannis de Monte Acuto, et qui sunt in custodia archidiaconi Lewensis per preceptum domini regis. Et mandatum est eidem archidiacono quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Johannis et sunt in manu sua, eidem comiti plenam saisinam habere faciat, salvis executoribus testamenti ipsius Johannis catallis suis ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

[m. 6.] *De contentionibus que sunt inter dominum regem et episcopum Norwicensem de assisis et placitis.*—Rex M. de Pateshull' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Norf' salutem. Quia venerabilis pater Thomas Norwicensis spontanea voluntate sua concessit quod placita corone de terris et feodis que dicit debere placitari in curia sua, coram vobis hac vice in curia nostra placitetis, salva libertate ecclesie sue, sicut per eundem episcopum nobis plenius est intimatum et per litteras nostras justiciario nostro mandatum, concessimus eidem episcopo quod assisas nove dissaisine, mortis antecessoris et alias assisas, de quibus contentio est inter nos et ipsum episcopum, placitetis hac vice in curia ipsius episcopi in presentia ballivorum ipsius episcopi, salvo jure nostro. Et ideo vobis mandamus quod omnes assisas predictas presentibus ballivis ipsius episcopi in predicta curia sua placitetis, et illos qui per assisas illas debeant amerciari, faciatis amerciari secundum consuetudinem regni nostri in curia sua per visum predictorum ballivorum, et amerciamenta illa in suspenso teneatis usque ad instans festum Sancti Michaelis, ita quod non colligantur infra predictum terminum per ballivos nostros vel ballivos ipsius episcopi. Teste rege apud Westmonasterium, xviij die Junii.

1228.

[m. 6.] *De mercandisis mercatorum de Gant deliberandis.*—Mandatum est majori et ballivis Eboraci quod omnes res et mercandisis mercatorum de Gand', tam lanam quam alia genera mercandisarum, que per preceptum domini regis arestaverunt pro debitis que dominus rex exigit ab hominibus de Gant de debito domini J. regis, sine dilatione reddi et deliberari faciant mercatoribus de Gant, quorum res et mercandise ille fuerunt, ad faciendum inde quod voluerint. Teste ut supra.

De nave data archidiacono Salopie.—Rex baillivis suis de Grimesby salutem. Sciatis quod dedimus magistro Alexandro archidiacono Salopie illam longam navem que est in portu nostro, in qua inventus fuit electus de Orkeneya, qui postea interfectus fuit. Et ideo vobis mandamus quod predictam navem cum omnibus armamentis in ea inventis predicto archidiacono vel illi quem ad ipsam recipiendam destinaverit, sine dilatione liberetis. Teste ut supra.

De tradendis in ballio.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Audivimus per inquisitionem quam nobis misisti quod Alanus de Scurstorp' apellat Petrum filium Brigine, Walterum filium Jordani, Henricum filium Senicle, Thomam filium Danielis, Christianam que fuit uxor Gilberti Wade, Willelmum Blek', et Walterum filium Willelmi de morte Ricardi de Scrustorp' odio et atya, et non eo quod ipsi Petrus, Walterus, Henricus, Thomas et Cristiana, Willelmus et Walterus inde culpabiles sint. Et ideo tibi precipimus quod quemlibet ipsorum Petri, Walteri, Henrici, Thome, Cristiane, Willelmi et Walteri tradas in ballio xij probis et legalibus hominibus de comitatu tuo, qui illos manucapiant, habendos coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, et habeas ibi hoc breve et nomina eorum quibus traditi fuerint in ballio. Teste ut supra.

Pro uxore Johannis de Monte Acuto.—Mandatum est R. comiti Cornubie quod de terris que fuerunt Johannis de Monte Acuto et que sunt in custodia sua per preceptum domini regis, assignari faciat Lucie que fuit uxor ejusdem Johannis racionabilem dotem suam que eam contingit de predictis terris. Teste ut supra.

Pro civibus Wintonie.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod de septies viginti et duabus libris blancis quas cives nostri Wintonie reddere consueverunt singulis annis ad Scaccarium nostrum pro firma ejusdem civitatis tempore J. regis, patris nostri, ante guerram motam inter ipsum patrem nostrum et barones suos Anglie, pro fideli servicio predictorum civium ipsi patri nostro et nobis inpenso, et propter paupertatem et destructionem ejusdem civitatis, perdonavimus eisdem civibus de eadem firma sexaginta et duas libras blancas que exigebantur ab eis ad Scaccarium de anno regni nostri nono, et sexaginta et duas libras blancas de anno regni nostri decimo, et sexaginta et duas libras blancas de anno regni nostri undecimo, quibus annis predicti cives habuerunt civitatem illam ad firmam pro quater viginti libris blancis; perdonavimus etiam eisdem civibus totum blancum de firma predictarum quater viginti librarum ejusdem civitatis de predictis tribus annis. Et de predicto blanco

1228.

[m. 6.] predictarum quater viginti librarum de predictis tribus annis, predictos cives quietos esse faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xix die Junii, anno regni nostri xij°.

Rex eisdem salutem. Sciatis quod quadraginta solidos quos per summonicionem Scaccarii nostri facitis fullonibus civitatis nostre Wintonie, et xxvij li. quas per eandem summonicionem Scaccarii facitis telariis nostris ejusdem civitatis, de arreragiis firmarum gildarum suarum de tempore domini J. regis patris nostri, de pluribus annis, eis relaxavimus et perdonavimus propter paupertatem suam. Et ideo vobis mandamus quod predictos fullones de predictis xl s. et predictos telarios de predictis xxvij li. quietos esse faciatis. Volumus etiam quod firme gildarum predictorum fullonum et telariorum sint ad firmam predicte civitatis nostre Wintonie, secundum concessionem quam inde fecit predictus pater noster eis inde fecit (*sic*), que in rotulo regni sui septimo de Scaccario continetur. Teste ut supra.*

Pro episcopo Bathoniensi de deafforestatione de Pukelescherche.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod concessimus venerabili patri J. Bathoniensi episcopo et successoribus suis imperpetuum, quod manerium suum de Pukeleschirch' cum omnibus pertinentiis suis sit omnino deafforestatum, tam de venatione quam de omnibus aliis que ad forestam vel forestarios pertinent, sicut in carta nostra quam eidem episcopo inde fieri fecimus plenius continetur. Et ideo tibi precipimus quod predictam cartam nostram in pleno comitatu tuo legi et predictam concessionem nostram teneri facias. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Junii.

Eodem modo scribitur Hugoni de Nevill'.

De deafforestatione quarundam partium comitatus Glouc'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod cartam domini regis quam fieri fecit de deafforestatione boscorum, villarum et terrarum que sunt inter boscum de Furcis prope Bristoll' et Hunteneford' et aquam de Saverne et Rugeweye super cilium montis de Sobbir', sicut la Rugeweye se extendit de Lantesdon' usque ad aquam de Arleleg', in pleno comitatu suo legi et predictos boscos, villas et terras, secundum metas in predicta carta nostra contentas, per totam ballivam suam clamari faciat et teneri deafforestatos. Teste ut supra.

Pro priore hospitalis Jerosolim'. — Mandatum est archidiacono Lewensi quod omnia catalla que fuerunt Johannis de Monte Acuto, inventa in terris suis, quarum custodiam habuisti per preceptum domini regis et que catalla adhuc sunt in custodia sua, sine dilatione liberet priori hospitalis Sancti Johannis Jerosolim' et sociis suis, executoribus testamenti ipsius Johannis, ad rationabile testamentum suum inde faciendum. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Sancto Johanne.—Willelmus de Sancto Johanne attornavit Henricum de Boeland' loco suo de hiis que ad dominum regem pertinent. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod predictum Henricum

* There is a cancelled copy of these entries above, with some variations.

1228.

[m. 6.] loco ipsius Willelmi tamquam attornatum suum ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebrigie.

De busca data.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat priorisse de Bocland' xl carectatas de sicca busca in parco nostro de Periton' de dono* domini regis ad focum suum. Teste ut supra.

Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Wurdie, servienti Walteri de Clifford' de Middelton', xl carectatas de sicca busca in foresta de Brehull' ad opus ipsius Walteri ad focum suum, de dono domini regis. Teste ut supra.

De petra et calce ad castrum Norwici.—Mandatum est ballivis de Norwico quod petram et calcem domini regis quam habent in custodia sua, faciant habere Thome Norwicensi episcopo ad castrum de Norwico reparandum. Teste rege apud Westmonasterium, xix die Junii.

Pro Alexandro de Dorset'.—Dominus rex concessit Alexandro de Dorset' quod colligat blada sua ad opus suum, que seminari fecit hoc anno etc. xij°, in terra quam habuit ad firmam de Petro de Alneto in Chaugrave, ita tamen quod idem Alexander inveniet R. Cycestrensi episcopo etc. in anno futuro semen ad seminanda ivernagia nostra in terra predicta. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod permittat eundem Alexandrum colligere predicta blada, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quadam parte manerii de Rober' tenenda in foresta.—Quia per inquisicionem factam per preceptum Hugonis de Nevill', quam domino regi transmisit, quod quando manerium de Robir' fuit in manu domini J. regis, quedam pars ex occidentali parte aque de Maggild' fuit de feodo Rogeri de Merlay et in foresta domini regis, mandatum est vicecomiti Norhumb' quod publice clamari faciat quod pars predicta tamquam foresta custodiatur, ita quod nullus eam ingrediatur aut in ea forisfaciat contra assisam foreste domini regis. Teste ut supra.

De manerio de Wysset' reddito Rogero le Bigod.—Rex vicecomiti Suff' salutem. Ex tenore carte domini J. regis, patris nostri, quam fecit Rogero le Bigod, comiti Norf', accepimus quod idem pater noster concessit eidem comiti manerium de Wyset' cum omnibus pertinentiis suis quod habuit de eodem patre nostro in excambium pro manerio de Reddehall', ita quod si comes Brittannie versus ipsum vel heredes suos de manerio illo de Wysete loqui vellet, starent inde recto secundum tenorem cartarum quas ipsi habent, nec inde disseisirentur nisi per judicium curie nostre. Et quia predictus comes Norf' de predicto manerio de Wysete seisitus fuit usque ad pacem factam inter nos et barones nostros, et quod predictus comes Brittannie postea seisinam habuit de eodem manerio absque judicio curie nostre contra tenorem predicte carte, predictum manerium de Wyset cum pertinentiis suis reddidimus Rogero filio et heredi comitis Hugonis le Bigod, filii et heredis predicti comitis Rogeri. Et ideo tibi precipimus

* Omitted in MS.

1228.

[m. 6.] quod de predicto manerio cum pertinentiis suis eidem Rogero, filio et heredi predicti comitis Hugonis, plenam seisinam sine dilatione habere facias, salvis Hugoni de Vivon' instauris suis que habet in eodem manerio. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, ij die Julii, anno regni nostri xij°.

Pro hominibus de Driffeld'.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Venientes ad nos duo ex hominibus nostris de Driffeld' pro se ipsis et quibusdam aliis qui manerium nostrum de Driffeld' receperunt ad firmam, ut dicunt, et a nobis instanter petierunt quod, cum manerium illud in manum nostram resaisiri preceperimus et in terris illis excolendis et seminandis grando custum posuerint, provideri faciamus quod sumptus et labores sui quos ad terras excolendas posuerunt, aliquo modo sibi recompensentur; et quia non curamus nec volumus quod custum suum omnino perdant, tibi precipimus quod de bladis instantis autumpni de anno regni nostri xij° de eodem anno provenientibus vel alio modo provideas et facias quod hominibus predictis pro custo suo hoc anno posito in terra illa excolenda et seminanda, competens fiat recompensatio. Teste Teste (*sic*) rege apud Tenham, ij die Julii. Per litteras regis sub sigillo justiciarii transmissas ad sigillum regis.

Pro Willelmo de Lard' et Gaillardo fratre ejus.—Rex priori de Simplingham salutem. Sciatis quod Gaillardus de Lard', pro se et pro Willelmo fratre suo, attornavit coram nobis Galfridum de Caleada ad xl marcas de nobis recipiendas nomine suo, que arestate fuerunt in prioratu vestro per preceptum nostrum pro Bernardo de Sancto Germano, sicut alias plenius vobis inde significavimus. Et ideo vobis mandamus quod eidem Galfrido, loco predictorum Gaillardi et Willelmi, de predictis denariis sine dilatione respondeas. Teste me ipso apud Westmonasterium, x die Julii, anno etc. xij°.

Eodem modo scribitur abbati de Valle Dei pro eodem Gaillardo de iiij^{xx} marcis.

Eodem modo scribitur priori de Sixle pro eodem Gaillardo de xxx marcis.

Pro episcopo Carleolensi.—Dominus rex concessit W. Carleolensi episcopo quod pro custodia castri de Carleol' et comitatus Cumb', que rex ei commisit custodienda quamdiu ei placuerit, percipiat per annum ad Scaccarium c marcas simul cum exitibus iiij^{or} carucatarum terre pertinentium ad castellariam predicti castri. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de exitibus terre illius de tribus partibus anni etc. viij^{vi} et de annis etc. ix°, x°, xj°, xij°, quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxv die Junii.

Hibernia. Pro Waterfordensi episcopo.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, Simoni de Hal et Ricardo Duket quod talem saisinam habere faciant W. Waterfordensi episcopo de terra de Caidebec extra muros Waterford', de qua dissaisitus est sine judicio, ut dicit, qualem

1228.

[m. 6.] inde habuit die qua recessit de Waterford' tendendo versus Angliam. Teste rege apud Westmonasterium, xj die Julii.

Mandatum est eisdem quod de misericordia in qua predictus episcopus Waterfordensis incidit coram eis in itinere suo apud Waterford' ad assisas captas post Pascha proximo preteritum anno etc. xij°, pro absencia sua quo tempore idem episcopus fuit in Anglia, ipsum episcopum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De prebenda data magistro Rogero de Lacok'.—Dominus rex concessit et quantum ad eum pertinet, dedit magistro Rogero de Lacok' prebendam illam cum omnibus pertinentiis suis quam Walterus de Castell' habuit in capella domini regis de Bruges, que vacat et ad donum domini regis spectat. Et mandatum est Henrico de Aldithel' quod ipsum magistrum Rogerum in corporalem ejusdem prebende possessionem inducat. Teste ut supra.

Pro magistro et fratribus hospitalis Dovr'.—Dominus rex concessit magistro et fratribus hospitalis Sancte Marie Dovr' et carta sua confirmavit quod habeant singulis annis unam feriam apud Beausbergh' juxta manerium suum de Wytefeld', duraturam per tres dies, videlicet in die Apostolorum Philippi et Jacobi et duobus diebus sequentibus; nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Kancie etc. Teste rege apud Westmonasterium, xj die Julii.

Pro abbate de Berlinges.—Quia constat domino regi per inquisitionem quam fieri fecit per vicecomitem Linc', quod Simon filius Galfridi, qui utlagatus fuit pro raptu, tenuit de abbate de Berlinges unam sopam parvam in Linc' et quod sopa illa extitit in manu nostra per unum annum et j diem; mandatum est ballivis Linc' quod eidem abbati de predicta sopa sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Bertram de Cryoil.—Dominus rex commisit Bertramo de Cryoil manerium de Molesford' quod Nicholaus de Carrio de rege tenuit in capite, ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de manerio illo plenam ei sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 5.] *Pro Eustachio de Ludeham.*—Dominus rex, de debitis que Eustachius de Ludeham ei debet de tempore quo fuit vicecomes Eboraci et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii, perdonavit ei xv li. v s. et xj d. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant.

De quodam prisone.—Mandatum est constabulario de Merlebergh' quod hominem illum rectatum et captum pro morte Willelmi filii Edmundi, quem prior de Okeburn' ei liberabit per preceptum regis, recipiat et in prisona salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xij die Julii.

Et mandatum est eidem priori quod hominem illum liberari faciat predicto constabulario, cui dominus rex precepit quod illum recipiat. Teste ut supra.

1228.

[m. 5.] Et mandatum est custodi honoris Walingef quod eo quod idem prior predictum prisonem dicto constabulario non liberaverit, nullam erga ipsum prisonem querat occasionem. Teste ut supra.

Pro Ada Esturmy.—Dominus rex concessit Ade Esturmy c solidatas terre quas Rogerus Mirabel tenuit de domino rege in capite in Skiredon' et Shapelegh', per servicium duarum sagittarum barbatarum quando rex venerit usque Dertemor' ad chaciandum in ea, et que capta fuerunt in manum domini regis pro fuga quam idem Rogerus fecit coram Th. de Muleton' et Roberto de Lexinton' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Devon', tenendas de domino rege per predictum servicium si ita sit quod utlagetur et terram illam forisfecerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod talem saisinam qualem ipse rex habet de terra predicta, eidem Ade inde sine dilatione habere faciat. Teste ut supra.

Pro monialibus de Doninton'.—H. etc. dilecto sibi archidiacono Cantuariensi salutem. Sciatis quod perdonavimus monialibus de Doninton' sextamdecimam quam ab eis exigitis ad opus nostrum de ecclesiis suis ad summam xxxij sol. Et ideo vobis mandamus quod predictas moniales pacem inde habere permittatis. Teste etc.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod si Thomas filius Willelmi, captus et detentus in prisona regis apud Norhamt' pro morte Willelmi de Rowell', unde rectatus est, invenerit ei xij liberos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, siquis etc., si quis, etc., tunc tradat etc. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo et capitulo Eboracensibus.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod diem que (*sic*) ad instantiam venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi concessimus decano et capitulo Eboracensibus usque in octabas Sancti Michaelis anno etc. xij° de quibusdam libertatibus et aliis, sicut continentur in primis litteris nostris quas inde tibi misimus, prorogavimus usque in unum mensem a die Sancti Hilarii anno regni nostri xiij, ita quod omnia tunc sint in eodem statu quo ea esse precepimus ad diem predictam, videlicet in octabis Sancti Michaelis. Et ideo tibi precipimus quod predictis decano et capitulo pacem inde habere permittas usque in unum mensem a predicta die Sancti Hilarii. Demandam etiam quam per summonicionem Scaccarii facit hominibus ecclesie Eboracensis de ultimo itinere justiciariorum interim in respectum ponas. Teste ut supra.

Pro abbate de Deulecresse.—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit abbati de Deulecresse et monachis ibidem Deo servientibus totam terram de Roshal' cum pertinentiis suis, quam predicti abbas et monachi prius tenuerunt de ballio J. regis et de ballio ipsius, habendam et tenendam sibi et successoribus suis de nobis et heredibus nostris

1228.

[m. 5.] imperpetuum in puram et perpetuam elemosinam, sicut plenius continetur in predicta carta eis inde facta. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et de predicta terra de Roshal' cum pertinentiis, eis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De sextadecima liberanda magistro S. de Lucy.—Mandatum est A. archidiacono Norhumb' quod sextamdecimam collectam de archidiaconatu suo liberet custodi episcopatus Dunholmensis ad salvo custodiendam donec rex aliud inde preceperit, cui dominus rex mandavit quod sextamdecimam illam recipiat et salvo custodiat. Teste ut supra.

De terra replegianda.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod terram que fuit Rogeri de Heyford' in Heyford' de feodo Willelmi de Kaaignes in Doddeford', que est in manu R. comitis Cestrie et Lincoln' per preceptum domini regis, et quam terram que fuit ipsius Rogeri cepit in manum domini regis, predicto comiti replegiari faciat usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno etc. xij°. Teste ut supra.

Pro comite Cestrie.—Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Precipimus tibi quod non distringas homines quos dilectus et fidelis noster R. comes Cestrie et Lincoln' habet in custodia in balliva tua de honore Leic', ad parcum Norhamt' claudendum contra libertates contentas in carta quam dominus J. rex pater noster fecit R. quondam comiti Leic' et hominibus suis ejusdem honoris. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Putham.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod demandam quam facit Radulfo de Putham de visu franciplegii, auxilio comitatus et hujusmodi contentionibus, ponat in respectum usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno etc. xij°. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Julii.

Pro Guiberto de Rue.—Dominus rex concessit Guiberto de Ruwe bladum xvij acrarum terre de hoc instanti autumpno, quod fuit Johannis de Dursinton', qui fugit pro morte hominis. Et mandatum est vicecomiti* Glouc' quod bladum illud ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro Hugone de Viron.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod in propria persona sua accedat usque ad manerium de Wyset', quod fuit in manu Hugonis de Vivon' de ballio domini regis, et diligenter inquirat que catalla idem Hugo habeat in eodem manerio, et que debita et que arreragia ei debeantur de tempore quo manerium illud extitit in manu sua, et que blada seminaverit in terris ejusdem manerii, et, secundum quod jus exegerit, eidem Hugoni catalla debita et arreragia et blada predicta sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Jocens de Hamwell' captus et detentus in prisona domini regis apud Linc' pro morte Ricardi de Hamwell', unde

* Omitted in MS.

1228.

[m. 5.] Ingus', que fuit uxor ejusdem Ricardi, eum appellat, habet litteras quod tradatur in ballium xij hominibus etc.

Pro Willelmo Lungesp'.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod de terra quam Rogerus de Akiny tenuit in Hildrichesham, et que capta est in manum nostram per preceptum nostrum, Willelmo Lungespee, filio W. comitis Sarisburie, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De terris alienatis quamdiu terre comitis Devonie extiterint in manu domini regis.—Rex dilectis et fidelibus Th' de Muletun', Roberto de Lexinton', et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Devon'. Mandamus vobis quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu Devonie per quos rei veritas melius inquiri poterit, diligenter coram vobis inquiri faciatis que terre, que libertates, et que jura subtracta et alienata fuerint de terris que fuerint Willelmi quondam comitis Devonie postquam terre ille devenerunt in manum nostram, et per quem et qui ea teneant et quo waranto; et ea que per inquisitionem inde factam subtracta inveneritis et alienata sine precepto nostro, in eodem statu quo fuerunt quando terre predicte primo in manum nostram devenerunt, stare faciatis. Teste etc. xvij die Julii, anno regni nostri xij°.

Pro Alicia de Moyun'.—Rex vicecomiti Devonie. Monstratum est nobis ex parte Alicie de Moun quod tu, occasione precepti nostri quod tibi fecimus de terris que fuerunt Willelmi Paynel' in balliva tua capiendis in manum nostram, ipsam de dote sua ei assignata de predictis terris et de maritagio suo disseisivisti; et ideo tibi precipimus quod, eodem precepto non obstante, de maritagio suo et rationabili dote sua eidem Alicie plenam seisinam habere facias; catalla etiam sua propria et dominica instaura que occasione predicta cepisti, ei sine dilatione reddi facias. Teste ut supra.

De pastura hominum de Gillingeham'.—Rex Hugoni de Nevill'. Mandamus vobis quod permittatis homines nostros de Gillingham' habere pasturam ad animalia sua extra fossatum parci nostri de Gillingham' donec aliud inde preceperimus, ita quod non intrent coopertum ejusdem parci, et si forte aliquando sine consuetudine predicta animalia per escapium intra fossatum illud venerint, propter hoc non graventur aut occasionentur. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex Johanni de Venuz. Precipimus tibi quod permittas dilectum et fidelem nostrum Willelmum de Sancto Johanne capere quinque damos in foresta nostra in bailliva tua de dono nostro. Teste etc. xv die Julii, anno regni nostri xij°.

Pro priore Dunholmensi, perdonatio de xx marcis.—Dominus rex perdonavit priori et monachis Dunholmensibus finem xx marcarum quem fecerunt coram magistro S. de Lucy custode episcopatus Dunholmensis et sociis suis justiciariis nuper itinerantibus in episcopatu Dunholmensi,

1228.
[m. 5.] pro respectu habendo de assisis hominum suorum capiendis in curia episcopi Dunholmensis in eodem itinere. Et mandatum est predicto magistro Stephano quod predictos priorem et monachos pacem inde habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Julii.

Contrabreve de wymplis emptis.—Rex vicecomitibus Lond' salutem. Precipimus vobis quod duo paria winplarum de serico emi et liberari faciatis Rembaldo nuncio Radulfi de Wylinton' constabularii Bristoll', deferenda usque Bristoll' ad opus Alienore cognate nostre. Et custum etc. computabitur etc. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Julii, anno regni nostri xij°.

De liberationibus datis pauperibus.—Dominus rex liberationem duorum denariorum et oboli quam Rogerus capellanus episcopi Lincolniensis recipere solebat singulis diebus per manum vicecomitis Hereford' de elemosina constituta, et liberationem duorum denariorum quam Margareta, nutrix Isabelle, sororis domini regis, recipere solebat singulis diebus per manum vicecomitis ejusdem de eadem elemosina, dedit et concessit intuitu Dei et pro salute anime sue et animarum antecessorum et heredum suorum, priorisse de Bocland' et monialibus ibidem Deo servientibus de ordine Hospitalis Jerosolim' ad sustentandum in perpetuum tres puellas in eodem prioratu. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationes illas ei habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Julii.

Eodem modo scribitur eisdem baronibus de liberatione j denarii quam Willelmus de Stivinton' percipere solebat in die per manum vicecomitis Essex' de elemosina domini regis, data et concessa Abrahe Judeo manco ad sustentationem suam.

Eodem modo scribitur eisdem baronibus de quatuor denariis de illis sex denariis quos Matildis de Herlauc, quondam nutrix domini regis J., percipere solebat de elemosina per manum vicecomitum Essex' et Middelsex', datis et concessis Galfrido de Sancto Dionisio, illis iiij denariis percipiendis in die, quos ipsa Matildis recipere solebat per manus predicti vicecomitis Essex'.

De perambulatione facta.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod perambulationem factam per preceptum domini regis inter villam Alexandri Coventrensis episcopi de Pres et villam Willelmi Pantulf de Wemme, stare faciat per easdem metas et divisas quas domino regi sub sigillo suo et sigillo perambulatoris predicte perambulationis signavit. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Julii.

De assisis capiendis in curia episcopi Norwicensis et de rotulo mittendo ad Scaccarium.—Mandatum est M. de Pateshull' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Norf' quod assisas, que remanserunt capiende in curia Thome Norwicensis episcopi, in presentia ballivorum suorum in eadem curia capiant, et assisis illis captis unum de rotulis suis sigillo predicti episcopi signatum mittant ad Scaccarium domini regis ad festum Sancti Michaelis anno etc xij° tam de assisis prius captis quam

1228.

[m. 5.] capiendis; ut tunc coram nobis discutiatur coram nobis* utrum nobis an eidem episcopo remanere debeant amerciamenta de predictis assisis provenientia. Teste ut supra.

Pro comitissa Augy.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod manerium de Watel', quod Nicholaus de Lettres tenet de ballio domini J. regis patris nostri, statim visis litteris capiat in manum domini regis et de eodem manerio cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat Alicie, comitisse Augi, salvis eidem Nicholao bladis et catallis suis que habet in eodem manerio. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci de manerio de Lacton, quod Brianus de Insula tenet de ballio J. regis et H. regis.

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est Thome de Muleton' et sociis suis justiciariis in comitatu Devonie quod assisam inter Rogerum de Antes' et uxorem ejus petentes et Johannem filium Galfridi tenentem de tenemento in Morton' venire faciant coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies. Teste ut supra.

De macremio ad operationem domorum castri Wintonie.—Mandatum est Willelmo Briwer' quod cum magister Henricus de Cerne et carpentarii domini regis ad eum venerint, permittat eos capere macremium in foresta domini regis in balliva sua, prout opus fuerit et expedire viderint, ad operationem domorum in castro nostro Wintonie faciendam, et buscam eis habere faciatis in eadem foresta ad unum rogum ad eandem operationem faciendam. Teste rege apud Mortelak', xxij die Julii.

Eodem modo scribitur custodibus Nove Foreste, tam in ipsa foresta quam in bosco de Denenod'.

Et Michaeli de Columbariis de macremio capiendo in foresta domini regis in balliva sua.

De ordinatione R. quondam Sarisburiensis episcopi in episcopum Dunholmensem.—Dominus rex ordinationi facte de venerabili patre R. quondam Sarisburiensi episcopo in episcopum Dunholmensem assensum regium prebuit et favorem. Et mandatum est magistro Stephano de Lucy quod, castris de Norham et de Dunholm' in manu domini regis retentis, ballivis ipsius episcopi quos ad hoc assignaverit de predicto episcopatu Dunholmensi plenam saisinam habere faciat, apposita etiam salva custodia in eisdem castris, ad nos sine dilatione veniatis nobiscum locuturi. Teste rege apud Westmonasterium, xxij die Julii.

Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod Magistro Elye de Derham et Reginaldo de Kaune, quibus dominus rex episcopatum Sarisburiensem vacantem commisit custodiendum quamdiu domino regi placuerit, in hiis que ad predictum episcopatum pertinent in nullo se intromittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Surr', Dorset', Glouc', Berk'.

Et mandatum est predicto Reginaldo de Calne quod predicto episcopatu custodiendo una cum predicto Magistro Elya diligenter intendat, ita

* *Sic in MS.*

1228.

[m. 5.] quod cum episcopus Dunholmensis in partes Sarisburie veniat, sacramentum prestet coram eo de predicto episcopatu custodiendo fideliter, sicut predictum est.

Dominus rex concessit venerabili patri R. quondam Sarisburiensi episcopo nunc Dunelmensi omnia blada instantis autumpni que sunt in dominicis episcopatus Sarisburiensis, que quidem blada idem episcopus seminari fecit in eisdem dominicis, ita quod idem episcopus blada sua colligi faciat per operationes et consuetudines debitas maneriorum ejusdem episcopatus, retentis tantum de eisdem bladis semine ad predicta dominica seminanda et liberationibus servientum quantum necesse fuerit.

Et mandatum est Magistro Elye de Derham et Reginaldo de Kaune quod eidem episcopo blada predicta habere faciat, sicut predictum est.

De executione testamenti Cantuariensis archiepiscopi quantum ad eum pertinet de maneriis de Waleden' et Depeden'.—Mandatum est Rogero de Auntes' et uxori ejus quod permittant quatuor milites assignatos ex parte S. quondam Cantuariensis archiepiscopi et W. de Maundevill' quondam comitis Essex' ad exitus maneriorum de Waleden' et Depeden' recipiendos, de c lī. respondere executoribus testamenti predicti archiepiscopi de exitibus eorundem maneriorum, sicut idem archiepiscopus tempore predicti comitis percipere consuevit, et de residuo ultra predictas c lī. eis respondeant, sicut predicto comiti respondentes fuerunt secundum conventionem factam inter predictos archiepiscopum et comitem tempore suo. Teste ut supra.

Et mandatum est Miloni de Sumery, Ernaldo de Mandevill', Hugoni de Bibbeworth et Humfrido de Rupella quod sic mandatum est predicto Rogero et uxori ejus, et quod de superplusagio eorundem maneriorum ultra predictas c lī. respondeant predictis Rogero et uxori ejus sicut respondere consueverunt predicto comiti tempore suo secundum conventionem etc. ut supra. Et hoc significat eis dominus rex, mandans ut ita faciant. Teste ut supra.

[m. 4.] *Wasconia. Pro Ernaldo de Landa.*—Dominus rex commisit Ernaldo de Landa civi Burdegale et preposito monete Burdegale, qui bene et fideliter servivit domino J. regi et domino regi, domum domini regis de monetaria junctam aule domini regis in Burdegala, quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod de predicta domo sine dilatione plenam saisinam ei habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxij die Julii.

Pro Thoma filio Godefridi.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Thome filio Godefridi quod de xxx^ta libris quas debet Benedicto Crespin de Cantuaria et Bono Amico de Cantuaria Judeis, reddat eisdem Judeis ad presens x libras, et ad Natale Domini anno regni nostri xiij°, x libras, et ad Pascha anno eodem x libras. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et irrotulari faciatis. Teste me ipso apud Windlesor', xvj die Julii.

1228.

[m. 4.] *Pro Oliva, que fuit uxor Rogeri de Monte Begonis.*—Mandatum est vicecomiti Noting' quod habere faciat Olive, que fuit uxor Rogeri de Monte Begonis, xx^ti libratas redditus in manerio de Oswardebec donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De Pagano le Archer assignato ad itinerandum in foresta comitatus Essex'.—Rex Ricardo de Muntfichet salutem. Mittimus ad vos fidelem servientem nostrum Paganum le Archer ad itinerandum una cum ballivis nostris per totam forestam nostram comitatus Essex', ad videndum quod foresta illa melius solito custodiatur. Et ideo vobis mandamus quod predictum Paganum ad hoc admittatis. Teste rege apud Windles', xxvij die Julii.

De valle de Wyresdal' data justiciario.—Rex vicecomiti Lanc' salutem. Scias quod dedimus, concessimus et carta nostra confirmavimus Huberto de Burgo, comiti Kancie, justiciario nostro, et Margarete uxori ejus, totam vallem de Wiresdal' cum terra de Gersingham infra metas et divisas in carta nostra quam eis inde fieri fecimus. Et ideo tibi precipimus quod plenam eis inde saisinam habere facias. Teste ut supra.

De catallis que fuerunt S. Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est Bertram de Cryoil et Alano Poinant quod, auditis et intellectis litteris domini regis quas prius misit eis, de bonis et catallis tam de bladis quam omnibus aliis instauris que fuerunt S. quondam Cantuariensis archiepiscopi, fieri faciat in forma contenta in predictis litteris tam de blado de anno preterito quam de bladis instantis autumpni. Teste rege apud Windles', xxvij die Julii.

Pro Radulfo Musard.—Mandatum est vicecomiti Noting' et Dereb' quod occasione mortis Isabelle, que fuit uxor Radulfi Musard, ipsum Radulfum non dissaisiat de aliquibus terris quas habuit in balliva sua de hereditate ipsius Isabelle, nec de catallis suis que habet in terris predictis se intromittat, nisi ipse aliquas terras teneret de rege in capite de hereditate ipsius uxoris sue, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windles', xxviij die Julii.

Pro uxore que fuit Willelmi del Pec.—Quia constat domino regi per inquisitionem factam a vicecomiti Dereb' quod Felicia, que fuit uxor Willelmi del Pec, tenet manerium de Bamford' per servicium militare de Matheo de Haversegh' in capite ut jus et hereditatem suam, et quod due bovate terre cum pertinentiis in Langesd' sunt de rationabili dote sua, que eam contingit de tenemento quod predictus Willelmus tenuit de rege in capite, occasione cujus eadem Felicia credebatur esse de dono domini regis, mandatum est vicecomiti Dereb' quod de predicta dote sua quam cepit in manum domini regis, eidem Felicie plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro uxore Leulini.—Dominus rex concessit sorori sue Johanne domine Norwal' blada que ipsa seminari fecit in manerio de Cunedour'

1228.

[m. 4.] dum manerium illud fuit in manu de ballio domini regis. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod predicta blada ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Willelmi.—Rex vicecomiti Leic' salutem. Monstravit nobis Robertus filius Willelmi quod tempore quo Willelmus Extraneus tenuit quandam terram in Medburn' de ballio nostro, quedam virgata terre cecidit in manum ipsius Willelmi, quam postea tamquam escaetam suam dimisit eidem Roberto excolendam et seminandam, et cum nuper precepissemus terram ipsam de Medburn' in manum nostram capi, tu occasione illius precepti predictam virgatam terre, quam idem Robertus tenuit, una cum alia terra in manum nostram cepisti. Et ideo tibi precipimus quod, non obstante predicto precepto nostro, ipsum Robertum blada sua que in predicta virgata terre seminari fecit, sine impedimento colligere ad faciendum inde quod voluerit permittas. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Amaurico de Sancto Amando.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Baliscadan', quas Amaricus de Sancto Amando tenuit de ballio domini regis, antequam ipse rex precepisset omnia dominica sua ab ipso capi in manum suam, et de quibus ipsum occasione predicta dissaisivit, eidem Amaurico plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Philippo de Albin'.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat Philippo de Albin' de terra de Welveton', que est de pertinentiis ville de Chiweton' que fuit Willelmi Martel, quam dominus rex eidem Philippo commisit ad se sustentandum in servicio suo quamdiu ei placuerit. Teste rege apud Windles', xxviij die Julii, anno etc. xij°.

De castro de Porecestr'.—Dominus rex commisit Galfrido de Lucy castrum de Porecestr' cum balliva foreste domini regis pertinente ad idem castrum, custodiendum quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod de predicta balliva ejusdem foreste eidem Galfrido sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Windles', xxx die Julii.

De fustis ad castrum Dovr'.—Mandatum est Bertramo de Crioil et Alano Poinant' quod habere faciant constabulario Dovr' xx fusta in bosco archiepiscopi de Betenham ad planchias ad opus pontis turneicii ejusdem castri faciendas, et ea cariari faciant* usque ad aquam apud Newenden' carianda inde usque Dovr'. Teste ut supra.

De prosternendo castro de Thorinton'.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod in propria persona sua accedat ad castrum de Torinton, quod firmatum est sine licentia domini regis, et convocato† ibidem comitatu suo, predictum castrum penitus prosterni et fossata ejusdem rasari faciat.

* "faciat" in MS. † "convocatu" in MS.

1228.

[m. 4.] Permittat autem quod Henricus de Tracy per visum suum de muris castri sui de Berdestapl' tantum prosterni faciat quod muri illi remaneant altitudinis x pedum tantum, ita quod ipse Henricus infra firmitudinem murorum illorum edificia sua et mansionem habere possit. Teste rege apud Rading', j die Augusti.

Pro Rades de Duffeld'.—Constat domino regi per inquisitionem factam et regi missam quod hermitorium de Saburgham' cum pertinentiis suis ad regem pertinet committendum cui voluerit, quod quidem hermitorium tam in terra arabili quam landis ad illud hermitorium pertinentibus, dominus rex commisit Rades de Duffeld' custodiendum quamdiu regi regi* placuerit, ita tamen quod idem Rades per idoneum capellanum faciat capelle ejusdem hermitorii deservire. Et mandatum est ballivis foreste Cumbrie quod de predicto hermitorio, tam cum terra arabili quam landis ad illud pertinentibus, predicto Rades sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', j die Augusti.

Et mandatum est episcopo Carleolensi quod ab eodem Rades per idoneum capellanum predicte capelle deservire permittat. Teste ut supra.

Pro Rades de Duffeld de hermitorio.—Rex venerabili patri W. Carleolensi episcopo salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli nostro Rades de Duffeld' hermitorium de Saburgh' cum pertinentiis, custodiendum quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod si quid de predicto hermitorio cum pertinentiis cepistis tempore quo exstitit in manu nostra, eidem Rades sine dilatione reddatis. Teste ut supra.

De curbis ad operationes Turris Lond'.—Rex dilectis et fidelibus suis Bertram de Criol' et Alano Poinaunt' salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis constabulario nostro Turris Lond' viginti curbas in bosco de Bixle ad operationes ejusdem Turris faciendas. Teste ut supra.

Pro Gileberto Ruffo de Radinges.—Rex custodi vinorum suorum Suhamt' salutem. Precipimus vobis quod de vinis nostris que sunt in custodia vestra, habere facias Gilberto Ruffo de Rading' unum dolium vini Was[c]on' de rec. pro uno dolio vini quod nobis comodavit apud Rading' in vigilia Beati Petri ad Vincula, anno regni nostri xij. Teste ut supra.

Pro hominibus de Pokelinton'.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi quod, non obstante eo quod per preceptum nostrum cepistis in manum nostram manerium nostrum de Pokelint', permittas homines de Pokelint' habere blada sua que seminaverunt in terris manerii illius antequam manerium illud in manum nostram capi precepimus. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo de quietantia shirorum et hundredorum.—Rex concessit H. de Burgo, comiti Kancie, et justiciario Anglie, quod ipse et homines sui habeant imperpetuum quietantiam de shiris et hundredis

* *Sic in MS.*

1228.

[m. 4.] et sectis shirarum et hundredorum, wapentakiorum, lestorum et de auxilio vicecomitis et ballivorum suorum et de misericordiis eorum. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod predictum comitem vel homines suos in balliva sua non vexet, exigendo ab eis sectas shirarum et hundredorum vel alias consuetudines contra libertates predictas eis a nobis concessas, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro quadam vidua de Lutegareshal'.—Rex constabulario Lutegreshal'. Scias quod concessimus Gunnilde, que fuit uxor Johannis Blundi de Lutegareshal', domum que fuit predicti Johannis, que capta fuit in manum nostram occasione suspensionis predicti Johannis pro morte hominis, unde rectatus fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Wiltes', tenendam quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod ipsam Gunnildam domum illam tenere permittas donec aliud inde tibi preceperimus. Teste apud Newebyr', iij die Augusti.

Pro Johanne Marescallo.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod blada hujus autumpni que Johannes Marescallus seminari fecit in manerio de Moleford' dum fuit in manu sua, quod quidem manerium dominus rex commisit Bertramo de Cryol ad se sustentandum etc. quamdiu etc. eidem Johanni sine dilatione habere faciat ad faciendum inde quod voluerit. Teste rege apud Hamsted', iiij die Augusti.

Pro canonicis de Nuttel'.—Mandatum est magistro Simoni Coco custodi manerii de Brehull' quod permittat canonicis de Nutel' habere duas bigas euntes et redeuntes in foresta de Bernewud' pro bosco ad focum suum, sicut eas habere consueverunt per cartam J. regis, quam inde habent. Teste ut supra.

De catallis mercatorum de Hispania.—Mandatum est H. filio Aucher' quod residuum denariorum quod est in custodia sua, qui venerunt de Grimmesby de vinis et aliis mercandisis mercatorum de Hyspania venditis Rimundo Willelmi, per talliam faciat liberari usque ad festum Sancti Michaelis, ut tunc plenius possit ei responderi de denariis qui restant adhuc de denariis receptis de vinis que fuerunt apud Beverlacum et alibi. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ardis de bladis seminatis in terra de Rudes.—Mandatum est Ricardo de Gray constabulario Divis' quod habere faciat Willelmo de Ardis blada hujus autumpni, que seminari fecit in terra quam habuit in custodia de dono domini regis in Rudes cum Juliana filia et herede Thome de Rudes, non obstante morte predicte Juliane. Teste rege apud Hamsted', iiij die Augusti.

Pro Henrico de Helyon'.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod non obstante eo quod justiciarii qui ultimo itineraverunt in comitatu illo, vendiderunt id quod ad dominum regem pertinebat per unum annum et unum diem de terra que fuit Willelmi de la Stret', suspensi pro latrocinio, et de catallis ejusdem Willelmi, plenam saisinam habere faciat de terra

1228.

[m. 4.] predicta et de catallis predictis Henrico de Helyon, cui rex dedit omnia catalla predicta et id quod ad eum pertinet de ipsa terra. Teste rege apud Merleberg', vj die Augusti.

Pro Ada Esturmy.—Idem mandatum est eidem vicecomiti pro Ada Esturmy de terra et catallis que fuerunt Rogeri de Mirabel, qui fugit pro morte hominis. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est Bertram de Crioil et Alano Poinant, custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, quod habere faciant Thome de Bendenges in parco de Aldinton' unum damum de dono domini regis. Teste ut supra.

De terra de Cumpton' cum hundredo.—Mandatum est vicecomiti Berkes' quod si occasione translationis R. quondam Sarisburiensis episcopi ad episcopatum Dunholmensem, cepit in manum domini regis quamdam terram in Cumpton', cum hundredo de Cumpton', que ipse episcopus habuit de dono Johanne Malesmeins, prout ipse episcopus domino regi ostendit, tunc sine dilatione eidem episcopo de predictis terra et hundredo saisinam suam reddi faciat. Teste ut supra.

De terra Roberti de Novo Burgo que fuit vadium Aaronis de Lond' Judei.—Mandatum est vicecomiti Dorset' et Sumerset' quod terram Roberti de Novo Burgo in Winfrost', Sirreneton' et Almer', unde rex precepit saisinam fieri Aaroni de London' Judeo ut de vadio suo, non obstante predicto precepto, capiat in manum domini regis et salvo custodiat usque in v septimanas a die Sancti Michaelis, anno etc. xij°. Interim autem blada que sunt in terris illis adunari et custodiri salvo faciat, ita quod nihil inde amoveatur, salvo interim ipsi Roberto rationabili estoverio suo. Et summoneat etc. predictum Judeum quod sit coram justiciariis etc. assignatis etc. ad predictum terminum ad recipiendum rationabilem finem de ipso Roberto de debito quod ei debet. Teste ut supra.

Pro Engeramo de Pratell'.—Rex dilectis et fidelibus suis Bertrammo de Cryol' et Alano Poinaunt, custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, salutem. Sciatis quod cepimus homagium Engerami de Pratell' de terra quam Engeramus de Pratell' pater ipsius tenuit de predicto archiepiscopatu in capite, et que ipsum Engeramum jure contingunt hereditario; qui quidem Engeramus dum minoris fuit etatis extitit in custodia S. quondam Cantuariensis archiepiscopi. Et ideo vobis mandamus quod eidem Engeramo de tota terra, quam predictus Engeramus pater ejus tenuit in capite de predicto archiepiscopatu, et que ipsum hereditarie contingit, plenam ei sine dilatione seasinam habere faciatis. Teste ut supra.

De warnestura castri Divis'.—Mandatum est Ricardo de Grey quod per probos homines de Castellaria de Divisis diligenter inquiri faciat cujusmodi blada venerabilis pater Ricardus, quondam Sarisburiensis episcopus, recepit in castro nostro Divis' per manus Willelmi Briwer', tempore quo castrum illud commissum fuit eidem episcopo custodiendum, videlicet

1228.

[m. 4.] tam in frumento quam ordeo, siligine, avena, pisis et fabis; et cum ei constiterit per inquisitionem illam quantum idem episcopus ab eodem Willelmo recepit de predictis, tantum ab eodem episcopo recipiat et bladum, quod idem episcopus habet in manerio de Rudes, eidem episcopo habere permittat. Teste rege apud Merleb', vij die Augusti.

Pro abbate Belli Loci Regis de iiij^{xx} et x libris.—Rex abbati de Kirkestal' salutem. Mandamus vobis quod quater viginti et x libras quas nobis debetis per annum, faciatis habere hoc anno futuro abbati Belli Loci Regis ad operationem ecclesie sue, videlicet xlv lī. ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xij, et xlv lī. ad Pasca anno regni nostri xiij. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Ebor' quod permittat predictum abbatem predictos denarios habere sicut predictum est.

Pro quadam reclusa. — Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod liberationem concessam a bone memorie S. quondam Cantuariensi archiepiscopo Sarre de Assinis recluse, ei habere faciant in bladis et aliis juxta tenorem carte sue quam idem archiepiscopus ei inde fieri fecit. Teste ut supra.

Pro Matheo filio Hereberti.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod de terra quam mater Willelmi Paynel tenuit in dotem in Hunespil', Matheo filio Hereberti plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro episcopo Norwicensi.—Mandatum est vicecomiti Nortfolc' et Suff': precipimus tibi quod non obstante mandato nostro quod alias tibi fecimus de baronia venerabilis patris Thome Norwicensis episcopi capienda in manum nostram, de eadem baronia plenam seisinam ei sine dilatione habere facias, et siquid inde ceperis id ei plene restituas. Teste ut supra.

De brenniis datis.—Mandatum est magistro Elye de Derham et Reginaldo de Kaune, custodibus episcopatus Sarisburiensis, quod in vivario de Rammesbir' habere faciant W. comiti Marescallo sex brennias de dono domini regis. Teste rege apud Crickelad', viij die Augusti.

Pro Henrico de Franchesney.—Mandatum est Thome de Muleton et Roberto de Lexinton' quod non obstante inquisitione quam fieri fecerunt de dominicis et escaetis domini regis in itinere suo per comitatum Devonie, permittant Henricum de Franchesn' pacifice tenere terram quam habet de ballio domini regis in Evedon', donec rex aliud inde preceperit. In primo autem adventu suo ad dominum regem, ipsum certificet quantum terre predictus Henricus tenet de ballio domini regis in villa predicta, et quantum terra illa valeat per annum. Teste rege apud Glouc', x die Augusti.

Pro Matilda de Craucumbe.—Mandatum est Philippo de Pyrye quod habere faciat Matildi de Craucumbe unum damum in foresta regis de Blakemor' de dono domini regis. Teste rege apud Heref', xiij die Augusti.

1228.

[m. 4.] *Pro Radulfo Musard'.*—Mandatum est vicecomiti Noting' quod habere faciat Radulfo Musard' catalla sua et blada que seminari fecit in terris que fuerunt Isabelle de Mesnill' uxoris sue in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Mabilia de Cantilupo.—Mandatum est Rogero de Clifford' quod permittat Mabiliam de Cantilupo habere forgiam suam itinerantem ad siccum in foresta de Den', sicut eam habuit ante preceptum regis quod fecit ne permitteret ipsam habere predictam forgiam itinerantem, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 3.] *Pro abbate de Monte Sancti Michaelis.*—Dominus rex cepit fidelitatem Radulfi abbatis de Monte Sancti Michaelis, et mandatum est vicecomiti Devonie quod de terris, rebus et possessionibus suis abbatie predicte, quas cepit in manum domini regis occasione vacationis abbatie illius, predicto abbati plenam saisinam habere faciat, et si quid inde ceperit id ei sine dilatione plene restituat.

Eodem modo scribitur vicecomiti Willelmo de Sancto Johanne.

Quia constat domino regi per inquisitionem quam fieri fecit, quod erit domino regi commodo ut Radulfus de Redleg' teneat de ipso rege xlvij acras sabelonis cum pertinentiis in Redleg', que jacent juxta Aquam Sabrine*

De placitis de Cyrencestr'.—Rex abbati de Cyrencestr' salutem. Quia sufficienter coram nobis protestatum est et recognitum quod placita de terris et tenementis in manerio Cyrencestr' mota per brevia predecessorum nostrorum regum Anglie temporibus ipsorum predecessorum nostrorum usque ad tempus quo rex Ricardus, avunculus noster, concessit domui vestre ad feodi firmam manerium illud, terminari solent in curia de Cyrencestr' per juratas secundum consuetudinem aliorum dominicorum nostrorum maneriorum in regno nostro Anglie, vobis mandamus quod non obstante reclamatione quorundam de manerio illo qui alias clamant consuetudines et terminationes placitorum, placita que decetero per brevia nostra movebuntur in curia nostra predicta de Cyrencestr', per juratas secundum consuetudinem aliorum dominicorum maneriorum nostrorum Anglie terminari faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

De vinis cariandis usque Salopiam et alibi.—Rex Willelmo Anglico nuncio ballivorum Bristoll' salutem. Precipimus tibi quod de xx doliis vini que emi precepimus apud Bristoll' et cariari usque Wygorniam, liberari facias ibidem hominibus Henrici de Aldithel' xv dolia vini carianda usque Salopiam ad opus nostrum, et v dolia vini liberari facias ballivis nostris Wigornie ponenda in celario episcopi Wigorniensis ibidem, ad opus nostrum. Teste rege apud Heref', xviij die Augusti.

Et mandatum est eidem Henrico de Aldithel' quod de illis xv doliis vini, cariari faciat iiij dolia vini usque Muntgomery, et xj dolia salvo reponi faciat in castro Salopie ad opus domini regis. Teste ut supra.

* Unfinished and cancelled, "quia in finibus."

1228.

[m. 3.] Et mandatum est ballivis Wigornie quod predicta v dolia vini de predictis xx dolia que rex emi precepit apud Bristoll' et cariari usque Wigorniam, et que Willelmus Anglicus eis liberabit per preceptum domini regis, recipiant et salvo reponi faciant in celario episcopi Wigorniensis ad opus regis. Teste ut supra.

De cariando hernesio regis ad eum.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod habere faciant Willelmo Hordel clerico unam bonam carectam ad denarios ipsius regis, ad herenesium regis ad eum cariandum. Teste rege apud Heref', xix die Augusti.

Hibernia. Pro Ernisio de Dunheved' et uxore ejus.—Rex R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Ostenderunt nobis Ernisius de Dunheved' et Johanna uxor ejus quod cum Martinus de Mandevill' pater ipsius Johanne, quando Hugo de Feypo eam duxit in uxorem, daret ipsi Johanne in maritagium tres carucatas terre cum pertinentiis in Dereham et Shenebuille, quas idem Martinus habuit de dono Rogeri Tyrel', ballivi domini J. regis patris nostri, occasione cujusdam escambii quod ipse pater noster postea fecit cum Ricardo Tyrel, fratre et herede predicti Rogeri, de quibusdam terris in Munesterr', pro terris ipsius Ricardi in honore de Luvethe, dissaiverunt ipsos Hugonem et Johannam de predictis tribus carucatis terre simul cum terra, quam predictus Ricardus tenuit tempore escambii predicti, cum ipsi nichil de escambio illo scirent nec per assensum eorum factum fuisset. Et ideo vobis mandamus quod per sacramentum proborum et legalium hominum de partibus illis, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquiratis utrum ipsi Hugo et Johanna de terra predicta disseisiti fuerunt sicut predictum est, et si per inquisitionem illam vobis constiterit ipsos ita inde fuisse disseisitos, tunc predictis Ernisio et Johanne plenam inde saisinam sine dilatione habere faciatis. Teste me ipso apud Hereford', xx die Augusti, anno etc. xij°.

De custodia heredum Hamonis de Gravenel.—Dominus rex concessit H. de Burgo etc. vel cui assignare voluerit, custodiam et maritagium heredum Hamonis de Gravenel, que ad nos pertinet ratione archiepiscopatus Cantuariensis vacantis et in manu domini regis existentis. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de predicta custodia plenam ei saisinam habere faciat. Teste rege apud Hereford', xxj die Augusti.

Eodem modo scribitur Bertram de Crioil et Alano Poinant. Teste ut supra.

Pro hominibus de Driffeld'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non obstante mandato regis per quod cepit in manum regis manerium suum de Driffeld', nec obstante alio precepto quod dominus rex postea inde ei fecit, permittat homines regis de Drifeld' habere blada sua que seminaverunt in manerio illo antequam illud rex in manum suum capi precepisset. Teste ut supra.

Pro Henrico de Helion'.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod distringat Matheum filium Hereberti et alios in balliva sua, quos ei constiterit aliquid habere de catallis que fuerunt Willelmi de la Strete, suspensi

1228.

[m. 3.] pro latrocinio eorum justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu illo, quod sine dilatione ea reddant Henrico de Helyon', cui rex concessit omnia catalla que fuerunt predicti Willelmi et id quod ad eum pertinet, habendum per unum annum et j diem de terra que fuit predicti Willelmi occasione suspensionis sue. Teste rege ut supra.

Pro filio Engerami de Pratellis.—Dominus rex concessit Engeramo, filio Engerami de Pratellis, cujus homagium cepit de terris quas predictus Engeramus pater suus tenuit in capite de predicto archiepiscopatu et que ipsum hereditarie contingunt, blada de hoc instanti autumpno, anno etc. xij°, que sunt in eisdem terris. Et mandatum est Bertram de Crioil et Alano Poinant, quod predicta blada ei sine dilatione habere faciant. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De fustis datis.—Mandatum est Rogero de Clifford' quod habere faciat decano et capitulo Hereford' tria fusta in foresta de Deu' ad capellam suam de Sancto Briavell' reparandam de dono nostro. Teste ut supra.

Mandatum est Hugoni de Kilpec quod habere faciat fratribus minoribus de Hereford' duo fusta in foresta de Trivel' de dono regis ad constructionem capelle sue. Teste ut supra.

Pro hominibus episcopatus Sarisburiensis.—Mandatum est constabulario castri Divis' quod demandam quam facit hominibus episcopatus Sarisburiensis et hominibus canonicorum Sarisburiensium de theloneo de eis capiendo in mercato de Divis' contra tenorem cartarum suarum, ut dicitur, ponat in respectum usque diem dominicam proximam post Nativitatem Beate Marie anno etc. xij°, ut tunc habeat apud Wigorniam a domino rege mandatum quid facere debeat de predicto theloneo capiendo vel dimittendo. Teste apud Wigorniam, xxiiij die Augusti, anno eodem.

Eodem modo scribitur ballivis de Merleberg' et de Caln'.

De fenis episcopatus Sarisburiensis.—Mandatum est custodibus episcopatus Sarisburiensis quod de fenis episcopatus Sarisburiensis, qui est in custodia sua per preceptum domini regis, permittant ballivos R. Dunholmensis episcopi, quondam Sarisburiensis, capere rationabiliter sicut necesse fuerit, simul cum forragio quod ipse inveniet de suo ad seminandum de dominicis ejusdem episcopatus quantum inde fuerit seminatum quando dictum episcopatum recepit. Teste rege apud Wigorniam, xxiiij die Augusti.

De blado in manerio de Rudes.—Mandatum est Ricardo de Gray sicut ei alias mandatum fuit, quod retento de blado R. Dunholmensis episcopi, quondam Sarisburiensis, in manerio de Rudes quantum per inquisitionem ei constiterit ipsum a Willelmo Briwer' recepisse quando castrum Divis' ab eodem recepit, de toto residuo bladi sui permittat eum pro voluntate sua omnino disponere, nullum ei faciens vel fieri permittens impedimentum quominus libere et sine impedimento hoc facere possit. Teste ut supra.

1228.

[m. 3.] *De distringendo personam de Munden'.*—Mandatum est vicecomiti Hertf' quod distringat Elyam personam de Munden' per laicum feodum suum et Everardum de Stocton, ad reddendum Willelmo de Percy et Bertram de Gartlip' redditum quem reddere solebant advocato de Bethun', quem quidem redditum predictis Willelmo et Bertram rex concessit ad se sustendandos in servicio suo quamdiu ei placuerit. Teste rege apud Wigorniam, xxv die Augusti.

De deliberandis quibusdam hominibus de Hereford'.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Scias quod, ad instantiam proborum hominum nostrorum Hereford', reddidimus eis Johannem et Walterum, filios Gileberti filii Iwenii, et Johannem Broll', qui sunt in prisona nostra apud Oxoniam per preceptum nostrum. Et ideo tibi precipimus quod ipsos a prisona nostra quietos sine dilatione deliberes. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' pro Stephano Fint, Radulfo Cruc, et Radulfo le Teintur, qui sunt in prisona apud Glouc'.

Pro Hugone Dispens'.—Dominus rex perdonavit Hugoni Dispens' xij solidos et sex denarios qui ab eo exiguntur de scutagiis de Muntgomery et de Bedef' et pluribus aliis scutagiis. Et mandatum est custodi honoris Peverel de Noting' quod de predictis xxij s̃. et vj đ. pacem ei habere permittat. Teste rege apud Kiddeministr', xxv die Augusti.

Pro Radulfo de Wilinton'.—Mandatum est constabulario Divis' quod wardam quam exegit a Radulfo de Wilinton', qui est in castro Bristoll', de feodo unius militis quod idem Radulfus tenet de castellaria Divis' in Caleston' et Hechelhamt', pacem ei habere permittat donec aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

De currendo in foresta de Kannok'.—Dominus rex mittit ad Hugonem de Loges, Widonem venatorem cum canibus regis ad forestam de Kannok', ad capiendum ibidem sex vel septem cervos ad opus regis. Et mandatum est eidem Hugoni quod eum ducat versus horas foreste prope blada ubi cervi crassiores fuerint, et cum eos ceperit, faciat eos saliri et duci quo ei dicet idem Wido ex parte regis. Teste rege apud Brug', xxviij die Augusti.

Rex vicecomiti Heref' salutem. Ostendit nobis Radulfus de Bray quod cum ipse maritasset quandam neptem suam Thome Briani et ipse postea finem fecisset cum eodem Thoma pro habenda terra sua de Maghen' ad firmam ad terminum*

De capiendis prisonibus in comitatu Norhamt'.—Mandatum est Radulfo de Trubleville' in fide qua domino regi tenetur, quod sicut se ipsum et omnia sua diligit, statim visis litteris istis capi faciat Johannem Perceval, Robertum le Petit, Simonem le Rumungur, Gilebertum Bercarium, et Alanum et Petrum, filios Ranulfi de Leonibus, quos vicecomes suus Norhamt' nuper cepit per apellum Wilekini de Waverworth probatoris regis, qui postea evasit de prisona regis in qua tenebatur, et quos ipse

* Cancelled, "quia episcopus noluit illud breve irrotulari."

1228.

[m. 3.] vicecomes postea dimisit per plevinam occasione evasionis ipsius probatoris, ut dicitur, ipsosque Johannem, Gilbertum, Alanum, et Petrum salvo in prisona regis custodiri faciat; ita quod eos habeat ad preceptum regis sicut se vult conservare indempnem. Teste apud Salopiam. xxix die Augusti.

Pro Roberto de Turvill' et Rogero le Pour'.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod terram quam Ranulfus de Hurule habet de ballio domini J. regis etc. in Norton', capiat in manum domini regis et ipsam liberet Roberto de Thurvill' et Rogero le Pour' ad se sustendandos in servicio regis. Teste ut supra.

De targiis regiis regis.—Mandatum est H. filio Aucheri Constabulario Turris Lond' quod omnes targias regis, que sunt in custodia sua in predicta Turri, sine dilatione liberari faciat vicecomitibus Lond', quibus rex precepit quod eas recipiant et ad regem cariari faciant usque Muntgomery. Teste rege apud Muntgomery, iij die Septembris.

Pro quibusdam hominibus de Radenach'.—Monstravit regi Radulfus de Radenach' quod loco xx s̄. per quos idem Radulfus et Johannes filius Ricardi, Hugo filius Henrici, Willelmus filius Ricardi, Thomas filius Ailwardi, et Simon filius Reginaldi, finem cum rege fecerunt pro habendo quodam pone contra priorem de Lecton de consuetudinibus etc. vicecomes Buk' ab eis exigit xx marcas per summonicionem Scaccarii. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod solutis ei ad opus regis predictis xx s̄., ad amplius reddendum eos occasione predicta non distringat. Teste ut supra.

Rex commisit vicecomiti Noting' manerium suum de Clipston' custodiendum.*

Pro Hugone filio Radulfi.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod, non obstante eo quod Radulfus de Greseleg', qui mortuus est, tenuit de rege in capite de honore Peverel', ante cujus mortem rex cepit homagium Hugonis filii Radulfi, qui duxit in uxorem Agnetem, filiam et heredem ipsius Radulfi, ad dimissionem suam de terris quas idem Radulfus de rege tenuit in capite, ad terras quas predictus Radulfus tenuit de aliis quam de rege in balliva sua, manum non mittat occasione mortis ipsius Radulfi nec in aliquo se de eis intromittat. Et si aliquem de suis ad predictas terras custodiendas occasione predicta assignaverit, eum inde sine dilatione faciat amoveri. Teste rege apud Muntgomery, v die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Birkin' quod habere faciat Beatricie, uxori Walteri de Evermuth', quatuor damos in balliva sua de dono regis. Teste ut supra.

De Judeis Wigornie capiendis.—Rex vicecomiti Wigornie salutem. Mittimus ad te Radulfum de Wilinton' et Stephanum de Sancto Albano clericum etc. pro facto Diaie Judei et Haye et Picke, filiorum suorum, Judeorum, precipientes tibi quod in hiis que tibi dicent ex parte nostra de ipsis Judeis capiendis et salvo custodiendis fidem eis habeatis. Teste rege apud Muntgomery.

* Cancelled, "quia in rotulo finium."

1228.

[m. 3.] *De carpentariis veniendis usque Muntgomery.*—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod sumus apud Muntgomery in expedicione nostra contra L. principem Norwallie et alios Wallenses inimicos nostros. Et ideo tibi precipimus quod sicut te ipsum et omnia tua diligis, venire facias xx bonos carpentarios de balliva tua usque Muntgomery ad nos ad denarios nostros, ita quod ibi sunt die dominica proxima post octabas Nativitatis Beate Marie, anno etc. xij°. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie de xx carpentariis.

Et vicecomiti Heref' de x carpentariis.

[m. 2.] *De venatione.*—Mandatum est Ricardo Pincun et Rogero de Stopham quod venationem quam ceperunt in foresta de Fecham, liberent baillivis de Fecham, quibus dominus rex mandavit quod venationem illam recipiant cariandam usque Muntgumery. Teste rege apud Muntgumery, ix die Septembris. Sub sigillo justiciarii.

Mandatum est ballivis de Fecham quod venationem quam Ricardus Pincun et Rogerus de Stopham eis liberabunt, recipiant et cariari faciant usque Muntgumery et custum quod ad hoc posuerint, dominus rex eis allocari faciet. Teste ut supra. Sub sigillo justiciarii.

Mandatum est Thome de Langel' quod venationem quam magister Guido et Willelmus May venatores capient in horis foreste de Wichewud' prope parcum de Wudestok', salliri et cariari faciat usque Muntgumery, et custum quod ad hoc posuerit, dominus rex ei allocari faciet. Teste ut supra. Sub sigillo justiciarii.

[Pro] Johanne de Munem' de balliva de Clarendon'.—Dominus rex concessit Johanni de Monem' ballivam de Clarendon' cum pertinentiis, sicut eam tenuit antequam inde disseisitus esset per preceptum domini regis, habendam donec facta inquisitione constiterit domino regi utrum balliva illa pertineat de jure ad ballivam Nove Foreste, quam idem Johannes tenet de hereditate uxoris sue. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod de balliva illa cum pertinentiis plenam ei sine dilatione saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Muntgomery, vij die Septembris.

De castro Norwic' reddendo.—Mandatum est Thome Norwicensi episcopo quod mittat ad dominum regem aliquem de suis de quo confidat, et qui posse habeat reddendi domino regi castrum suum de Norwic'. Teste ut supra.

De firmis et aliis denariis mittendis ad regem.—Rex vicecomiti Heref' salutem. Precipimus tibi quod, sicut te ipsum et omnia tua diligis, omnes denarios de comitatu tuo quos deberes reddere ad Scaccarium nostrum de termino Sancti Michaelis, anno etc. xij, scilicet tam de summonicione Scaccarii nostri quam de exitu et firma comitatus tui, apud Muntgomery habeas die Dominica proxima ante predictum festum Sancti Michaelis, reddendos ibidem in garderoba nostra. Teste rege apud Muntgomery, xviij die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc'.

Rex ballivis suis Heref' salutem. Mandamus vobis quod firmam ville nostre Heref' de hoc instanti termino Sancti Michaelis, anno etc. xij°,

1228.

[m. 2.] habeatis apud Muntgomery die Dominica proxima ante predictum festum Sancti Michaelis reddendam ibidem in garderoba nostra. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis Glouc', Chilteham, Dymmoc', Aure; abbati Wincheeumbe, [abbati] Cyrencestr' de villa Cirenc' et hundredo.

Pro rege Norwegie.—Dominus rex licentiam dedit fratri Benedicto canonico et Radulfo clerico, nuntiis regis Norwagie, quod libere et sine impedimento emi faciant ad opus ipsius regis trescenta vel quadringenta quarteria frumenti ducenda* usque in Norwegiam.

Et mandatum est ballivis de Grimesb' quod non impediant eos quin predictum bladum libere et sine impedimento emi faciant, sicut predictum est. Et alia que ad opus domini sui emi facient, in Norwegiam duci permittant sine impedimento.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc'.

De girofalconibus missis domino regi.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod sex girofalcones et quatuor falcones quos rex Norwagie ei transmisit et qui adhuc sunt in custodia nuntiorum predicti regis apud Grimesb', ibidem ab eis recipiat et salvo custodiri faciat donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste ut supra.

De denariis archiepiscopatus Cantuariensis.—Mandatum est Bertram de Crioil et Alano Poinant, custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, quod de denariis domini regis qui sunt in custodia sua de exitibus archiepiscopatus Cantuariensis, eligi faciant c li. de denariis novis et integris et deponi certo loco apud Cantuariam, liberandas G. de Craucumbe et magistris Johanni Blundo et Roberto de Shardelawe, nuntiis domini regis, ituris ad Curiam Romanam, quando ipsi inde receperint mandatum domini regis. Omnes autem denarios residuos de eisdem exitibus domino regi mittant usque Salopiam sub conductu quem major Lond' de precepto domini regis eis inveniet ad pecuniam illam conducendam usque Wigorniam, et premuniant nuntii ipsorum Bertram et Alani de die adventus sui usque Wigorniam, et ipse rex conductum mittet in occursum eorum ad eos salvo conducendos usque Salopiam. Teste ut supra.

Pro episcopo Elyensi.—Mandatum est Stephano de Sedgrave et sociis suis justiciariis in comitatibus Norf' et Suff' quod permittant G. Eliensem episcopum uti libertatibus suis coram eis in itinere suo, sicut eisdem libertatibus usus est in itineribus aliorum justiciariorum ante istud iter suum. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Waltero de Lascy.—Dominus rex concessit Waltero de Lascy quod de debito quod domino regi debet, reddat ei ad Scaccarium Dublin' quadringentas marcas, videlicet ad festum Sancti Michaelis anno etc. xij°, ducentas marcas, et ad Pascha anno etc. xiij°, ducentas marcas, et sic de anno in annum donec etc. Et dirigitur breve R. de Burgo, justiciario Hibernie, omnino in forma alias ei directa pro eodem Waltero, sicut continetur in hoc rotulo nono die Martii, ubi ei concessit dominus

* "ducenta" in MS.

1228.

[m. 2.] rex quod redderet per annum quingentas marcas de predicto debito, et hic ei concessit rex quod reddat quadringentas marcas, et ubi dicit in alio brevi quingentas marcatas terre, dicit hic quadringentas.

Pro Willelmo de Gangy.—Dominus rex perdonavit Willelmo de Gangi xvij solidos qui ab eo exiguntur pro auxilio vicecomitis, visu franci plegii et secta comitatus et hundredi de dimidio anno, scilicet a Pentecoste anno etc. xij° usque ad festum Sancti Michaelis anno eodem. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod de predictis xvij s̄. pacem ei habere permittat. Teste rege apud Muntgomery', xxj die Septembris.

De officio constabularii ad Scaccarium.—Mandatum est E. thesaurario et baronibus de Scaccario quod loco H. comitis Heref', constabulario regis de Scaccario, recipiant magistrum Rogerum, clericum ipsius comitis, ad officium constabularii exequendum ad Scaccarium. Teste ut supra.

Pro Rogero de Sancto Andrea.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod terram Rogeri de Sancto Andrea in Litlemora, de qua per preceptum domini regis saisinam fecit Judeis pro debitis quibus eis tenebatur, ei replegiari faciat usque in v septimanas a festo Sancti Michaelis, anno etc. xij°, ut tunc inquiratur ad Scaccarium Judeorum apud Westmonasterium que terre s[int] vadium debitorum predictorum. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao de Veredun'.—Mandatum est justiciario Hibernie quod loquelam que est coram justiciariis in Hibernia inter Radulfum Bagod petentem et Nicholaum de Verdun' tenentem de feodo j militis in Rath', et loquelam que est inter Willelmum le Rockere petentem et Philippum de Nugent tenentem de j carucata terre extra pontem, unde idem Philippus vocavit ad warantum predictum Nicholaum, ponat in respectum usque ad Pascha.

De denariis episcopatus Dunholmensis et de quarellis mittendis ad regem.—Mandatum est Stephano de Lucy quod, quanta poterit festinatione, cum omnibus denariis qui sunt in custodia sua de exitu episcopatus Dunholmensis se usque Wigorniam transferat, ducens secum omnes quarellos quos fieri fecit in predicto episcopatu, in bonis et fortibus carectis. Cum autem illuc venerit, ibidem expectet et de adventu suo rex certificet ut quid inde facere debeat, ei significet. Teste ut supra.

De mercatis prohibendis et securibus mittendis ad regem usque Kery.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod, sicut se ipsum diligit, nullo modo permittet quod mercatum aliquod teneatur in balliva sua, firmiter injungens ex parte domini regis omnibus mercatoribus victualium de balliva sua, et clamari faciens quod ipsi et omnia mercata ballive sue sequantur ipsum regem in expeditione sua versus vallem de Kery cum victualibus suis, sicut corpora et omnia catalla sua diligunt. Ita quod quamdiu fuerit in predicta expeditione, nullum alicubi teneatur mercatum in balliva sua; venire* etiam faciat ad ipsum regem usque Kery de

* "venerire" in MS.

1228.

[m. 2.] singulis duabus hidis totius comitatus sui unum hominem cum una bona securi, habentem secum victualia ad sufficientiam per xv dies a die quo venerit in exercitum, ita quod, sicut indempnis esse voluerit idem vicecomes, predicti homines cum predictis securibus sint ad ipsum regem ad ultimum die Mercurii proxima post festum Sancti Michaelis, anno etc. xij°. Taliter autem de predictis se intromittat ne per defectum sui rex ad ipsum se capere debeat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Salopiam, xxiiij die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' per omnia.

Eodem modo scribitur vicecomiti Staff' et Salopie, excepto die quo debent venire homines cum securibus, videlicet die Dominica proxima post festum Sancti Michaelis.

Et vicecomiti Heref' solummodo de mercatis prohibendis etc.

De trublis et beschis.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod sub quanta potuerit festinatione, sicut se ipsum diligit, venire faciat ad regem usque Kery de singulis duabus hidis comitatus sui unum hominem cum una trubla vel una bescha, ita quod sint ad exercitum regis apud Kery die Dominica proxima post octabas Sancti Michaelis cum victualibus ad morandum in exercitu per xv dies postquam illuc venerint. Teste ut supra.

[*De*] *tradendo in ballio.*—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod si Simon mercator, captus et detentus in prisona regis pro recto latrocinii et de societate, unde quidem probator noster qui est in prisona nostra ibidem ipsum appellat, invenerit ei salvos plegios ad standum recto de appello illo, tunc ipsum Simonem de prisona regis per plevinam deliberet. Teste rege apud Vallem de Kery, xxx die Septembris.

De foresta circa Porecestr'.—Dominus rex concessit Galfrido de Lucy forestam de la Bere et de Hauleharaud' et aliam forestam regis que est circa Porecestr', custodiendas quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est H. de Nevill' quod de foresta illa plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Petro filio Hereberti.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod permittat Petrum filium Hereberti levare quandam portam super calcetam pontis Lechelad' coram hospitali quod ibidem construxit, salva transeuntibus, tam peditibus quam equitibus et carectis, absque impedimento communi via sua. Teste rege apud Kery, xxviij die Septembris.

Pro Johanne filio Alani.—Dominus rex concessit Johanni filio Alani quod ipsi et heredes sui habeant imperpetuum singulis annis unam feriam apud Album Monasterium duraturam per iiij dies, videlicet in vigilia et in die Sancti Andree et per duos dies sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti quod feriam illam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Muntgomery, xxij die Septembris.

1228.

[m. 2.] *De loquela ponenda in respectum.*—Dominus rex justiciariis suis de Banco. Mandamus vobis quod loquelam que est coram vobis inter abbatem de Fiscampo et dilectum et fidelem nostrum Johannem de Braos', qui est in servicio nostro in partibus Suwallie per preceptum nostrum, de quibusdam libertatibus et consuetudinibus, ponatis in respectum usque in xv die Sancti Hilarii anno regni nostri xiij°. Teste rege apud Kery, iiij° die Octobris, anno regni xij°.

Pro Engeramo de Sancto Martino.—Dominus rex commisit Engeramo de Sancto Martino terram, quam Hugo de Sancto Martino frater ejus habuit in Sereweton, ad ipsum Engeramum sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod ei sine dilatione de predicta terra plenam saisinam habere faciat. Teste E. Londoniensi episcopo apud Westmonasterium, xv die Octobris.

Pro Ricardo de Harecurt'.—Dominus rex perdonavit Ricardo de Harecurt scutagium suum de feodis quatuor militum que tenet de comite Warewic', et scutagium suum de feodis quatuor militum que tenet de comitissa Wintonie, et que ipsi tenent de rege in capite, videlicet de scuto duas marcas pro exercitu de Kery in quo fuit nobiscum per preceptum nostrum.* Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos comitem et comitissam de predicto scutagio quietos esse faciant. Teste H. Lincolniensi episcopo apud Westmonasterium, xviij die Octobris.

Et mandatum est predictis comiti et comitisse quod de predicto scutagio pacem eidem Ricardo habere permittat. Teste ut supra.

Pro Ernaldo de Bosco.—Eodem modo scribitur baronibus de Scaccario pro Ernaldo de Bosco de feodis xv militum que tenet de M. comitissa Wintonie et ipsa de rege, de quibus xv feodis rex perdonavit eidem Ernaldo scutagium etc. supra. Teste E. Londoniensi episcopo apud Westmonasterium, xviij die Octobris.

Et mandatum est ipsi comitisse etc. quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Rogero de Sancto Andrea.—Eodem modo scribitur baronibus de Scaccario pro Rogero de Sancto Andrea de scutagio suo de feodo unius militis quod tenet de comitissa Wyntonie, et ipsa de rege, de quo rex perdonavit eidem Rogero scutagium. Et mandatum est eidem comitisse quod de scutagio illo eidem Rogero pacem habere permittat. Teste E. Londoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxj die Octobris.

Pro Galfrido Monacho.—Dominus rex perdonavit Galfrido Monacho transgressionem quam fecit erga regem, ducendo in uxorem Sarram filiam Roberti de Insula, que fuit uxor Huberti filii Radulfi, sine licentia regis, que fuit de dono ipsius regis. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de terra sua de Boneya cum pertinentiis et cum rebus rebus (*sic*), et catallis

* "Fuit nobiscum per preceptum nostrum" is corrected from "habuit pro se Petrum de Sancto Edwardo militem suum."

1228.

[m. 2.] suis que occasione illius transgressionis in manum regis capta fuerunt per preceptum suum, plenam eis sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Verdun'.—Dominus rex perdonavit Nicholao de Verdun' unum palefridum et unum dextrarium quos regi debuit et qui ab eo exigebantur ad Scaccarium suum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Nicholaum de predictis palefrido et dextrario quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Briano de Insula.—Dominus rex perdonavit Briano de Insula scutagium suum* de feodis duorum militum que tenet de Radulfo de Fressenvill' et idem Radulfus de rege, scilicet de scuto ij marcarum pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Radulfum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Radulfo quod ei inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

Postea mandatum fuit vicecomiti Noting' quod scutagium illud eidem Briano habere faceret, et predictum Radulfum de Fressenvill' inde pacem habere permitteret. Teste ut supra.

[m. 1.] [*Pro*] *Ricardo de Argent'.*—Dominus rex perdonavit Ricardo de Argenteom scutagium suum de Kery de feodis trium militum, que Johannes de Lenham, filius et heres Rogeri de Lenham, tenet in capite de honore de Rychemund', scilicet de scuto ij marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod pacem ei habere permittat et quod scutagium illud ei habere faciat de dono regis. Teste E. Londoniensi episcopo . . . die Octobris.†

Dominus rex perdonavit eidem Ricardo de Argent' scutagium suum de feodis duorum militum que filius et heres Rogeri de Lenham tenet de archiepiscopatu Cantuariensi, scilicet de scuto duas marcas pro exercitu de Kery. Et mandatum Bertramo de Crieuil et Alano Puingnant, custodibus archiepiscopatus, quod eidem Ricardo de scutagio illo pacem habere permittant et quod eidem Ricardo scutagium illud habere de dono faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suhamt' de scutagio de feodis duorum militum datis eidem Ricardo, que Michael de Furnell' miles suus tenet in capite de honore Richem' in balliva su[a. Et mandatum est ei quod] ipsum Michaelem de predicto scutagio pacem et illud predicto Ricardo habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantabrigie pro eodem Ricardo, de scutagio de feodis quatuor militum que predictus Michael tenet in capite de predicto honore in balliva sua.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' pro eodem Ricardo, de scutagio de feodo unius militis quod predictus Michael tenet in capite de predicto honore.

* De Kery has been inserted and cancelled here.

† This entry is repeated in rather different words after the next entry, and cancelled, "quia superius."

1228.

[m. 1.] [*Pro Roberto*] *filio Nicholai de terra et herede* [*Ricardi de*] *Leveland.*—Dominus rex concessit Roberto filio Nicholai custodiam terre et filie et heredis Ricardi de Leveland' qui de rege tenuit in capite. Et mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod de [terris predictis] una cum catallis in eisdem terris inventis que dominum regem contingunt, plenam saisinam habere faciant. Teste E. Londoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxiij die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie.

Pro P. de Albin'.—Dominus rex perdonavit Philippo de Albin' scutagium suum de feodo unius militis quod tenet de Oliva, que fuit uxor Rogeri de Monte Begonis, et ipsa de honore Britannie qui est in manu regis, scilicet [scutagium pro] exercitu de Kery in quo fuit etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictam Olivam de predicto scutagio quietam esse faciant. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxiij die Octobris.

Eodem modo scribitur predicte Olive quod ei inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

[*Pro*] *W. comite Marescallo.*—Dominus rex concessit W. comiti Marescallo scutagium suum de feodo dimidii militis, quod tenet de abbate Westmonasterii et ipse abbas de rege in capite. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod predicto comiti scutag[ium illud habere, et predictum abbatem] pacem inde habere faciat. Teste E. Londoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxv die Octobris.

Pro Rogero de Leiburne.—Eodem modo scribitur vicecomiti Oxonie de scutagio feodorum duorum militum quod rex concessit Rogero de Leyburn', que quidem feoda idem Rogerus tenet de Margarita de Reveres et ipsa Margareta de rege.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie de scutagio feodorum v militum quod rex concessit eidem Rogero, que quidem feoda idem Rogerus tenet de eadem Margareta de Reveres et ipsa de rege in capite. Teste ut supra.

Pro Rogero de Stamford'.—Dominus rex perdonavit Rogero de Stanford scutagium suum de feodo unius militis quod tenet in capite de honore de Wallingeford pro exercitu de Kery, in quo fuit cum domino rege. Et mandatum est custodi honoris quod eidem Rogero de eodem [scutagio pacem habere permittat].

Pro Roberto de Tatteshal'.—Dominus rex concessit Roberto de Tatteshal' scutagium suum de feodo j militis quod tenet de honore Britannie in capite, scilicet de scuto ij marcas pro exercitu de Kery in quo fuit [cum domino rege]. Et mandatum est vicecomiti . . . . [quod scutagium] illud ei habere faciat de dono regis. Teste E. Londoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxviij die Octobris.

Pro Thoma de Cherlecot'.—Dominus rex perdonavit Thome de Cherlecot', vadleto magistri Stephani de Lucy, scutagium suum de dimidia

1228.

[m. 1.] et quarta parte feodi j militis quod tenet de Roberto Hasteng de feodo Rad . . . . [et perdonavit] Willelmo Balance, vadleto ejusdem magistri Stephani, scutagium suum de feodo j militis quod tenet de predicto Roberto Hasteng' de eodem feodo. Et mandatum est vicecomiti War' quod eisdem Thome [et Willelmo de] dicto scutagio pacem habere faciat. Teste ut supra.

Pro Petro de Brus.—Dominus rex concessit Petro de Brus scutagium suum de feodis vij militum, que tenet de Nigello de Mubray et idem Nigellus de rege in capite, scilicet de scuto ij marcas, pro exercitu de Kery etc. Et mandatum [est vicecomiti] Eboraci quod scutagium illud ei habere faciat de dono regis et predictum Nigellum pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Petro filio Hereberti. — Dominus rex concessit Petro filio Hereberti scutagium suum de feodis duorum militum, que tenet de abbate de Hida et abbas de rege in capite, et scutagium de feodis trium militum [que tenet de] Willelmo de Sancto Johanne et idem Johannes de rege in capite, scilicet de scuto ij marcas, pro exercitu de Kery etc. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod eidem Petro scutagium illud habere et predictos abbatem et Willelmum pacem inde habere permittat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxvij die Octobris.

Dominus rex concessit eidem Petro scutagium suum de feodis trium militum, que tenet de archiepiscopo Eboracensi et idem archiepiscopus de rege in capite etc. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem Petro [scutagium] illud habere faciat et predictum archiepiscopum inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

Dominus rex concessit eidem Petro scutagium suum de feodo j militis, quod tenet de abbate Abbendon' et idem abbas de rege in capite, scilicet de scuto duas marcas, pro exercitu de Kery in quo etc. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem Petro scutagium illud habere faciat et predicto abbati pacem inde habere permittat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxvij die O[ctobris].

Hibernia. Pro Radulfo et Henrico de Trublevill'.—Rex justiciario suo Hibernie salutem. Sciatis nos dedisse et carta nostra confirmasse Radulfo de Trublevill' et Henrico de Trublevill', tamquam heredi ipsius Radulfi post mortem [ipsius] Radulfi, pro homagio et servicio suis, manerium de Balimagdon' cum pertinentiis suis, quod Robertus Ruffus habuit de ballio domini J. regis patris nostri, habendum et tenendum de nobis [et heredibus nostris] ipso Radulfo tota vita sua, et predicto Henrico et heredibus suis post mortem ipsius Radulfi in firma et hereditate, faciendo inde nobis et heredibus nostris servicium feodi dim[idii] m[ilitis] pro omni servicio. Et ideo vobis mandamus quod eidem Radulfo de predicto manerio cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix die Januarii, anno xij°.

1227.

[m. 15*d*.] *Kancia*.—Albricta et Cristiana, filie Hugonis le Guthe, attornaverunt Thuraldum de Kivilly contra Johannem filium Alulfi, tenentem de xxx acris terre cum pertinentiis in Nortburn'.

Notingh'.—Therricus de Hambergh' attornavit Galfridum de Bernes-ton' contra Willelmum Britonem, petentem de xiiij bovatis terre in Stanton'.

Linc'.—Simon de Hal attornavit Walterum de Gisorc' contra personam de Winceby de una bovata terre in Winceb', et contra Umfridum Hundesfot de dimidia bovata terre in eadem villa, et contra Gerardum Hundefot de dimidia bovata et tribus acris terre in eadem villa.

Hunt'.—Idem attornavit Willelmum filium Simonis contra Aliciam de Amundevill' de sex[ta] parte feodi j militis in Stigelton'.

Leic'.—Thomas le Chamberleng attornavit Walterum le Butiller contra Gilebertum de Hoby, tenentem de ix bovatis terre et dimidia cum pertinentiis in Hoby.

Eboracum.—Theobaldus Walteri attornavit Robertum Marescall' et Henricum de Gatho contra Willelmum filium Uchild', Hugonem Benge, et multos alios deforciantes de consuetudine etc. ad molendinum suum de Sippel'.

Lincoln'.—Willelmus de Welle attornavit Johannem de Anford' contra Robertum de Chaucumb' et Julianam uxorem ejus de duabus carucatis terre in Strubby.

Eboracum.—Isabella de Ingriththorp' attornavit Nicholaum filium Ricardi virum suum contra Hugonem de le Lay de viij carucatis terre in Weston'.

Robertus de Tateshal' attornavit Ricardum de Tibeham contra Willelmum le Cunestable de xij acris terre in Seluele in comitatu Suff'.

Huntindon'.—Simon de Hal et Ernaldus de Buketon' attornaverunt Rogerum Marievilain contra Aliciam de Amundevill' de terra in Stilton'.

Willelmus de Widindon' attornavit Rogerum de Widindon' contra Ricardum clericum et Ceciliam uxorem ejus, petentes de tercia parte xx acrarum terre in Tredinton'.

Rogerus le Bigot attornavit Widonem de Soterington et Robertum de Nutlegh' in omnibus que ad comitatum pertinent nomine domini regis, et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsos vel alterum illorum, si ambo interesse non possint, loco ipsius Rogeri in comitatu suo recipiat. Teste rege apud Eboracum, xxix die Decembris.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per sacramentum xij discretorum et legalium militum fieri faciat perambulationem inter terram

1227.

[m. 15d.] Johannis de Bulemer' in Bulemer' et terram Willelmi de Mulethorp' in Mulethorp', quia ipsi posuerunt se coram domino rege super perambulationem illam.

Hugo de Neuport attornavit Radulfum de Stanton et Walterum le Muner contra Gervasium de Sirinton' de j mesuagio in Neuport'.

1228.

[m. 14d.] Rex vicecomiti Kancie salutem. Precipimus tibi quod statim visis litteris illis per totam ballivam tuam clamari facias quod nullus, qui de nobis tenet in capite in balliva tua in dominicis nostris, sicut corpus et tenementum suum diligit, aliquid de tenemento suo conferat vel vendat vel aliquo alio modo alienet alicui domui religiose vel aliquibus personis ecclesiasticis sine licentia nostra; firmiter etiam prohibeas quod nullus de nobis tenens in capite, sive miles, sive liber homo, sive alius, se transferat a terra quam de nobis tenet ad terram alicujus domus religiose vel persone ecclesiastice ad manendum super eam, per quod simus perdentes in serviciis, tallagiis vel aliquibus aliis ad nos pertinentibus. Diligenter etiam inquiras per sacramentum proborum et legalium hominum comitatus tui qui de hominibus nostris de nobis tenentibus in capite in dominicis nostris, sicut predictum est, dederint vel vendiderint vel aliquo alio modo alienaverint aliquid de tenementis suis, et quibus viris religiosis vel ecclesiasticis personis ea alienata fuerint, et a quo tempore, et quantum singula illa tenementa alienata valeant, et inquisitionem inde factam etc. nobis mittas et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, j die Februarii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie preter Cornubie.

[m. 13d.] *Dorset'*.—Petrus de Russeals attornavit Walterum filium Andree de Winterburn' et Johannem Kaynel contra Robertum de Novo Burgo de terra in Almere.

Noting'.—Adam filius Willelmi et Emma de Romton et Gerebertus de Winton' attornaverunt Hugonem capellanum de Romton' contra Willelmum, Robertum et Henricum de Helmeswell' de terra in Lonn'.

Norhamt'.—Willelmus Basset attornavit Lucam de Jolegrave contra Radulfum Baset de Weledon' de uno molendino in Weston'.

Linc'.—Simon de Ropesl' attornavit Willelmum de Mere contra Alanum de Cotes de debito xj marcarum et dimidie, et contra eundem quod ei reddat compotum suum etc.

Glouc'.—Wigorniensis episcopus attornavit Galfridum de Derlegh contra Thomam priorem Bathoniensem de custodia terre et heredis Petri Croc.

Oxonia.—Abbas Osen' attornavit Reginaldum Marescall' contra Johannem filium Alexandri de terra in suburbio Oxonie.

Glouc'.—W. Wigorniensis episcopus attornavit etc. Willelmum de Melay et Anketillum, clericum suum, contra comitem Umfridum de averiis contra vadium et plegium retentis.

1228.

[m. 13*d*.] *Stafford'*.—Abbas Osen' attornavit etc. Henricum Purcell' contra Simonem de la Walle de terra in Stauhall'.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod habeat apud Eboracum in octabis Sancti Hyllarii precium omnium rerum et mercandisarum que homines Eboraci vel alii quicumque de baillia sua extra libertatem archiepiscopi Eboracensis et comitis Albemarlie emerunt de rebus et mercandisis, que fuerunt in navi illa in qua mercatores ejusdem navis interfecti fuerunt ante Sandwic', et que ducta fuerunt usque in portum de Hul'; videlicet, de Thoma de Len et Lamberto Parment' precium quingentarum pellium capriolorum, scilicet xliij s̄., et precium ccc pellium catorum, scilicet xxvij s̄., et precium c pellium leporum, scilicet v s̄., et precium sex ulnarum de grosso halbergetto, scilicet xxxiij đ.; de Johanne de Rothomago precium ccc et xl pellium agninarum; de te ipso precium unius dolii vini. Habeat etiam ibidem precium rerum et mercandisarum quas duo malefactores detulerunt, scilicet precium centum librarum de grein ex una parte et centum librarum de grein ex alia parte, precium cc pellium cuniculorum et precium duorum miliarium cuniculorum xxvj minus ex alia parte, precium v penularum de genet', precium xij duodenarum de cordewan integro, precium v duodenarum et viij pellium de cordewan fere putrido per salsam maris, precium xv duodenarum et viij pellium de cordewan Bazain, precium quingentarum pellium agninarum preter xxiiij minus, precium cc pellium agninarum ex alia parte que fere putride fuerunt, precium xxiij peciarum fileti ad stradas faciendas, precium quater xx et ix pellium vulpinarum, precium cc pellium leporum, et precium quadringentarum et xxxvj ulnarum de corda Hispana, precium singularum predictarum mercandisarum ad predictum terminum domino regi fore faciat.

Eodem modo scribitur Eboracensi archiepiscopo: de Reginaldo de Werberton' precium ix doliorum vini, de Elenardo de Sautemareis precium unius dolii, de Roberto Clovelee precium vij doliorum, de Waltero de Garewy precium unius dolii, de Elya de Lond' precium unius dolii, de Ricardo filio Radulfi Milnebec precium unius fardelli de pellibus grisorum cattorum et unius fardelli de pellibus agninis, de Ricardo filio Radulfi de Prepositura precium duorum timbres et dimidii de pellibus wulpinis et precium unius veli, de Roberto le Palmer precium unius fardelli de corda, de eodem Roberto et Hereberto Liof precium unius fardelli de pellibus agninis, de Roberto Ingewere precium x ponderum uncti, videlicet x marcas, de Gileberto de Lond' precium trium costarum ad balistas, scilicet vj đ.

Eodem modo scribitur comiti Albemarlie quod habeat precium xiij doliorum vini que remanserunt ei de xxxiiij doliis vini que fuerunt in navi in qua mercatores occisi fuerunt ante Sandwic', que postea ducta fuit in portum de Hul', et precium vj doliorum vini que Saerus de Sutton' et fratres sui habuerunt de navi eadem, et precium iiij doliorum que Walterus de Wik' habuit, et precium duorum doliorum que Thomas et Alanus de Dripol habuerunt de navi eadem, precium cujuslibet dolii ij marcas et dimidiam, liberandum ibidem vicecomiti ut tunc super precio vinorum illorum mercatoribus quorum fuerunt, dominus rex satisfacere possit per manus ipsius vicecomitis. Teste rege apud Blium, iij die Januarii.

1228.

[m. 13*d.*] Rex vicecomiti Cantebrigie salutem. Datum est nobis intelligi quod occasione infirmitatis Matildis de Dina qua laborabat, quidam homines terras suas et domos in baillia tua subintraverunt et res et catalla sua consumunt, expectantes mortem ejus. Et ideo tibi precipimus quod in propria persona tua accedas ad predictas domos et terras et omnes eos quos in eis inveneris, sicut predictum est, sine dilatione amoveas, et pone eos per vadium et salvos plegios quod sint coram nobis quando preceperimus, inde responsuri. Terras autem et catalla ipsius Matildis, ex quo mortua fuerit si eam mori contingat, capias in manum nostram ita quod nullus in terras illas ingressum habeat vel de catallis illis in aliquo disponat sine precepto nostro. Teste rege apud Stanford, xiiij die Januarii.

De perambulatoribus, ballivis foreste et aliis de comitatu Surr' summonendis coram rege. — Rex vicecomiti Surr'. Summone per bonos summonitores omnes forestarios de feodo in balliva tua quod sint coram nobis in octabis Purificacionis ostensuri a quo tempore et per quem et quo waranto ballivas suas teneant. Summone etiam etc. omnes alios de balliva tua qui ante perambulacionem foreste ultimo factam per preceptum nostrum, videlicet post confectionem carte nostre de libertate foreste, usi sunt libertate foreste de chacia, videlicet vel quietancia vel de aliqua libertate ad forestam pertinente, quod tunc sint coram nobis ostensuri a quo tempore et per quem et quo waranto ipsi vel antecessores sui predictam libertatem habuerunt. Diligenter etiam inquiras qui fuerint perambulatores predicte perambulacionis, et eos habeas coram nobis ad predictum diem ostensuros quare per preceptum nostrum eis factum de predicta perambulacione facienda inter partes illas comitatus tui que foreste fuerunt ante coronacionem H. regis, avi nostri, et partes illas que postea fuerunt afforestate, deafforestaverunt in perambulacione sua quasdam comitatus tui que ante predictam coronacionem foreste fuerunt. Scire etiam nobis facias evidenter ad eundem diem quos boscos vel quas partes de dominicis nostris predicti perambulatores deafforestaverint in predicta perambulacione, cum de dominicis nostris deafforestare nullum habuerint warantum. Et habeas ibi summonitores, nomina perambulatorum et hoc breve. Teste rege apud Geitint', xv die Januarii.

De eodem in comitatu Warr'.—Eodem modo scribitur vicecomiti Warr'.

Rex baronibus et baillivis suis de Sandwic' salutem. Sciatis quod diem placitorum de Quinque Portubus que summonita fuerunt apud Shipweyam die Veneris proxima post Purificacionem Beate Marie, anno regni nostri xij, coram dilectis et fidelibus nostris Martino de Patesh' et sociis suis justiciariis nostris itinerantibus, prorogavimus usque in unum mensem a die Pasche anno eodem. Et ideo vobis mandamus quod a predicta die Pasche in unum mensem veniatis coram prefatis justiciariis apud Shipweyam in forma qua summoniti fuistis quod essetis ibidem coram eis predicta die Veneris. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Februarii.

1228.

[m. 13*d*.] Eodem modo scribitur baronibus et baillivis Dovr', Hastinges, Rumenal, Heth.

Et baillivis et probis hominibus suis de Jernem' et Dunewic' sic scribitur. Sciatis etc. quod die etc. Et hoc vobis scire facimus ut si quis vestrum de aliquo conqueri voluerit, tunc sint apud Shipweyam coram prefatis justiciariis propositurus querelam suam et justiciam habiturus. Teste.

Ballivis Roffe.—Bartholomeus filius Umfridi attornavit Matheum filium Bartholomei contra Gilebertum Unwine et Emmam uxorem ejus et Alienoram, que fuit uxor Johannis Bosce, petentes de iiij mesuagiis cum pertinentiis in Roffa.

Willelmus filius Walteri attornavit Walterum Doget contra Simonem Ruffum de una virgata et septem acris terre iu Haversham.

Bedef'.—Editha, que fuit uxor Willelmi de Ethon', attornavit Ricardum Dawy contra Henricum Patric' et Mariam uxorem ejus, Willelmum de Daggahal' et Isabellam uxorem ejus, petentes de j mesuagio in Dunstapl'.

Henricus prior de Newenham attornavit Simonem Triket contra Hugonem de Broy de ccc acris terre in Staggesden'.

Maria, uxor Henrici Patric, et Isabella, uxor Willelmi de Daggehal', attornaverunt predictos Henricum et Willelmum contra Gregorium filium Nicholai et Justinam uxorem ejus et Julianum Clericum et Editham, que fuit uxor Willelmi de Ethon', de tribus mesuagiis in Dunstapl'.

Herebertus filius Galfridi attornavit Henricum Patric' contra Herebertum de Luton' et Willelmum de Luton' de uno mesuagio in Luton'.

Bedef'.—Thomas le Mercer attornavit Aviciam uxorem suam contra Radulfum filium Gladewini et Ceciliam uxorem suam, tenentes de duobus mesuagiis in Luton'.

Hertf'.—Idem attornavit eandem contra eosdem de xij acris terre in Monegrave.

Suff'.—Petrus de Malo Lacu attornavit Radulfum de Hadel' contra Rogerum de Holesl' de terra in Laneburg'.

Kancia.—Walterus de Livereston et Johannes frater ejus attornaverunt Petrum de Iwar' contra Adam de Stureya de terra in Lencham.

Hugo abbas Rames' attornavit Willelmum de Burgo contra Johannem priorem de Suanesh' de quadam gurgite levato in Haliwell'.

Berk'.—Comes W. Marescallus attornavit Adam filium Hugonis et Durandum le Poer contra Willelmum Malewayne de terra in Eneburn'.

Prior de Bathonia attornavit Alanum de Wyke contra episcopum Wigorniensem de custodia heredis Petri Croc.

1228.

[m. 13d.] *Surr'.*—Sibilla de Ferar' attornavit Radulfum de Culern' et Willelmum de Torenwic' contra Willelmum Lungesp' et Idoneam uxorem ejus de duabus carucatis terre in Scaldef' et Alfold'.

Hertf'.—Maria de Valeines attornavit Johannem de Bello Mesuagio et Osbertum de Snapes contra Willelmum Juvenal, custodem terre et heredis Alexandri de Ann', defendentem de medietate duarum carucatarum terre in Brikedon' et Hodesd'.

Staff'.—Ricardus abbas de Burton' attornavit Radulfum filium Ricardi contra Robertum Tok' de averiis ipsius Roberti captis, etc.

[m. 12d.] *Kancia.*—Reginaldus, abbas de Begeham, attornavit Simonem de Hamton', canonicum suum, contra Hugonem de Gillingham petentem etc. de tribus partibus j carucate terre in Falkerigg'.

Salopia.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod habere faciat capelle sue de Bruges decimas de dominico suo de Bruges de feriis et molendinis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij die Februarii.

Essex' et Hertf'.—Abbas de Sancto Albano attornavit fratrem Walterum de Redburn' et * contra Thomam filium Alexandri et Ricardum le Neuman de averiis et catallis replegiandis, que idem abbas cepit etc. et injuste detinet, ut dicitur.

Bed'.—Agnes filia Gileberti attornavit Adam Nigrum contra Godefridum filium Rogeri et Editham uxorem ejus de iiij^or^ acris terre in Luton'.

Oxonia.—Prior de Merton attornavit Jordanum de Den' contra Willelmum de Augo de servicio quod ballivi Oxonie exigunt a predicto Willelmo de libero tenemento etc. de ipso priore in Oxonia, et contra Johannem Crampe de servicio quod ipsi ballivi exigunt ab eodem Johanne de tenemento quod tenet de predicto priore in eadem villa.

Edmundus le Mercer et Simon filius Marie de Lond' sunt plegii Radulfi Aswy et Willelmi Aswy et Laurentii de Lond' de clamio suo prosequendo de morte Radulfi Aswy ad primam assisam etc. unde ipsi appellant Willelmum Juvenem, Thomam Juvenem, Adam Judeum, Petrum Lamberti, et Radulfum Cosman.

Abbas de Hyda attornavit Willelmum de Micheldovr' et Henricum Turgis' in loquela que est inter ipsum et Henricum de Brayboef' et Herebertum de Kaune de namiis contra vadium et plegium detentis in comitatu Sudhapt'.

Nicholas de Lettres attornavit Walterum de Claworth' contra Nicholaum et Galfridum le Macun de placito nativitatis etc.

Essex'.—Ernulfus de Mandevill' et Galiena uxor ejus attornaverunt Segarum de Tyteburste et Radulfum le Cuilter contra Isabellam, comitissam Oxonie, de custodia terre et heredis Roberti de Burgate.

* Blank in MS.

1228.

[m. 12*d*.] *Warr'*. — Willelmus le Archer attornavit Ricardum de Clendon' contra Willelmum Ruffum de medietate feodi j militis in Caldecot'.

Suff'. — Michael de Polsted' attornavit Robertum de Nutsted' de debitis etc.

Norhamt'.—Simon de Hal' attornavit et Ernaldus de Buketon attornavit Rogerum Mangevilein et Willelmum filium Simonis contra Aliciam de Amundevill' de amensuramento dotis, et contra Ricardum de Honred, Willelmum Basset, et Davidem de Esseb' de superoneracione pasture in Barthon'.

Linc'.—Idem attornaverunt Walterum de Gisorz' et Philippum de Hekenton' contra eandem Aliciam de amensuramento dotis in Kirkeb'.

Idem Simon attornavit Walterum de Gisorc' contra Hugonem de Nevill' le Gras de debito c et xvj s̃. quos idem Simon exigit.

Essex'.—Cecilia Blanche attornavit Ricardum filium Willelmi contra Willelmum le Moyne de uno mesuagio et dimidia virgata terre in Wuggefosse.

Domino pape. Sanctitatis vestre litteras devotione qua decuit recepimus, continentes narratione brevi defectum succursus Terre Sancte, quem in presenti sperabatis per ministerium imperatoris ordinatum fuisse. Sane dolorem vestrum, quem brevem esse decet, non audimus sine dolore, maxime cum in salute vestra et ecclesie statu pacifico regnantium pax consistit et regnorum. Recepimus autem postmodum litteras imperatoris, qui de multis gravaminibus et injuriis ei, ut dicebat, preter suorum exigentiam meritorum conquerendo in eisdem litteris notum fecit nobis, sicut et in aliis regnis publicasse se dicit, quod in medio instantis Maii proponit nichilominus transfretare. Literas easdem ostendimus clerico nostro magistro Stephano tunc presenti nobiscum, de cujus consilio imperatori recripsimus (*sic*), consulendo ut a debita vobis et ecclesie devotione nullius temeritatis ausu recedens humiliter obediat et obsequatur. Vobis siquidem ut patri et domino, cui in totius fidelitatis et obsequii plenitudine adesse volumus et tenemur, consulimus in Domino pro negotio Terre Sancte, cujus liberationem mundus desiderare debet ardenter, quatinus eundem, si cum humilitate debita ad cor reverti voluerit vestrisque parere mandatis, misericorditer recipere velitis ad pacem. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Februarii.

Imperatori etc. ecclesiastica pace gaudere et de inimicis crucis Christi triumphum. Venientem ad nos imperialis aule nuncium, presentium latorem, militem vestrum, affectu quo decuit recepimus, et porrectis nobis litteris celsitudinis vestre audivimus et intelleximus diligenter que fuerant in eisdem contenta super statu nostro et aliis que circa personam vestram nuper acta dicuntur, de quibus ante susceptionem nuncii et litterarum vestrarum dominus papa per litteras suas nos fecerat certiores, pro quo si placet animus vester nichil indignationis concipiat, si vobis usquequaque non scripsimus ad presens ut deceret, licet ad vos et honorem nominis vestri sincerum nichilominus habeamus

1228.

[m. 12*d*.] affectum. Condolemus quidem et compatimur quatenus possumus majestati vestre, parati pro viribus offense vestre mederi et imperiali celsitudini subvenire, honoris ecclesiastici semper integritate servata; attendentes quidem quantum discrimen immineat negotio Crucifixi in odii et discordie seminario, quod humani generis inimicus inter ecclesiam Romanam et vos nititur excitare, quantum etiam periculum orbis terrarum exspectare possit ex eodem. Sperantes etiam in parte alia, quod dominus papa salubribus consiliis et precibus nostris et monitis, utpote qui ei inter ceteros mundi principes magna et speciali devotione quadam sumus astricti, facilem et favorabilem prebere debeat auditum. Scripsimus eidem cum multo precum et consilii conatu, quatinus humane mentis motu domi recluso, ad liberationem Terre Sancte dirigat intuitum interioris hominis et affectum, injuriarum obliviscens hiis diebus quas alio forte tempore, poscente justicia, cogeretur ulcisci; ut etiam vos, sine cujus ministerio liberationem Terre prefate mundus nescit indicare, ad manum suam et ecclesie pacem modis omnibus satagat revocare. Sane, quia non nocet admisso subdere calcar equo, currentem decrevimus monere; dum vobis consulimus et facere suademus quod preter consilium nostrum facturi estis etiam non rogati. Consilium igitur nostrum est ut non contempnentes ecclesie manum, quam in personam vestram extendit, relaxationem sententie sue petatis * instanter; nichilominus insistentes proposito quod pro liberatione patrimonii Jesu Christi a primevo tempore vestro laudabiliter concepistis; ne, quod absit, hoc tempore, quo tradidit Omnipotens Deus in manibus vestris vires mundi, tepescere videamini a consummatione laboris quem vobis felix fortuna commendavit. Teste ut supra.

Rex Coradino illustri Soldano Dammasci salutem. De transmissis nobis a nobilitate vestra muneribus per Anselmum de Jenne Mallonum Soldani, graciarum vobis rependimus actiones, prompti et parati in hiis que licet vestre placere voluntati. Hoc quidem a serenitate vestra pro ampliori petimus munere, ut si quos terre vestre Christianos captivatos tenetis, eos liberos et expeditos reddere et intuitu nostri† nobis mittere velitis, certis datis indiciis quod ad eorum liberationem noster eis profuit interventus, quo intellecto ad condignam vicissitudinem serenitati vestre merito teneamur. Teste apud Westmonasterium, etc.

[m. 11*d*.] *Eboracum.*—Magister Milicie Templi attornavit Robertum de Siclingehal' contra magistrum Hospitalis Sancti Leonardi Eboraci, de quodam ponte fracto in Brungerfeld' ad nocumentum ipsius magistri in Faxeflet'.

Rex H. de Trublevill' salutem. Noveritis quod sicut alias vobis significavimus, mittimus G. de Graucumbe et Nicholaum de Melis usque La Legne a die Pasche in xv dies ad emendas super interceptionibus inter regem Francorum et nos infra treugas factis, una nobiscum fieri faciendas et recipiendas. Et ideo vobis mandamus quod interceptiones factas ex parte nostra, videlicet de balliva vestra, per vos statim ita faciatis emendari quod treuge occasione vestri non infringantur, et quod sacramentum eorum qui treugas illas juraverunt in animam nostram in nullo violetur. Hoc

* pietatis, MS. † Corrected from "Dei."

1228.

[m. 11*d*.] autem in fide qua nobis tenemini, nullo modo facere omittatis. Teste rege apud Lamh', xj die Marcii.

Domino suo et consanguineo L. Dei gracia regi Francorum illustri, H. rex etc. salutem. Sciatis quod ad diem captum inter vos et nos, quem ad petitionem nostram, nostri gracia, prorogastis usque in xv dies a die Pasche, ad interceptiones tam ex parte nostra quam vestra factas emendandas, mittimus etc. ut supra, ad faciendum fieri et recipi emendas simul cum dilecto et fideli nostro Henrico de Trublevill,' senescallo nostro Wasconie, unde serenitatem vestram rogamus quatinus predicto senescallo nostro Wasconie et ceteris, qui ex parte nostra ad predicta exequenda usque La Legne ad terminum prememoratum sunt venturi, litteras vestras de salvo conductu in veniendo illuc et ibidem morando et inde recedendo habere faciatis. Tales quidem loco vestro ad predictos diem et locum mittere velitis qui parati fuerint ad predictas emendas ex parte vestra admittendas et recipiendas. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur regine Francorum.

Et mandatum est omnibus fidelibus domini regis ad quos littere presentes pervenerint, quod si se vel aliquos suorum tangant predicte interceptiones, predictis die et loco coram predictis nunciis domini regis et coram hiis quos predictus rex Francorum occasione predicta illuc mittet, personaliter compareant vel tales loco suo illuc mittant, qui quantum ad se et suos pertinet de interceptionibus predictis emendas sufficientes faciant et recipiant. Teste ut supra.

Mandatum est H. de Trublevill', senescallo Wasconie, quod magistro W. de Sancto Albino, quem dominus rex misit in partes Pictavie et Wasconie, et cui dominus rex fecit liberari xx lī. ad expensas suas, assistat consiliis et auxilio et idoneis expensis pro se et hominibus et equis suis, cum opus fuerit et expedire viderit. Teste rege apud Lamh', xij die Marcii.

Rex ballivis suis portus de Portesm' salutem. Datum est nobis intelligi quod, contra prohibitionem nostram vobis sepius inde factam, permisistis equos transfretare in portu vestro in magnum detrimentum terre nostre. Et ideo vobis mandamus quod (*sic*) firmiter injungentes quatinus, sicut corpora et catalla vestra diligitis, de cetero nullum equum in portu vestro transfretare permittas ultra pretium xx s̄. vel duarum marcarum ad plus. Teste rege apud Windles', xiiij die Marcii.

Eodem modo scribitur omnibus portubus a portu de Sandwic' usque Portesm'.

Et mandatum est Roberto de Aubervill' quod decetero nullum equum transfretare permittat ultra precium xx s̄. vel duarum marcarum ad plus, eo quod terra Anglie per carentiam equorum plurimum fuerit deteriorata et debilitata, et taliter in hoc et aliis que ad custodiam predictorum portuum pertinent, etc. se habeat quod diligenciam suam merito dominus rex habere debeat commendatam. Teste rege ut supra.

Lanc'.—Johannes de Nevill' attornavit Martinum de Blyburg' et Thomam clericum suum, contra Galfridum de Stratton'* de duabus carucatis terre et dimidia cum pertinentiis in Stratton.

* Corrected from "Gilebertum de Bilingeye de Stratton."

1228.

[m. 11*d*.] *Cornubia.*—Petrus filius Ogeri attornavit Henricum de Selflegh' et Robertum Crechard' contra Robertum filium Ricardi, de quarta parte feodi unius militis cum pertinentiis in Trenant'. Teste rege apud Rading', xxix die Marcii, anno xij°.

Buk'.—Ernaldus de Thurevill' attornavit attornavit (*sic*) Andream le Guiz versus Ricardum de Thurevill' de quadam carta, quam ei detinet.

Justiciarii itinerantes infra libertatem episcopatus Dunholmensis.—Rex magistro S. de Lusey, custodi episcopatus Dunholmensis, salutem. Quia expedit nobis, prout datum est nobis intelligi et propter plures conquerentes ejusdem episcopatus, ut justicia de injuriis sibi illatis eis exhibeatur, quod, quamdiu predictus episcopatus in manu nostra extiterit, assise et omnia placita infra libertatem ejusdem episcopatus, que ad justiciarios pertinent tenenda et placitanda, tam de corona quam de aliis, placitentur, de consilio fidelium nostrorum providimus et constituimus dilectos et fideles nostros Hugonem de Bolebec, Jordanum Heyrun, et Willelmum de Eboraco, clericum, justiciarios nostros, una vobiscum ad omnes assisas et omnia placita infra libertatem ejusdem episcopatus, tam de corona quam de aliis que emerserunt postquam justiciarii episcopi Dunholmensis ultimo itineraverunt in partibus illis, placitanda apud Dunholmum a die clausi Pasche in tres septimanas, anno etc. xij°, quibus per litteras nostras clausas idem signavimus. Et ideo vobis mandamus quod summoneri faciatis coram eis et vobis, predictis die et loco, per bonos summonitores, omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites, et libere tenentes infra libertatem predicti episcopatus, et de qualibet villa quatuor legales homines et prepositum, et de quolibet burgo xij legales burgenses infra libertatem ejusdem episcopatus, et omnes alios qui coram justiciariis itinerantibus venire debent et solent, audituros et facturos preceptum nostrum. Faciatis etiam tunc venire coram vobis et sociis vestris omnia placita corone que placitata non sunt, et omnia atachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas, et omnia alia placita que ad justiciarios pertinent, placitanda infra eandem libertatem cum brevibus assisarum et placitorum; ita quod assise ille et placita pro defectu vestri vel summonicionis vestre non remaneant. Faciatis etiam clamari et sciri infra eandem libertatem quod omnes assisas et omnia placita que emerserunt infra eandem libertatem, postquam justiciarii episcopi Dunholmensis ultimo itineraverunt in partibus illis, quod tunc sint coram vobis et sociis vestris. Summoneri etiam faciatis per bonos summonitores omnes illos qui in partibus illis vicecomites episcopi Dunholmensis fuerunt post ultimam itineracionem justiciariorum episcopi predicti infra eandem libertatem, quod tunc sint ibidem cum brevibus de assisis et placitis que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo sicut responderi debet coram justiciariis itinerantibus. Et habentis ibi summonitores et hoc breve. Predictum quidem negocium exequi non omittatis occasione compoti vestri ad hoc clausum Pasche ad Scaccarium nostrum reddendi, ad quod reddendum fuistis in procinctu veniendi, ut audivimus; set ita in negocio illo vos

1228.

[m. 11d.] habeatis quod vos merito commendare debeamus. Teste me ipso, apud Rading', xxx die Marcii.

[m. 10d.] Rex archiepiscopis, episcopis etc. et omnibus aliis infra libertatem episcopatus Dunholmensis salutem. Sciatis quod constituimus dilectos et fideles nostros Hugonem de Bolebec', Jordanum Heyron', magistrum Stephanum de Lusey et Willelmum de Eboraco, clericos nostros, justiciarios nostros ad itinerandum infra libertatem predicti episcopatus de omnibus assisis et placitis, tam de corona quam de aliis, que emerserunt postquam justiciarii episcopi Dunholmensis ultimo itineraverunt in partibus illis. Et mandavimus predicto magistro Stephano, custodi predicti episcopatus, quod a die Pasche, anno etc. xij°, in tres septimanas faciat coram eis summoniciones fieri et atachiamenta venire apud Dunholmum, cum brevibus assisarum et placitorum predictorum. Et ideo vobis mandamus quod ad hoc predictis justiciariis nostris sitis intendentes et respondentes. Teste rege apud Rading', xxx die Marcii, anno etc. eodem.

Et mandatum est Jordano Heyrun et Hugoni de Bolebec' et Willelmo de Eboraco quod ad hec expedienda fideliter et diligenter intendant in fide qua tenentur domino regi, ut fidem suam et diligentiam ad hoc appositam merito debeat habere commendatam. Teste ut supra.

Warr'.—Adam, abbas de Rading', attornavit Gilebertum de Hunescanstot' contra Willelmum de Sotrich' de consuetudinibus et serviciis etc. in Straford'.

Norhant'.—Johannes filius Galfridi attornavit Willelmum de Kelly contra Henricum Gubyun' petentem de xv acris terre in Jerdel'.

Salopia.—Egidius de Erdinton' attornavit Ricardum de Accle et Willelmum Fader contra priorem de Wenloc de consuetudinibus et serviciis que idem prior exigit etc. in Wimbriton'.

Cantebrigia.—Prior de Lewes attornavit Johannem de Ford' contra Willelmum le Bretun, de quadam falda quam idem Willelmus injuste levavit in Karleton', ut dicit.

Wilt'.—Petrus filius Hereberti attornavit Johannem filium Alexandri contra Fulconem filium Warini petentem, de manerio de Stanton'.

Noting'.—Galfridus Giny attornavit Hugonem de Straleg' contra priorem de Lenton', de consuetudinibus et serviciis que idem prior ab eo exigit etc. in Lenton', Bramecot' et in Sutton'.

Dereb'.—Wibertus de Vilers' attornavit Simonem Sorel contra Matildem filiam Ulf, quam clamat esse nativam et fugitivam suam.

Bed'.—Walterus de Cameis attornavit Henricum le Cameis contra Johannem de Fulemere de dimidia virgata terre, excepta una roda, cum pertinentiis in Camelton'.

1228.

[m. 10*d*.] *Norhant'*.—Walterus de Deneford' et Sarra, uxor ejus, attornaverunt Gervasium de Islep' contra Rogerum filium Luce et Ricardum Neucomen' de ij virgatis terre in Grafton', et contra Lucam de Drayton' et Willelmum filium Roberti de consuetudinibus etc. in Islep'.

Wilt'.—Rogerus de Hida attornavit Stephanum de Berifeld' et Johannem Blanchard' contra Willelmum filium Danielis de debito xxvij marcarum et dimidie.

Berk.'—Idem attornavit eosdem contra Amauricum de Suleham de debito viij marcarum et dimidie.

Dominus rex, loco Walteri de Rumesye, qui est unus de coronatoribus domini regis, adhibuit Henricum Hoese tamquam socium ad itinerandum in comitatu Suhamt'. Et mandavit Thome de Muleton' et Roberto de Lexint' et sociis suis etc. in comitatu Suhamt' itinerantibus, quod ipsum Henricum loco ipsius Walteri ad hoc recipiat. Teste rege apud Rading', iiij die Aprilis.

Et mandatum est eidem Henrico quod unacum predictis justiciariis negocium domini regis intendat. Teste ut supra.

Rex Henrico de Trublevill' salutem. Litteras dilectorum et fidelium nostrorum majoris, jurate et communitatis de Baona nuper suscepimus ad nos transmissas, per quas, sicut nobis signatis, tres cives, P. de Seubill', P. de Manerved', et R. Reym' de Ganered' nobis presentaverunt ut per voluntatem nostram unum ex ipsis eis preficeremus in majorem. Quia vero, sicut ex tenore litterarum vestrarum intelleximus, quod datum est vobis intelligi, licet inde certi non fueritis, quod utilitati nostre expediret si Petrus de Subill' efficeretur major: mandavimus predictis majori, jurate et communitati Baione quod predictos tres cives vobis loco nostro presentent ut vos, vice nostra, unum ex ipsis, mediante eorum consilio, quem utilitati ville sue et honori et commodo nostro videritis magis profuturum, eis preficiatis in majorem. Vobis igitur mandamus rogantes quatinus, cum predicti tres cives vobis presentati fuerint, mediante consilio totius jurate et communitatis, talem eligatis qui ville nostre Baione fuerit utilis, et nobis in posterum fidelis. Teste rege apud Rading, iiij die Aprilis.

Et mandatum est predictis majori et juratis et communitati Baione quod predictos tres cives, loco domini regis, predicto Henrico de Trublevill' presentent ad unum ex ipsis, mediante eorum consilio, preficiendo eis in majorem, quem ipse Henricus et ipsi, de communi consilio inter se habendo, utilitati predicte ville et honori et commodo domini regis videbunt magis profuturum. Quia dominus rex mandavit predicto Henrico quod, cum predicti cives ei loco domini regis fuerint presentati, in utiliori domino regi et eis pro viribus suis, mediante consilio eorum, ville predicte provideat in majorem. Teste ut supra.

Gloucestr'. De perambulacione.—Hoc est veredictum militum juratorum de comitatu Glovernie de forestis inter partes illas que foreste remanent et que deafforestari debent, quorum hec sunt nomina, Thomas de Hunteley, Ricardus de Estor', Willelmus de Selocheres, Henricus Ruffus,

1228.

[m. 10d.] Henricus Droes, Gilbertus de Sipton, Oliverus de Berkel', Hugo Mustel', Ricardus de Throham, Willelmus de Heliun, Willelmus de Hida, Ricardus de Westbir'. Hec sunt mete et termini foreste de Den' ex antiquo tempore, scilicet ante tempus H. regis, avi H. regis filii regis J.; a ponte Glovernie ex parte occidentali per magnam stratam usque Newent, et inde per eandem stratam usque ad rivulum de Gorstley, et inde ascendendo eundem rivulum usque ad capud ejusdem rivuli, et ita per viam usque ad Bromesheff', et inde descendendo per eandem viam usque ad Aleton', et inde eadem via usque ad Wayam, et sic inter Wayam et Sabrinam usque ad pontem de Striguill'. Episcopus autem Herfordensis habet chaciam suam ex antiquo in bosco quodam qui vocatur Laxpeniard' infra predictam forestam. Comes autem Marescallus habet warennam suam ex antiquo, que appellatur warenna de Tudeham, et est in memorata foresta, et ibi potest capere coopertum quicquid de venacione inveniet. Dominus autem rex Johannes concessit Johanni de Munem' quendam boscum suum claudendum ad faciendum parcum, qui nondum includitur, et appellatur boscus ille Hodenach', et est in eadem foresta. In eodem autem comitatu ex alia parte Sabrine versus orientem, omnes bosci qui foreste sunt inter Gloverniam et Bristoll' fuerunt afforestati post primam coronacionem domini H. regis, avi H. regis filii domini Johannis regis, excepto parco domini regis de Alesweston', qui antiquitus fuit inclusus et debet includi per homines ejusdem provincie.

Rex baronibus et ballivis suis de Hastinges salutem. Sciatis quod placita de Quinque Portubus, que summonita fuerunt per preceptum nostrum apud Shipweyam a die Pasche in unum mensem anno regni nostri xij, coram M. de Pateshull et sociis suis justiciariis nostris itinerantibus, posuimus in respectum sine termino, quousque aliud inde preceperimus. Et ideo vobis mandamus quod a predicta die Pasche in unum mensem coram predictis justiciariis apud Shipweyam non veniatis, sicut summoniti fuistis per preceptum nostrum quod essetis ibidem coram eisdem justiciariis predicta die, quousque alia mandata a nobis inde receperitis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij die Aprilis.

Eodem modo scribitur baronibus de Dovr', Sandwic', Heia, Rumenal.

Mandatum est baillivis de Jernem' et Dunewic' quod probis hominibus de Jernem' et Dunewic' hoc scire faciant, ne ad predictam diem veniant apud Shipweyam sicut dominus rex eis mandavit, quousque dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Norhamt'.—Willelmus de Coyneres attornavit Ricardum de Clendon' contra abbatem Sancti Jacobi Norhamt', de catallis que idem Willelmus ab eo exigit ad valentiam xxx [illegible].

Essex'.—Willelmus de Stutevill' attornavit Nicholaum de Acll' contra abbatem de Tyleteye de quodam muro prostrato in Wodeham.

Essex'.—Willelmus de Stutevill' attornavit Galfridum de Amberden' contra abbatem de Tyleteya de quodam muro prostrato in Wodeham.

Noting'.—Oliverus de Aencurt attornavit Johannem Cotum contra Adam de Rydewar' et Isoldam, uxorem ejus, de custodia Isabelle et Johanne, filiarum et heredum Willelmi de Sipton'.

1228.

[m. 10d.] *Linc'*.—Idem attornavit Robertum de Blanken' contra Robertum de Ailesbir' de custodia predictarum.

Hugo de Nevill'* attornavit Willelmum de Corlye contra Hugonem de Freskenay et Aliciam, uxorem ejus, petentes de feodo dimidii militis in Faldingworth'.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Suhapt' quod assisas nove disseisine quas Beatricia de Beauvill', Willelmus de Brembisgat', et Robertus de Chinhum arramiaverunt versus Henricum de Braibeof de tenementis in comitatu Suhampton', si prius forte capte non fuerint, ponant in respectum de die in diem usque ad finem itineris sui, ut idem Henricus redire possit de partibus Penbr', ad quas comes Marescallus ipsum misit in nuncium suum; ita tamen quod assise ille capiantur ante recessum suum. Teste domino rege apud Westmonasterium, xxj die Aprilis, anno regni ejusdem xij°.

[m. 9d.] *Lanc'. De perambulacione.*—Hec est perambulacio facta de foresta domini regis in comitatu Lanc' per preceptum domini regis per Willelmum Blundel, Thomam de Brethun', Adam de Bire, Willelmum de Tatham, Adam de Caupemanneswra, Adam de Mulineus, Gilbertum de Kellet, Paulinum de Gerstan, Patricium de Berwik', Henricum de Le, Grimbaldum de Hellale, Thomam de Bernil', qui dicunt quod tota foresta que fuit domini regis in comitatu Lanc' debet deafforestari secundum tenorem carte domini regis de foresta preter loca subscripta: in primis, Quernemor per has divisas; scilicet, sicut Lungleswic' se extendit versus Herlecate ex occidentali parte capitis de Quernemore, et sequendo Herlescat' in descendendo usque ad pontem de Musard', et sequendo le sicke in descendendo usque Friebroc', sequendo Friebroc' in descendendo usque in Lon', sequendo Lon' in ascendendo usque ad Heskehoubroc', sequendo Heskehoubebroc' in ascendendo usque ad Stokebrigg', sequendo Stokebrigg' in ascendendo usque ad Aukesden', sequendo sekee de Aukesden' in ascendendo usque ad siket qui est sub Ulvesweit, et de illo siket usque ad Scordac', et de Scordac' usque ad orientalem partem capitis de Brunesgare, sequendo Brunesgare in ascendendo usque ad summitatem capitis de Clocheboc, et de summitate capitis de Clocheboc usque ad capud Dameresgile, sequendo Dameresgile in ascendendo usque ad sichet qui est inter duas Waresherles, sequendo le siket usque ad Blomos, et de Blomos sequendo le siket usque in Gondouere, sequendo Gondour' in ascendendo usque ubi ductus de Littelfel' cadit in Gondouer', sequendo le siket in ascendendo usque ad massam sub Yveloteshevede, sequendo illam massam in ascendendo usque ad viam de Stokesweit, sequendo viam de Stokesweit in ascendendo usque ad Herlescat'. Et preterea extra has divisas dedit J. rex quandam partem illius foreste per cartam suam Mattheo Gernet et heredibus suis, reddendo inde dimidiam marcam annuatim, salva sibi venacione sua; et inde faciet dominus rex voluntatem suam. Et item preter Covere et Blesedale per has divisas, scilicet de capite de Caldre ex australi parte usque ad Hulvesty, et de Ulvessti sequendo usque ad summitatem capitis de Pirloc, et de summitate capitis de Pirloc sequendo le Merclo in descendendo

* Corrected from Rogerus de Middelton'.

1228.

[m. 9*d*.] usque ubi le Merecloc cadit in Brok' ad Schorfinelees, sequendo Broc' in descendendo usque ad ductum in orientali parte de Wensnape, sequendo Wensnape in ascendendo usque ad Scogthole et de Scogesthol' usque ad Seuesti, sequendo Seuesti in descendendo usque in Calder, et sic sequendo Calder in ascendendo usque ad prenominatum Wulsty. Item, preter Fulewude per has divisas; scilicet, ab haya Rauenkel usque ad viam de Dunepul, et inde sicut ductus vadit ad Dupedale, et inde usque ad Lund ad capud superius, et inde sicut ductus de Dupedale vadit ad Fulwude, et inde sicut ductus ille cadit in Huctredescatei, et inde sicut via vadit ad Coleford inferius, et inde sicut ille cadit usque ad Cadileisahe, et inde usque ad hayam Raunekil, et homines de Preston' debent habere mairemium ad edificia sua et ad comburendum, et pasturam ad averia sua. Item, preter Toxstak' per has divisas, sicut ubi Hoskellesbroc cadit in Merese, et sequendo Haskelesbroc in ascendendo usque ad pratum Haghou, et de predicto prato usque ad Brummesho, sequendo le sike usque ad Brunlausie, et inde ex transverso per veteres turbarias in duas maras usque Lomberthorn', et de Lomberthorn' in descendendo usque ad Waterfal capitis de Hoterpol', sequendo Hoterpol' in descendendo usque Merese: et juxta has divisas dominus rex Johannes posuit Smethesdune cum pertinentiis in forestam, et dedit in excambio Thingwell' cuidam pauperi in vico, et inde faciat dominus rex voluntatem suam. Item, preter buschum de Derby per has divisas: scilicet, de Brodechapeltre in Harumear, et sic per medium Car usque ad Hasellenhirste, et sic ubi semita exit de nemore usque super Lungle que se extendit de Derby versus Kyrkeby, et sic ultra Lungle in Mukebrok', et ascendendo per Mukebrok' usque ad Thrunchorndalebrok' et sic ascendendo usque ad planum de Thingwalacres. Vicine ville habent communam de herbagio et aliis in predicto bosco, et homines de Derby habent omnia necessaria in illo bosco. Item preter Burtoneswod' per has divisas; scilicet, de Hardesty usque ad Sanky, et de Rauuesneslake usque ad Bradelesbroc': ita quod Willelmus Pincerna et heredes sui habent communam pasture et instauri et pessonam porcis suis, et mairemium ad castellum suum de Werineton' et ad edificia sua et ad comburendum.

Memorandum quod irrotulantur inquisitiones in hoc rotulo de comitatibus Glouc' et Lanc', et in rotulo de anno xj° irrotulantur inquisitiones de comitatibus de comitatibus (*sic*) Notingham, Leic', Rotel', et Huntind', et reddite fuerunt integre perambulatoribus.

Stafford'. Pro revocacione perambulacionis.—Rex vicecomiti Stafford' salutem. Scias quod milites perambulantes de perambulacione foreste facta in comitatu tuo cognoverunt coram nobis quod ipsi in perambulacione illa transgressi sunt, decepti ex eo quod breve nostrum de perambulacione illa facienda illis transmissum, continebat quod ipsi deafforestarent omnes boscos quos H. rex, avus noster, afforestavit, et non excepit eos qui ante tempus suum foresta fuerunt, et quos ipse postea ad forestam revocavit, unde credebant quod tam deafforestandi fuerunt bosci quos ipse ad forestam revocavit, quam illi quos de novo afforestavit. Dicunt enim quod tota foresta de comitatu predicto, quam ipsi in perambulacione sua predicta modo deafforestaverunt, afforestata fuit ante tempus prefati avi nostri, et cum esset in guerra regis Stephani

1228.

[m. 9d.] destructa, iterum fuit per eundem avum nostrum ad forestam revocata, sicut fuit tempore H. regis avi sui. Et ideo tibi precipimus quod clamari facias per totam ballivam tuam quod foresta custodiatur per eosdem terminos et metas quibus custodita fuit tempore domini J. regis, patris nostri, ante guerram motam inter ipsum et barones suos Anglie. Et firmiter prohiberi facias quod nullus in eadem foresta forisfaciat de viridi vel venacione contra assisam foreste nostre, et quod archus et sagitte et leporarii et bracheti penitus inde amoveantur. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij die Aprilis.

Wigornia et Surr'. Pro eodem.—Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigernie et Surr'.

Salopia. Pro eodem.—Eodem modo scribitur vicecomiti Salopie, apposita tamen hac clausula, "excepto bosco Thome de Costentin', qui est inter chiminum quod tendit de Lecton' versus Rustem' et aquam Sabrine, qui post primam coronacionem predicti avi nostri afforestatus fuit et debet esse extra forestam."

Essex'. Pro eodem.—Eodem modo scribitur vicecomiti Essex', apposita hac clausula, "excepto hundredo de Thendrig' quem rex H. avus regis, de novo afforestavit."

Norhamt'. Pro eodem.—Eodem modo scribitur vicecomiti Norhamt', apposita hac clausula, "exceptis quibusdam partibus quas H. rex, avus noster, de novo afforestavit de eodem comitatu per hac (*sic*) metas subscriptas; scilicet, quicquid est ex occidentali parte de ponte de Hauerberg', sicut chiminum quod vocatur Bedeford' Weye extendit se usque ad pontem de Eringworth', et sic per idem chiminum usque ad crucem que stat in divisa camporum de Hetherington' et Keilmers, et inde per eandem divisam usque ad ductum qui descendit inter Maydewell' et Dracton', et sic descendendo per eundem ductum usque ad pontem de Brambton', et sic per aquam descendendo ex occidentali parte de Norhamt' usque ad pontem australem ejusdem ville, et inde sicut chiminum se extendit versus Brackel' extra gayle usque ad pontem de Slapton', et sic per idem chiminum per mediam villam de Brackel' quantum comitatus Norhamt' durat versus Goldewell'. Dicunt etiam quod dictus H. avus noster, afforestavit quicquid est in predicto comitatu inter comitatum Hunted' et aquam de Nen' usque ad boscum qui vocatur Hurnewud,' qui est antiqua foresta."

Suthamt'. De eodem.—Rex vicecomiti Suhampt' salutem. Scias quod milites de perambulacione foreste facta in comitatu tuo cognoverunt coram nobis quod ipsi in perambulacione illa transgressi sunt, decepti ex eo quod breve nostrum de perambulacione facienda eis transmissum, continebat quod ipsi deafforestarent omnes boscos quos H. rex, avus noster, afforestavit, et non excepit eos qui ante tempus suum foresta fuerunt, et quos ipse postea ad forestam revocavit; unde credebant quod tam deafforestandi fuerunt bosci quos ipse ad forestam revocavit, quam illi quos de novo afforestavit. Dicunt etiam quod tota balliva Johannis de Venuz est antiqua foresta, excepto bosco de Netham quem predictus

1228.

[m. 9d.] H. rex, avus noster, afforestavit. Dicunt etiam quod foresta de Halla Haroldi et tota balliva de Porecestr' est antiqua foresta, et tota balliva Willelmi Brigwerr similiter, et tota balliva que fuit Walteri Walrand' similiter, excepto bosco de Denewode, et tota balliva Michaelis de Columbar' similiter, exceptis brullis qui sunt ex australi parte aque de Anne. Dicunt etiam quod balliva que fuit Galfridi de Baggeset' est similiter antiqua foresta, exceptis terris et boscis qui sunt inter Crundel' et Wintoniam. Et tota balliva Gileberti de de (*sic*) Everel' est antiqua foresta, exceptis boscis subscriptis; scilicet, Stewenore, Pappenholt, brullio abbatisse Wintonie, qui pertinet ad villam de Ichne, et Musholt qui pertinet ad Stiveton' et brulliis de Mucheldovr' et Hagewod' Henrici de Brayboef, et bosco de Upton' et Shewic, quos predictus H. rex, avus noster, de novo afforestavit. Dicunt etiam quod la Wesse cum pertinentiis suis est antiqua foresta, et Witingele et boscis (*sic*) de Kingescler' similiter, et residuum ballive de Witingele fuit de novo afforestatum. Et ideo tibi precipimus quod sine dilatione clamari facias per totam ballivam tuam, quod foresta custodiatur per eosdem terminos et easdem metas per quas custodita fuit tempore J. regis, patris nostri, ante gwerram motam inter ipsum et barones suos Anglie, exceptis partibus predictis, quas dominus H. rex, avus noster, afforestavit; et firmiter prohiberi facias quod nullus in eadem foresta de viridi vel venacione forisfaciat contra assisam foreste nostre, et quod arcus et sagitte, bracheti et leporarii inde penitus ammoveantur. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxviij die Aprilis, anno xij°.

Wylts'. Pro eodem.—Rex vicecomiti etc. vicecomiti Wiltis' etc. Eodem modo scribitur ut supra, usque ad clausam que incipit, "dicunt etc." Dicunt enim quod tota ballia de Savernak', que fuit antecessorum Gaufridi Sturmi et aliorum forestariorum de feodo de eadem foresta, est antiqua foresta, exceptis tantummodo boscis et terris que sunt ex aquilonari parte regie strate que tendit ad domum leprosorum de Hungerford' versus Merleberg', usque ad puteum Willelmi de Putelal que est in eadem strata, et in divertendo usque ad portam predicti Willelmi, et sic extransverso collis usque in aquam de Kenite apud Stutescumb'; que quidem terre et bosci afforestata fuerunt de novo post primam coronacionem H. regis, avi nostri, et debent esse extra forestam. Dicunt etiam quod ballia de Bradeleg', que fuit Thome de Sanford', antiqua foresta est infra has metas subscriptas; scilicet, de Eton' monalium de Godestouwe per ductum Werfe usque Spersolt, et de Spersolt ascendendo ductum qui vadit usque Lidiart Rogeri de Elsfford', et de Lidewarte per eundem ductum usque Antidoure, et de Didoure et deorsum usque ad locum ubi Garseeburn' cadit in Tideur, et de Tidoure desursum Garseburn' usque ad molendinum desursum Garsedon', et de eodem molendino desursum usque ad Cherleton', et de Cherleton' per eundem ductum usque ad Bradenebroc', et de Brad' deorsum usque ad fontem de Haltestan' qui cadit in Tamisiam, et sic per Tamisiam usque Eton' ubi Werfle cadit in Tamisiam, et quicquid est in (*sic*) extra predictas metas in hac ballia, afforestatum fuit post primam coronacionem predicti avi nostri. Dicunt etiam quod balliva de Melkesham et de Sipeam est antiqua foresta infra has metas subscriptas: scilicet, de villa de Caln' per regiam stratam

1228.

[m. 9d.] que tendit ad Divisas et quicquit tendit ad Divisas et ad Rodes per aquam de Rodes usque in aquam de Semet', et per Semnet' usque in aquam de Avene, et sic ascendendo per Aven' usque ad locum ubi aqua de Melkeden'* cadit in Aven', et sic ascendendo aquam de Melkeden' usque ad villam de Caune, et quicquid est in hac ballia extra predictas metas fuit afforestatum post primam coronacionem predicti avi nostri et debet esse extra forestam. Dicunt etiam de ballia que fuit Philippi de Lya, quod quatuor maneria domini regis scilicet, Heitrebir', Wermenistr', Westbir' et Mera, cum boscis suis et aliis pertinentiis, et quicquid est in Wiltes' de Selewode, et quicquid est ex occidentali parte de Senesresse versus Mera in Wiltis' usque Stepelknoel', et inde per magnum chiminum quod vadit versus Saftesbir', quicquid est ex occidentali parte illius chimini in Wilt . . m' in Wiltis' est antiqua foresta, et residuum ballie illius afforestatum fuit. Dicunt etiam quod ballia de Gravenig' est† antiqua foresta sicut fuit perambulata, et tota ballia que fuit Walteri Walerand', in Wiltis' est antiqua foresta, et tota ballia que fuit Elie Croc in eodem comitatu similiter. Et ideo tibi precipimus ut supra in perambulacione in comitatu Suhampt'.

[m. 8d.] *Buking'.* — Ricardus de Ailesbir', capellanus, attornavit Radulfum Lotrer' contra Luciam, que fuit uxor Willelmi filii Nigelli, de uno mesagio in Ailesbir', et contra Willelmum Moun, de quarta parte unius mesagii in eadem villa.

Kancia. — Stephanus Haringod attornavit Malgerium de Langebrig' contra comitissam de Augo de terra in Eleham et Bulsinton'.

Surr'.—Prior de Suwerk' attornavit fratrem Reginaldum de Suwerk' contra Ricardum de Boekele de catallis que idem Ricardus exigit ab ipso priore.

Eboracum.—Galfridus de Bavent' attornavit Johannem de Houeden et Willelmum de Lekeburn' contra Stephanum de Mesnil de sex acris terre cum pertinentiis in Aldewerke.

Leic'. — Hugo de Thokeb' attornavit Willelmum de Holt' contra Philippum filium Hugonis petentem, de dimidia bovata terre in Medburn'.

Cantebrigia.—Rogerus de Queney attornavit Willelmum Marescallum et Henricum de Fassinton contra Willelmum de Berton' de terra in Newenham, unde Rogerus de Fassinton vocavit ipsum Rogerum ad warantum.

Eboracum. — Stephanus de Mesnil' attornavit Walterum le Bretun contra abbatem de Begheland' et Galfridum de Bavent, de pastura inter Wucherbrugg' et Schugedale et de terra in Aldewerk'.

Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod dilectus et fidelis noster Stephanus de Segrave, quem justiciarium nostrum constituimus unacum

* Corrected from "Melkesham." † Corrected from "fuit."

1228.

[m. 8d.] W. filio Warini ad gayolam Glouc' deliberandam, non poterit in crastino Sancte Trinitatis, sicut alias precepimus, ad hoc intendere, et sine ejus presentia vel alterius de quo specialiter confidamus una cum predicto Willelmo, nolumus gayolam ipsam deliberari. Et ideo tibi precipimus quod deliberationem predicte gayole, quantum ad te pertinet, ponas in respectum donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Guldeford', xiij die Maii.

Sussex'.—Juliana, uxor Johannis de Norton, attornavit Johannem virum suum contra Johannem de Hundeshull' et Johannam uxorem ejus et Matildem, filiam Galfridi de Pinkeherst', de consuetudinibus et serviciis de tenemento in Kinredeford'.

Wiltes.'—Ela comitissa de Sarisburia attornavit Willelmum de Derneford, et Nicholaum de Hedington contra Alanum Basset, deforciantem, de custodia fil' et heredis Philippi de Gay.

Eustachia uxor Huberti de Wykes attornavit Willelmum Ferre et Willelmum de Wyke contra Robertum de Ambresleg', de moltura habenda in molendino predicti Roberti de Rumboldewik'.

Surr'.—Gilebertus de Basevill' attornavit Henricum do Werplesdon' de consuetudinibus et serviciis que idem Gilebertus exigit de Willelmo le Flemeng et Ricardo Forestario etc. in Wocnested'.

Rex Martino de Pateshull' salutem. Mandamus vobis quatinus in propria persona accedatis ad villam de Len, assumptis vobiscum ballivis venerabilis patris T. Norwicensis episcopi et ballivis comitis Arundel, et* per probos et legales homines de eadem villa et de visneto, per quos rei veritas melius possit inquiri, diligentem faciatis inquisitionem que catalla de navi de Sancto Sebastiano, que depredata fuit apud Sandwic' et deducta usque portum de Hul', per partes illas venerint in villam de Len, et qui ea illuc detulerint et quibus vendita fuerint vel tradita, et cujusmodi catalla, et quis vel qui ea emerint vel adhuc habeant in custodia, et per quos malefactores, si qui inventi fuerint ibidem vel in partibus illis qui depredationi illi interfuerunt et consenserunt, atachiari faciatis. Inquisitionem autem quam inde feceritis, et denarios de predictis catallis venditis, et catalla, si qua sunt ibi nondum vendita, salvo mitti faciatis ad Scaccarium nostrum; ita quod sint in octabis Sanctæ Trinitatis ad satisfaciendum inde mercatoribus predicte navis, qui eadem catalla secuntur. Teste rege apud Lamheyam, x die Maii.

Rex vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi quod omnes denarios de mercandisis mercatorum de navi de Sancto Sebastiano, que apud Sandwic' depredata fuit et ducta usque in portum de Hul, tam de vinis quam de aliis que sunt in manu tua et proborum hominum de Eboraco et aliorum quorumcumque de balliva tua, et similiter xxxiij petias filetti et v pelles de genet', que nondum sunt vendite et sunt apud Eboracum, et si vendite sunt, denarios, venire facias coram baronibus nostris de Scaccario sine dilatione in octabis Sancte Trinitatis anno etc. xij. Venire etiam

* Omitted in MS.

1228.

[m. 8*d*.] facias coram eisdem baronibus unum clericum, tam ex parte tua quam ex parte ballivorum nostrorum Eboraci, quibus idem mandavimus, ad monstrandum quantum predictis mercatoribus solutum fuerit, tam in denariis quam aliis, ad robas et expensas suas et quantum eis allocari debeat. Predictam] autem navem cum omnibus armamentis et rebus ad navem illam pertinentibus in ea inventis liberari facias Reimundo de Sancto Michaele, presentium latori, ad eam ad partes suas ducendam, et per ballivam tuam salvum et securum conductum eidem facias habere. Teste ut supra.

Et mandatum est majori et ballivis Eboraci quod omnes denarios de mercandisis etc. ut supra, que sunt in manu sua et proborum hominum Eboraci, et similiter, xxxiij petias, ut supra, habeant coram domino rege apud Westmonasterium in octabis Sancte Trinitatis, et habeant ibidem unum clericum, tam ex parte sua quam ex parte vicecomitis Eboraci, ad monstrandum quantum predictis mercatoribus solutum fuerit, ut supra, et quantum debeat allocari. Teste.

Mandatum est ballivis Dunewic' quod batellum navis de Sancto Sebastiano, que depredata fuit apud Sandwic' et ducta usque in portum de Hul, qui quidem batellus applicuit in portu suo, in quo quidam malefactor ejusdem navis inventus fuit et captus, liberari faciant presentium latori, Reimundo de Sancto Michaele, cum omnibus armamentis et rebus ad predictam navem pertinentibus in eodem batello tunc inventis, ad ducendum ad partes suas. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Scias quod quidam milites de familia comitum et baronum nostrorum Anglie, set et quidam de familia nostra propria, ut audivimus, gente et armis se preparantes proposuerunt in brevi ad partes Suff' venire ad querendum ibidem casus fortuitos ut sic latenter ibidem torneant, ut dicitur. Et ideo tibi precipimus quod, in fide qua nobis teneris, diligenter et sollicite explorari facias si contingat aliquem de hujusmodi militibus cum gente et armis per ballivam tuam transitum facere ad querendum ibidem casus fortuitos, et si talis inventus fuerit, equos, arma et hernesium ipsius arestari facias et salvo custodiri, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Westmonasterium, x die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex'. Et episcopis Norwicensi et Elyensi quod eos, si tali occasione illuc accesserint, excommunicent.*

[m. 7*d*.] Rex vicecomiti Stafford' salutem. Scias quod provisum est de consilio archiepiscoporum et episcoporum nostrorum quod decetero dentur decime feni et molendinorum de dominicis nostris per totam terram nostram. Et ideo tibi precipimus quod de molendino nostro de Penedestan', quod situm est infra parochiam ecclesie de Wurfeld, ut dicitur, eidem ecclesie decimas dari facias, sicut predictum est. Teste.

Suff'.—Nicholas filius Alexandri attornavit Thomam filium Alexandri contra Petrum de Tremvill' tenentem, de medietate duarum partium j carucate terre in Barewe.

---

* At the end of this membrane is the following memorandum: "De pergamena de Andeur', vj duodene, precii du[illegible]ne, iiiij d."

1228.

[m. 7d.] *Linc'*.—Henricus de Sancto Albano attornavit Johannem de Burg' contra Johannem de Hal, de debito sex marcarum quas idem Henricus ab eo exigit.

Suff'.—Robertus Agoillun' attornavit Robertum de Coveham contra Ricardum Agoillun' de conventione inter eos facta de medietate maucrii de Burcham cum pertinentiis.

Eboracum.—Anketillus de Folevill' attornavit Hugonem clericum contra Beatriciam de Wikerl' de terra in Thrapun'.

Egidius prior de Mereton' attornavit Radulfum de Sancta Brigida, clericum suum, contra Jacobum de Chelewurth' et Mabiliam uxorem ejus, de dimidia virgata terre in Chelewurth'.

Breve directum fuit baillivis Hugonis de Sanford' de hundredo de Chelewurth'.

Midd'.—Robertus de Agath' et Celestria uxor ejus attornaverunt Reginaldum de Fonte et Mariam uxorem ejus contra Radulfum Palmarium tenentem, de uno mesuagio et iiij acris terre in Edelmeton'.

Sumerset'.—Episcopus Bathoniensis attornavit Willelmum de Welles contra Eustachium de Honigdon' et Adam de Wedmor', quos clamat nativos suos.

Hertf'.—Willelmus de Sancto Johanne attornavit Henricum de Bocland' (*cancelled*).

Johannes de Tywe attornavit Robertum de Apelton' contra Brianum Polle et Matildem uxorem ejus, Bertram le Noreis et Cristianam uxorem ejus, Henricum le Chevaler et Erneburgam uxorem ejus, Bartholomeum Keling' et Aliciam uxorem ejus, Ricardum de Rifford' et Agnetem uxorem ejus, tenentes de lxviij acris terre in Westmelne.

Warr'.—Willelmus de Lucy attornavit Walterum de Çherlecot' contra Ricardum de Glouc' de debito xxx marcarum quod idem Ricardus ei debet, ut dicit.

Eboracum.—Mabilia, que fuit uxor Engeram de Corneburg', attornavit Robertum de Bradefeld' contra Willelmum de Auding' et Emmam uxorem ejus tenentes, de tercia parte v bovatarum terre in Benington', et contra Willelmum Haket et Isabellam uxorem ejus tenentes, de tercia parte v bovatarum terre in eadem villa, et contra Gilebertum de Avunt tenentem, de tercia parte duarum bovatarum terre in eadem villa.

Bedf'.—Johannes le Juvene et Alexander attornaverunt Galfridum de Lond' inter ipsos Johannem et Alexandrum et priorem de Donestapl', de averiis et catallis predictorum Johannis et Alexandri.

[m. 6d.] Dilecto amico et speciali O. Dei gracia illustri regi Boemie, H. eadem gracia etc. salutem, cum sincere dilectionis affectu. Litteras dilectionis vestre recepimus continentes quod, reverso ad vos nobili viro comiti Arnaldo de Hogensuag', et eo diligenter audito super hiis que nobis per

1228.

[m. 6*d*.] ipsum duximus nunciandа, fidelem clericum vestrum I. latorem presentium ad nos destinastis cum tota intentione vestra negocii memorati; cui et postulastis super eodem negocio fidem adhiberi. Benignis igitur auribus ei accomodatis, nobis asseruit quod ad hoc solum venit, ut diem, quem nobis constituerat dictus comes Arnaldus veniendi vel mittendi in termino festi Sancti Johannis Baptiste proximo elapsi, per ipsius adventum observaret. Cum igitur de principali negocio nobiscum tractaturus non venit, prefatum comitem, priusquam alios ad nos mittatis nuncios, ad nos transmittere curetis, ad explanandum nobis penitus vestram super premisso negocio voluntatem. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij die Junii.

Eodem modo scribitur C. regine Boemie.

Dominum comitem de Hogensung' rogavit dominus rex quod, priusquam ad dominum regem alios miserint nuncios, ad dominum regem accedat tractatum cum eo habiturus super negocio predicto et dominum regem certificaturus.

Rex dilectis et fidelibus suis M. de Pateshull et S. de Segrave salutem. Cum diu sit et quasi extra memoriam omnium baronum nostrorum de Quinque Portubus et aliorum circa partes maritanas (*sic*) agencium quod placita corone nostre et alia non fuerunt apud Shipweiam, unde fere omnes habitantes circa partes maritanas exleges et juris sive justicie immemores efficiuntur, et injuriam, passi quod frequenter accidit, tempore patris nostri et nostro, tam per mare quam per terram, a juris sive justicie execucione detinentur suspensi, tanquam de jure et justicia penitus desperati, necnon et malefactoribus et juris alieni detentoribus videatur relinqui impunitas delinquendi, in grave scandalum nostrum et regni nostri et grave periculum nostrum quoad Deum et quoad homines; valde nobis et consilio nostro pernecessarium videtur aliquod remedium apponere, per quod huic malicie, scandalo et gravi periculo possit obviari; quod quidem primum et precipuum nobis et consilio nostro videtur esse remedium quod predicta placita de Shipweia apud Shipweiam sine more dispendio teneantur, ut sic malefactorum cesset incrassacio et juris sive justicie unicuique justiciam petenti exhibeatur execucio. Et quoniam circa Assumptionem Beate Marie, ut dicitur, tempus est quasi ociosum omnibus hominibus de Quinque Portubus, et singuli et universi reversi sunt ad propria de diversis regionibus ad quas prius cum mercandisis propriis et alienis declinaverant, de consilio fidelium nostrorum providimus quod placita predicta teneantur in crastino Assumptionis Beate Marie, ne si ulterius differantur, superveniente tempore vindemiarum circa partes transmarinas et tempore piscacionis circa costeras Anglie, illi qui sic prius fuerint reversi cito sint dispersi. Sed quoniam nullatenus vellemus nec nobis esset expediens quod placita illa tenerentur sine presencia vestra, rogamus vos quatinus, communicato consilio vestro adinvicem, attendentes tempus predictum et circumstancias predictas, provideatis modis omnibus quibus poteritis quod predicta placita ad terminum predictum teneantur, curam et diligenciam adhibentes si fieri potest quod placita incepta in comitatu Norf' et placita incipienda in comitatu Suff' terminentur ante terminum predictum. Et si quid residuum fuerit de predictis placitis usque ad terminum quem adinvicem providebitis, suspendatur. Consilium vestrum nobis inde sub omni celeritate

1228.

[m. 6d.] rescribatis, quia sine consilio vestro nihil inde sumus acturi. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxiij die Junii.

Excellentissimo principi et dilecto sibi in Christo amico F. Dei gracia Romanorum imperatori etc. H. eadem gracia rex Anglie etc. ecclesiastica pace gaudere et de inimicis crucis Christi triumphum reportare. Litteras magnificentie vestre eo quo decuit honore suscepimus et graciarum actione, gaudentes si jam transfretastis in obsequium Crucifixi, prout littere vestre continebant. Monemus igitur excellentiam vestram et exhortamur in Domino, quatinus in illis vos exerceatis operibus solliciti que Deo et sancrosancte (*sic*) ecclesie cedant ad honorem. Ex affectu enim sincero quem erga vos gerimus, desideramus ut in arrepto itinere sic procedatis ut, Deo et ecclesie reconciliati, gloriam exinde reportetis et honorem. Speramus enim in Domino quod si in inceptis vestris secundum Deum et honorem ecclesie processeritis, multi* exemplo strenutatis (*sic*) vestre promptiores et paratiores invenientur ad succursum Terre Sancte Teste rege apud Westmonasterium, xv die Julii.

J. Bathoniensis episcopus attornavit Simonem de Welinton, contra Johannem de Reynny, Henricum de Gant' et Willelmum Fichet de divisis faciendis, etc.

Eboracum.—Willelmus de Cantil' attornavit Willelmum Maumirry et Amiteam de Hauterive contra Thomam Sichard et Robertum fratrem ejus, quos clamat nativos suos.

Rotel'.—Petrus de Monte Forti attornavit Gilebertum de Alneto et Henricum de Uppingham contra abbatem de Pipwell', de consuetudinibus et serviciis que idem Petrus exigit etc. in Uppingham.

Oxonia.—Herebertus filius Gervasii attornavit Galfridum filium Juliani contra Eustachiam, que fuit uxor Thome de Ardern', de una virgata terre in Drayton'.

Rex dilectis sibi in Christo priori et conventui Sancte Trinitatis Kantuarie salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus vos, prior, et capituli vestri pars sanior et discretior statim, visis litteris istis, ad nos veniatis ad loquendum et tractandum nobiscum de ecclesie vestre pariter et de statu et commodo regni nostri, sicut dilecti et fideles nostri W. de Cantilup' et magister Johannes Blundus vobis plenius dicent ex parte nostra. Teste rege apud Westmonasterium, xj die Julii.

[m. 5d.] H. etc. ballivis suis Oxonie salutem. Sciatis quod Stephanus filius Henrici attornavit coram nobis loco suo Willelmum de la Mora, ad lucrandum vel perdendum in loquela que est coram nobis in curia nostra examinanda, inter ipsum Stephanum et Radulfum filium Willelmi petentes, et Simeonem de Walingeford' et Luciam uxorem ejus tenentes, de uno mesuagio cum pertinentiis in Oxonia. Et ideo vobis mandamus etc.

---

* *mul'o*, MS.

1228.

[m. 5d.] Willelmus prior de Grava attornavit Robertum le Franceis contra Radulfum de Esserig', Johannem de Medhell et alios de averiis eorum captis.

Reverendo domino et patri in Christo sanctissimo G. Dei gracia summo pontifici H. eadem gracia rex Anglie etc. salutem, et debitam tanto patri reverentiam. Quia redditus et possessiones tam Waterfordensis quam Lissemorensis episcopatus adeo tenues sunt et exiles, quod propter utriusque paupertatem coguntur episcopi eorum necessitate compulsi extra provinciam suam necessaria mendicare; quod quidem indecens nobis valde videtur et inhonestum, quod hujusmodi persone tante subjaceant egestati; cupientes necessitati et insufficiencie utriusque prospicere quantum in nobis est, concedere duximus et assensum nostrum prebere quod supradictus Lissemorensis episcopatus jam pastore vacans, dummodo sanctitati sedis apostolice placeat, uniatur Waterfordensi, ut sic uniti potius sufficiant ad officium pastorale decenter exequendum, quam si divisi remaneant ambos mendicare faciant et egere. Rogamus igitur sanctitatem vestram eo quo possumus affectu, quatinus, intuitu pietatis et nostre peticionis interventu, paterna provisione necessitatem istam respicere, et quod unio ista fiat assensum velitis et apostolice sedis favorem clementer impertiri, precibus nostris aures pietatis vestre ea mansuetudine inclinantes, quod pro graciarum actionibus specialiter referendis paternitati vestre debeamus inclinari. Teste me ipso apud Westmonasterium, xvj die Julii.

Suhamt'.—Johannes de Cormeilles attornavit Thomam filium Symonis contra Ysabellam de Fifide de catallis.

Essex'.—Rogerus de Dantes et Matildis uxor ejus attornaverant Johannem le Bretun contra Thomam de la Dune, deforciantem, de custodia Willelmi filii et heredis Thome de Marisc'.

Surr'.—Henricus abbas de Becco et Willelmus posuerunt se coram rege super perambulacionem faciendam per xij legales milites inter terram ipsius abbatis in Toting' et terram predicti Willelmi in Micham. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Julii.

Rex Bertramo de Cryoil et Alano Poinant salutem. Mandamus vobis quod omnia blada de anno preterito, que fuerunt S. quondam Cantuariensis archiepiscopi, in maneriis archiepiscopatus, et omnia catalla tam in animalibus quam in instauris et aliis que fuerunt ejusdem archiepiscopi, habere faciatis venerabili patri A. Coventrensi et H. Roffensi episcopis, magistro Simoni de Langeton' archidiacono Cantuariensi, magistro Th. de Freckenham et magistro Elye de Derham, executoribus testamenti ipsius archiepiscopi, ad executionem ejusdem testamenti libere faciendam. Et si quid inde amotum fuerit vel distractum, id venire et eisdem executoribus reddi faciatis. Blada vero instantis autumpni de terris que fuerunt ipsius archiepiscopi, per servientes qui fuerunt apud singula maneria tempore predicti archiepiscopi, per operationes et consuetudines debitas hominum de eisdem maneriis et ad custum de eodem blado faciendas, colligi faciatis, accepto ab eisdem servientibus sacramento quod sine vasto et distraccione

1228.

[m. 5d.] blada illa sub vobis fideliter colligent et salvo custodient; et si videatur executoribus predictis quod aliqui de predictis servientibus minus idonei fuerint ad predicta utiliter facienda, et executores ipsi alios loco eorum quos viderint magis idoneos vobis presentaverint, illos ad predicta facienda recipiatis, accepto ab eis fideli sacramento quod, sicut et alii, blada predicta sub vobis colligent et salvo custodient. Diligenter etiam inquiri faciatis per sacramentum proborum et legalium hominum de singulis maneriis, per quos rei veritas melius inquiri poterit, quantum instauri, ut in bobus, vaccis, equis, tauris, et aliis idem archiepiscopus recepit tempore quo archiepiscopatum predictum recepit. Et inquisicionem inde factam distincte et aperte in scriptum redactam nobis scire faciatis apud Westmonasterium ad Scaccarium nostrum a festo Sancti Michaelis in unum mensem. Teste rege apud Westmonasterium, xxij die Julii.

Berk'.—Henricus de Glamvill' et Winda uxor ejus attornaverunt Thomam de Farnham et Willelmum Caperun contra Walterum de Upenor' de xxx acris terre in Oxton', et contra Robertum filium Henrici et Agnetem uxorem ejus tenentes, de ix acris terre cum pertinentiis in eadem villa, et contra Robertum de la Saghe de v acris terre cum pertinentiis in eadem villa, et contra Godefridum de la Saghe et Leciam uxorem ejus tenentes, de xiiij acris terre in eadem villa, et contra Johannem Peschelocch' et Cristianam uxorem ejus tenentes de xiiij acris terre in eadem villa, et contra Hugonem Robelot et Gunnoram uxorem ejus de xiiij acris terre in eadem villa.

Buk'.—Iidem attornaverunt eosdem ad lucrandum vel perdendum contra Thomam filium Willelmi de una acra terra (*sic*) in Eton', et contra R'cardum filium Hugonis de viij acris terre et ij acris prati in eadem villa, et contra Willelmum filium Johannis de viij acris terre et j acra prati in eadem villa, et contra Ivonem le Mariner tenentem de duabus acris terre et dimidia in eadem villa, et contra Cecil' fil' Willelmi tenentem de duabus acris terre et dimidia cum pertinentiis in eadem villa, et contra Willelmum de Boven' tenentem de duabus acris terre in eadem villa, et contra Hugonem le Juvene de una acra et tribus partibus j acre terre in idem villa.

Wilt'.—Walterus de Sumerford attornavit Martinum de Sumerford contra priorem de Farlegh' de tribus hidis terre in parva Brocton'.

Heref'.—Nicholaus Fresting et Alditha uxor ejus attornaverunt Petronillam filiam Thome contra Willelmum capellanum de Medtheme tenentem, de j virgata terre in Cotinton'.

Rex ballivis de Hasting' salutem. Precipimus vobis quod omnia placita, summoniciones, atachiamenta et omnes illos ville et portus de Hasting' qui venire solent et venire debent coram justiciariis ad placita de Shipweye, venire faciatis usque Shipweyam in octabis Assumpcionis Beate Marie anno etc. xij coram justiciariis nostris, quos illuc missuri sumus ad diem illum, ad respondendum de capitulis contentis in litteris nostris prius vobis inde missis, de termino, scilicet, octabarum Sancti

1228.

[m. 5d.] Martini anno eodem, et ad placitandum ibidem, tam de novis quam veteribus placitis et querelis que nondum terminata sunt, et apud Shipweiam terminari debent, observata in omnibus forma contenta in predictis literis nostris vobis transmissis de predicto termino octabarum Sancti Martini. Et habeatis ibi hoc breve et omnia alia brevia vobis inde transmissa, et si qua alia recepistis ad placita illa pertinentia. Teste rege apud Westmonasterium, xxx die Julii.

Eodem modo scribitur Quinque Portubus.

Similiter scribitur et sub eadem forma ballivis de Dunewic' et de Jernem', hoc mutato: Et ideo vobis mandamus quod hoc scire faciatis hominibus de Dunewic', etc. Ita quod si aliquis de aliquo conqueri voluerit, tunc sit apud Shipweyam coram prefatis justiciariis propositurus loquelam et justiciam habiturus. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Linc'. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Johannes de Nevill' quod, cum occasione cujusdam contencionis orte inter ipsum et Eudonem de Karl' super quodam prato, homines eorum inde contendentes graviter se lederent et mutuo vulnerarent, et idem Johannes propter injuriam illatam hominibus suis ad te veniret, querelam suam inde facturus, tu eo quod predictus Eudo prius ad te venit de predicto Johanne et hominibus suis conquerens et de precepto facti hujus ipsum appellari faciens, ipsum Johannem cepisti et captum nullatenus dimittere voluisti, antequam xij liberos homines tibi inveniret qui eum manucaperent et in ballio reciperent. Et ideo, ut scias qualiter te gerere debeas secundum legem terre in casu tali, tibi precipimus quod, assumptis tecum coronatoribus comitatus tui, in propria persona tua accedas ad predictos vulneratos et diligenter videri facias eorum vulnera utrum mortifera sint, et si vulnerati ipsi in periculo mortis sint necne, et si de morte alicujus vulneratorum timendum non sit, tunc pone per vadium et salvos plegios omnes illos qui de facto, sive de vi sive de precepto fuerint appellati, ad respondendum inde coram justiciariis nostris cum in partes illas venerint. Si vero timeatur de morte alicujus, tunc omnes illos qui de facto fuerint appellati, per corpora sua attachiri (*sic*) facias, et ceteros de precepto et de vi appellatos ponas per vadium et salvos plegios ad respondendum inde coram prefatis justiciariis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xix die Maii.

[m. 4d.] Rex senescallo suo Wasconie salutem. De eo quod consuluistis nobis ut monetam nostram Burdegale fieri faceremus apud Langun vel apud Regulam, de pondere et lege Turonensium, vobis mandamus quod si omnes magnates et fideles nostri partium illarum unanimiter ad hoc consenserint prout nobis significastis, tunc predictam monetam fieri faciatis vel apud Langun vel apud Regulam, sicut commodo et honori nostro magis videritis expedire; et tunc utamini literis nostris patentibus quas vobis inde mittimus. Super eo autem quod nos rogastis ut loco vestro alium senescallum durantibus treugis substitueremus, vobis significamus quod in proximo, permittente Domino, in partes illas veniemus, et in adventu nostro ad partes illas nollemus alium senescallum quam vos habere in partibus illis; et tunc quidem faciemus quod commodo et honori nostro pariter et vestro videbimus convenire. De eo vero quod nobis

1228.

[m. 4*d*.] mandastis quod non potuistis distringere milites qui fuerunt in equitatu ante Sanctum Milionem ad emendas faciendas nisi corpora eorum caperetis, vobis significamus quod volumus quod distringatis eos et per corpora et aliis modis quibus poteritis ad emendas illas faciendas; ita quod omnimodo fiant, cum aliter emendas que nobis competunt habere non possimus. Ad hoc quidem quod nobis consuluistis ut, si animos et corda hominum de Rocheford' habere vellemus, concederemus eis easdem libertates quas habent homines nostri Burdegale, vobis respondemus quod concedimus eis quod habeant easdem consuetudines et libertates quas habent predicti homines nostri Burdegale, salvis ipsis hominibus Burdegale et aliis libertatibus suis a predecessoribus nostris eis prius concessis. Mandavimus etiam Amaneo Columb' ut septingentas marcas quas nobis debet, vobis sine dilatione habere faciat; quod nisi fecerit, dedimus in mandatis maiori et juratis Burdegale quod ipsum ad hoc compellant. Teste me ipso apud Rading', secundo die Augusti, anno regni nostri xij.

De Torneamento.—Rex Johanni de Nevill' salutem. Sciatis quod torneamentum captum apud Stamford' in crastino Nativitatis Beate Marie anno etc. xij, prorogavimus usque in tres septimanas a die Sancti Michaelis anno eodem apud Norhamt'. Et ideo vobis mandamus quod te, altero militum, predictis die et loco nobis occurratis ad torneandum parati. Teste rege apud Windles', xxvj die Julii.

Eodem modo scribitur omnibus de familia regis.

Rex R. comiti Cestrie et Linc' salutem. Bene recolitis quod nuper in presentia vestra coram nobis provisum fuit apud Lond', quod in crastino Nativitatis Beate Marie esset torneamentum apud Stamford'. Verum quia tunc non intelleximus quod torneatores inciderent in sentenciam, que per bone memorie S. quondam Cantuariensem archiepiscopum et coepiscopos suos auctoritate apostolica lata fuit in omnes qui in terra nostra tornearent sine licentia ecclesiastica, que quidem sentencia nondum fuit relaxata; dictum torneamentum prorogavimus usque in tres septimanas a festo Sancti Michaelis proximo futuri apud Norhamt'. Et interim perquiremus nos versus dominum Papam ut decetero in terra nostra licite possit torneari. Hoc igitur fidelitati vestre duximus significandum ut contra predictum terminum apud Norhamt' vobis provideatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur aliis comitibus et baronibus qui ibidem presentes fuerunt provisioni illi. Et aliis baronibus et militibus qui non interfuerunt, sic: sciatis quod nuper in presentia quorundam fidelium nostrorum coram nobis provisum fuit apud Lond', quod in crastino Nativitatis Beate Marie esset torneamentum etc.

Hibernia.—Johannes prior de Lantoenny extra Glouc' attornavit Walterum filium Durandi et Gerardum de Kanning' in loquela que est coram justiciario Hibernie inter Walterum de Lascy petentem et ipsum priorem defendentem de advocatione ecclesie de Drumrath'.

Rex L. principi Norwallie salutem. Sciatis quod treugas captas inter vos et Fulconem filium Warini et Thomam Corbet, quas prorogari fecimus usque ad octabas Assumptionis Beate Marie anno etc. xij°, prorogavimus

1228.

[m. 4d.] usque ad diem Dominicam proximam post instans festum Nativitatis Beate Marie anno eodem. Et ideo vobis mandamus quod treugas illas usque ad predictam diem Dominicam ex parte vestra firmiter observetis, et a vestris firmiter observari faciatis. Mandavimus enim predictis Fulconi et Thome quod easdem treugas usque ad eundem terminum ex parte sua observent et a suis observari faciant. Teste rege apud Heref', xv die Augusti.

Et mandatum est eisdem etc.

Rex Johanni filio Alani salutem. Sciatis quod dedimus salvum conductum dilecte sorori nostre J. uxori L. principis Norwallie, veniendi ad nos ad loquendum nobiscum usque Salopiam, duraturum usque ad diem Dominicam proximam post festum Nativitatis etc. Et quia credimus ipsum L. infra prefatum terminum ad nos fore venturum ad colloquium nobiscum habendum, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus erga ipsum et suos a vobis et vestris firmam pacem interim faciatis observari, nullam ei vel suis guerram moventes vel nec (*sic*) a vestris aliquo modo interim moveri permittentes. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Radulfo de Mortuo Mari, Waltero de Clifford', Willelmo de Braos,' Rogero de Clifl', W. comiti Marescallo.

Mandatum est Thome de Muleton et Roberto de Laxinton quod hac die Dominica proxima ante Assumptionem Beate Marie, cum venerint usque Rading', gaiolam Walingford' deliberent. Mandavit enim rex vicecomiti Berk' quod omnes prisones ejusdem gaiole et omnia atachiamenta eorum predictis die et loco coram eis venire faciat. Teste rege apud Merleberg', vj die Augusti.

Albrea Marmiun venit coram rege apud Glouc' in crastino Sancti Lawrencii et quietum clamavit Willelmo de Camvill' totum jus et clamium quod habuit in terra de Landestefan.'

W. Wigorniensis episcopus attornavit loco suo Willelmum de Millay et Galfridum de Derleg' vel alterum illorum ad lucrandum vel perdendum in assisa nove disseisine, quam idem episcopus aramiavit coram domino rege in proximo adventu suo usque Wigorniam versus versus (*sic*) Willelmum priorem de Magna Malverna de cursu cujusdam aque in Powik' ad nocumentum etc. in Wyk'.

[m. 3d.] Rex ballivis de Rumenal salutem. Sciatis quod placita de Quinque Portubus que summonita fuerunt apud Sipweiam in octabis Assumptionis Beate Marie, anno etc. xij°, coram justiciariis nostris quos illuc mitteremus, posuimus in respectum sine termino donec aliud inde preceperimus. Et ideo vobis mandamus quod predicta die octabarum Assumptionis non veniatis apud Sipweyam ad placita, sicut summoniti fuistis, donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste rege apud Heref', xv die Augusti.

Eodem modo scribitur ballivis Heth', Dovr', Hasting', Sandwic'. Et ballivis Dunewic' et Jernem' cum hac clausula:—quod quidem vobis signamus, ut probis hominibus nostris Dunewic' et Jernem' id scire faciatis. Teste ut supra.

1228.
[m. 3*d*.] *Glouc'*.—Willelmus de Mara attornavit Willelmum de Harestan' et Adam de Salopia clericum, contra Ricardum de Greinvill' tenentem de manerio de Cumton' cum pertinentiis.

Heref'.—Dionisius de Luston attornavit Hugonem de Lillesey contra Herewardum de Luston' et Isabellam,* uxorem ejus, que fuit uxor Ade de la Le, de duabus virgatis terre in la Le.

Glouc'.—Hugo de Gurnay attornavit Johannem de Cruce versus Herebertum de Heringeb', de quo idem Hugo exigit compotum etc. in Wutton'.

Mandatum est ballivo de Kaermerdin' quod de dominico regis de Kaermerdin' decimas feni ecclesie de Kaermerdin' dari faciat.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod omnes assisas de morte antecessoris et de nova disseisina que aramiate sunt in comitatu suo coram justiciariis domini regis ad primam assisam cum in partes illas venerint, venire faciat coram rege apud Salopiam die Martis proxime post instans festum Sancti Bartholomei anno etc. xij°. Et habeat ibi hoc breve, et omnia alia brevia predictarum assisarum. Teste rege apud Heref', xxj die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wygornie de assisis mortis antecessoris et nove disseisine venire faciendis coram rege apud Wygorniam die Dominica proxima post Nativitatem Beate Marie.

Rex W. comiti Marescallo salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus sicut honorem nostrum pariter et vestrum diligitis, statim visis istis veniatis ad nos usque Muntgomery cum equis et armis et cum quanta gente tam equite quam pedite poteritis, dimisa (*sic*) tamen in partibus vestris salva custodia ad partes illas custodiendas. Teste rege apud Muntgomery, iij die Septembris.

Eodem modo scribitur comiti Glouc', Willelmo de Braos', et Rogero de Clifford'.

Rex Gileberto de Lascy salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus statim visis literis istis cum equis et armis veniatis ad nos usque Muntgomery, ita parati ad servicium nostrum quod graciam vobis scire debeamus.

Waltero de Bello Campo.
Gileberto de Lascy.
Hervicio de Staff'.
Waltero de Dunstanvill'.
Thome Maudit.
Willelmo de Cantil'.
Johanni de Balun'.
Hugoni de Gurnay.
Waltero de Baskervill'.
Nicholao de Verdun'.

Mandatum est vicecomiti Heref' quod statim visis litteris istis clamari faciat per totam ballivam suam, quod nullum mercatum teneatur in balliva sua donec aliud a rege habuerit mandatum, et quod omnes mercatores victualium interim veniant cum victualibus suis usque Salopiam ad sequendum regem. Teste ut supra.

* Corrected from "Stephanum filium Ricardi et Agnetem uxorem ejus."

1228.

[m. 3*d*] Eodem modo scribitur vicecomitibus Heref', Wigornie, Glouc', et Staff'.

Surr'.—Sibilla de Ferrariis attornavit Radulfum de Elmere et Willelmum de Thorenwik' contra Willelmum Lungesp' et Idoneam uxorem ejus, de ij carucatis terre in Scaldefold' et Alfold'.

Dereb'.—Johannes Talebot attornavit Rogerum Mering contra W. comitem de Ferrariis de custodia unius carucate terre in Egiuton'.

[m. 2*d*.] Rex L. principi Norwallie salutem. Quia super eo commoti fuist[is] quod quidam ex parte vestra, prout nobis significastis, mercatores quosdam venientes ad nos cum victualibus impediverunt, dolia sua efundendo, victualia et equos abducendo, et etiam quosdam ex ipsis mercatoribus wulnerando, gratum est nobis, et satis vellemus quod ad idem opera manifestassent subsequentia. Nec volumus vos latere quod manum jurisdictionis ad hoc apposuissemus nisi propter honoris vestri observanciam, et pro treigis ad peticionem sororis nostre, uxoris vestre, de precepto nostro inter nos et vos initis, id distulissemus. Nec vellemus pro nobis et vestris qui nostri esse deberent, quod pax et amor, qui inter nos et vos existunt et de jure esse debent, separarentur, nisi id per injuriam vestram remaneret. Si quidem tante discretionis sitis quante vos habemus, manifeste attendere debetis dispendia que vobis et vestris imminere possunt si a nostre dilectionis integritate separamini. Super eo autem quod nuncios vestros pro premissis ad nos misis[setis] si consiliarii nostri nobiscum fuissent, vobis significamus quod nunquam ita fuimus consilio destituti quin consilium nostrum ad majora et difficiliora sufficeret . . . terminanda et emendanda, in quibus vestrum attenderemus commodum et honorem. Nec adventum nunciorum vestrorum ad nos durantibus treugis habuisse debueratis suspectum, quas ex parte nostra observari fecimus; super quarum observacione quid ex parte vestra feceritis attendatis. Has autem litteras etc. Teste etc. apud Muntgumery, viij die Septembris, anno regni nostri xij.

Regi Francorum salutem. Litteras serenitatis vestre per fratrem Radulfum nobis transmissas, quibus nobis significastis quod interceptiones factas hominibus de Sancto Milione juxta formam treugarum faceremus emendari. Nos autem, intellectis litteris vestris, licet prius dedissemus in mandatis senescallo nostro Wasconie quod de interceptionibus illis satisfaceret nec id fecit sicut ei injunximus, parati fuimus predicto vestro (*sic*) committere el libras xxx solidos sterlingorum loco sexcentarum librarum c et xviij[ta] solidorum Turonensium, quos predicti homines de Sancto Milione debuerant pro dampnis suis recepisse. Cum vero non auderet frater predictus propter viarum pericula peccuniam illam recipere ad vos deferendam, versus fratrem A. magistrum Milicie Templi in Anglia procu[ravimus] quod peccuniam illam salvo deferri faciet Parisius ad fratrem Johannem de Milly, liberandam ibidem cui vel quibus volueritis. Cum igitur parati fuerimus ea, que ex parte nostra et nostrorum intercepta sunt, gratanter emendare et treugam inter nos captam firmiter observare, vos attencius rogamus quatinus de interceptionibus factis nobis et nostris, tam de morte hominum quam alias, sicut commodius poterunt emendari,

1228.

[m. 2*d*.] eadem facilitate nobis et nostris satisfieri, et treugam ipsam ex parte vestra observari faciatis, ballivis Pictavie et aliunde dantes in preceptis quod certis die et loco quos competentes ad hoc provideant et predicto senescallo nostro Wasconie scire faciant, interceptiones factas nobis et nostris coram eodem senescallo, et in presencia dilecti clerici nostri B. latoris presentium, quem ad partes illas occasione predicta transmisimus, vice versa competenter curent emendare. Mandavimus etiam eidem senescallo quod, ex quo per predictos baillivos nostros certus fuerit de predictis die et loco ad emendas predictas recipiendas, sicut predictum est, predictis baillivis vestris occurrat. Teste apud Muntgumery, xxj die Septembris.

Eodem modo scribitur regine Francorum quod ad hoc laborare veli[t]. Et scribitur senescallo Wasconie quod modo predicto scribitur regi et regine Francorum, et mandatur ei quod ex quo predicti baillivi de predictis die et loco ipsum certificaverint ad emendas predictas recipiendas, illuc accedat provisurus quod super dampnis domino regi et suis illatis competens pro posse suo fiat emenda coram ipso et in presentia predicti Barnardi, et quid super emendis illis factum fuerit per ipsum B. in reditu suo dominum regem certificet. Teste ut supra.

Kancia.—Henricus de Argenteom attornavit Johannem de Kancia contra Ricardum de Chilham de debitis que idem Henricus ab eo exigit.

Devon'.—Willelmus filius Willelmi attornavit Adam le Bel et Galfridum le Curtel contra Bartholomeum Foliot de quodam molendino locato in Stok' ad nocumentum etc. in Stok'.

Wilt'.—Idem attornavit eosdem contra Willelmum de Otteford de conventione facta inter Willelmum filium Elye patrem etc. et ipsum Willelmum de Ottef' de tenemento in Clive.

Abbas de Oseneye attornavit Thomam de Kenefare de loquela que est coram ballivis Oxonie inter Johannem filium Alexandri petentem, et predictum abbatem tenentem de xvij s̃. redditus in Oxonia.

Staff'.—Magister Simon de Walton' attornavit Thomam de Walton' in loquela que est inter Gervasium de Hampton' petentem, et ipsum Simonem tenentem de manerio de Kinwalton cum pertinentiis.

Kancia.—Henricus filius Ailwini, Johannes et Radulfus fratres ejus, attornaverunt Henricum Picot de averiis captis etc.

Karissimo domino suo et speciali advocato sub Deo, H. Dei gracia illustri regi Anglie etc. suus dominicus canonicus frater R. magister ordinis Simplingh', presentem et perpetuam corporis et anime salutem in Eo qui salus est omnium. Sciatis, domine karissime, et pro constanti habeatis, quod Agatha filia Roberti de Menil' est monialis in domo nostra de Sempingham, professa xxviij annis elapsis et amplius, et a venerabili viro Thoma Dunelmensi episcopo benedicta duobus annis elapsis et dimidio presente, et hoc vobis in veritate, que Deus est, dico, et in periculo anime mee; et valete etc.

Venerabili patri et amico in Christo carissimo, Thome Dei gracia tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, H. eadem gracia rex Anglie etc.

1228.

[m. 2d.] salutem et sinceram in Domino dileccionem. Dileccio et diligentia vestra, quas specialiter in negociis nostris cum effectu . . . sensimus profuisse, nos ammovent et inducunt ut dilectos et familiares nostros magistros J. Blund' et R. de Shardelawe, et dilectum et fidelem nostrum G. de Craucumbe, senescallum nostrum, quos pro negociis nostris ad curiam trans[mittimus], specialius vestre recommendamus paternitati. Dileccionem igitur vestram attentius rogandam duximus quatinus ipsis, si placet, in negociis nostris que vobis exponent et nos et regnum nostrum intime tangunt, [solita] benignitate consilium et auxilium vestrum velitis impertiri. Teste rege apud Muntgomery, xx die Septembris.

Eodem modo scribitur J. tituli Sancte Praxedis presbitero cardinali, S. tituli Sancti Laurencii in Lucina diacono, S. tituli Sancti Adriani diacono cardinali, P. Albanensi episcopo.

Magister Otto habuit breve quod episcopus noluit irrotulare.

Venerabili patri et amico in Christo karissimo, R. Dei gracia tituli Sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, H. etc. salutem etc. Dilectos et familiares clericos nostros etc. quos pro negociis nostris ad curiam transmittimus, paternitati vestre recommendamus, attentius rogantes quatinus in agendis nostris ipsis, si placet, auxilium et favorem vestrum solita benignitate vestra velitis impertiri. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur R. tituli Sancti Eustachii diacono cardinali; E. Sanctorum Cosme et Damiani diacono; P. Sancti Georgii ad Velum Aureum diacono; E. archidiacono Elyensi, domini Pape capellano; magistro Stephano domini Pape subdiacono et capellano; B. Sancte Potentiane presbitero.

Willelmus de Bissopeston', unus quatuor justiciariorum ad quasdam assisas nove disseisine in comitatu Warr', qui est in exercitu apud Kerry ita quod in crastino Sancti Michaelis non potest comparere coram baronibus de Scaccario, responsurus una cum compotu[bus] suis de amerciamentis assisarum illarum, habet litteras directas baronibus illis quod non ponatur in defaltam propter absentiam suam ad diem illum.

[m. 1d.] Rex vicecomiti Midd' salutem. Precipimus tibi quod habeas coram nobis apud Westmonasterium ad Scaccarium nostrum in octabis Sancti Andree anno etc. xiij°. scutagium nostrum de feodis militum que archiepiscopi, episcopi, comites, barones, milites et liberi tenentes de nobis tene[nt in] balliva tua, et de feodis wardarum et escaetarum, que de nobis tenentur in capite; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu nostro de Kery, exceptis illis qui de scutagio suo quietantiam habent per preceptum nostrum, tam de feodis wardarum [et escaetarum quam] aliis que de nobis tenentur in capite. Teste E. Londoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxiiij die Octobris.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie ad eundem terminum; preterquam vicecomitibus subscriptis qui sunt in octabis Sancti Hillarii, Cumbr', Norhumb', Westmeril', Lanc', Eboraci, Devonie* et Dors', Staff' et Salopie.

* "Sumerset'" follows here, but has been struck out

13 HENRY III.

1228.

[m. 21.] *Pro Petro filio Hereberti.* — Dominus rex concessit Petro filio Hereberti, scutagium suum de feodo unius militis quod tenet de abbate de Abbendon' et idem abbas de rege in capite; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem Petro scutagium illud habere faciat et predicto abbati pacem inde habere permittat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxx die Octobris, anno etc. xiij°.

Pro Waltero de Dayvill'.—Dominus rex concessit Waltero de Dayvill' scutagium suum de feodis (*sic*) j militis quod tenet de Willelmo Pipard de honore Walingf'; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery etc. Et mandatum est custodi honoris Waling' quod eidem Waltero scutagium illud habere faciat et predicto Willelmo pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Vallibus.—Dominus rex perdonavit Johanni de Vallibus scutagium suum de feodis duorum militum, que tenet de honore Bolonie; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery etc. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eidem Johanni de predicto scutagio pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lucy.—Dominus rex concessit Galfrido de Lucy scutagium suum de feodo j militis, quod tenet de abbate de Burgo; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod eidem Galfrido scutagium illud habere faciat de dono regis, et predicto abbati pacem inde habere permittat. Teste J. Bathoniensi episcopo, apud Westmonasterium, xxx die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus:—

Surr'—De scutagio de feodo dimidii militis, quod tenet de abbate de Certes' et quod rex dedit eidem Galfrido. Teste ut supra.

Norhumb'—De scutagio de feodo dimidii militis quod idem Galfridus tenet de Gileberto de Umframville, etc. ut supra.

Essex'—De scutagio de quarta parte feodi j militis quam tenet de Matilda de Angre, et quod scutagium rex dedit eidem Galfrido, etc.

De custodia episcopatus Londoniensis. — Dominus rex commisit Alexandro de Dorset' custodiam episcopatus Londoniensis vacantis per mortem E. Londoniensis episcopi, cum omnibus terris et tenementis ad predictum episcopatum pertinentibus, habendam quamdiu domino regi placuerit. Et ideo mandatum est vicecomiti Surr' quod eidem Alexandro de omnibus terris que ad ipsum episcopatum pertinent in balliva sua, plenam saisinam habere faciat, ut dictum est. Teste

1228.

[m. 21.] J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxxj die Octobris, anno regis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sussex', Middelsex', Essex'.

Pro Waltero de Burgo.—Dominus rex concessit Waltero de Burgo scutagium suum de feodo unius militis et dimidii quod tenet de Edmundo de Tudeham, et idem Edmundus in capite de feodo comitis Devonie; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery, etc. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Edmundo de predicto scutagio pacem, et illud predicto Waltero habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilup'.—Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' pro Willelmo de Cantilup', juniore, de scutagio de feodo j militis, quod tenet de Thoma de Scotinny, quod idem Thomas tenet in capite de rege, de predicto exercitu, etc. ut supra.

Pro Hugone de Boel'.—Eodem modo scribitur vicecomiti Noting' pro Hugone de Boel', de scutagio de feodo j militis quod tenet de Roberto de Chevrecurt de honore de Tykehull'.

Pro Roberto filio Nicholai.—Dominus rex concessit Roberto filio Nicholai, custodiam terre et heredis Ricardi de Leveland', qui tenuit de rege in capite, cum terris et omnibus aliis que ipsum heredem jure hereditario contingunt, usque ad etatem predicti heredis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eidem Roberto liberationem quam predictus Ricardus recipere consuevit ad Scaccarium, et que ipsum heredem contingit hereditario pro custodia domuum regis Westmonasterii, habere faciant, ut dictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur majori et vicecomitibus Lond' de facienda ei saisina de custodia gayole de Flot' que ad ipsum heredem pertinet.

Pro Willelmo de Kerdeston'.—Dominus rex concessit Willelmo de Kerdeston' scutagium suum de feodis duorum militum de Roberto filio Walteri, et idem Robertus de rege tenet in capite; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kerry, in quo fuit per preceptum regis. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictum Robertum de predicto scutagio pacem habere permittat. Teste ut supra

Pro Baldewino de Fryvill'.—Dominus rex commisit Baldewino de Frivill' terram cum pertinentiis in soka de Waltham ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, quam Galfridus de Serland' habuit de ballio regis; salvis uxori ipsius Galfridi ad sustentationem suam x marcatis terre de terra predicta. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Baldewino de terra predicta cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, salvis uxori predicti Galfridi predictis x marcatis terre, sicut predictum est. Teste ut supra.

Postea mandatum fuit ei quod, non obstante priori mandato de tota terra illa, eidem Baldewino plenam saisinam habere faciat de tota terra illa, salvis uxori predicti Galfridi x marcis in denariis per manum predicti Baldewini singulis annis percipiendis. Teste etc.

1228.
[m. 21.] *Pro Ernaldo de Bosco.*—Dominus rex concessit Ernaldo de Bosco scutagium suum de feodis v militum que tenet de M. comitissa Wintonie, et ipsa de rege in capite; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Et mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod eidem comitisse pacem de predicto scutagio, et illud eidem Ernaldo, habere faciat de dono regis. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, iij die Novembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' de scutagio de feodis x militum, que idem Ernaldus tenet de predicta comitissa.

Pro Johanne de Bello Campo.—Dominus rex concessit Johanni de Bello Campo scutagium suum de feodo unius militis et dimidii, quod tenet de Hugone de Ver, et idem Hugo de rege in capite; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod eidem Hugoni pacem de predicto scutagio, et illud eidem Johanni habere faciat de dono regis. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, iiij die Novembris.

De prohibendis mercato et feria Johannis filii Alani.—Quia mercatum quod tenetur apud manerium Johannis filii Alani de Albo Monasterio per diem Jovis, est ad manifestum nocumentum mercatorum Salopie et de Muntgomery, et similiter feria concessa eidem Johanni apud idem manerium habenda ad festum Sancti Andree esset ad nocumentum ferie de Muntgomery, mandatum est vicecomiti Salopie quod predictum mercatum et predictam feriam prohiberi et per totam ballivam suam clamari faciat, ita quod amplius non amplius non (*sic*) teneantur. Teste ut supra.

Pro Alano filio Henrici.—Quia constat regi per inquisicionem factam quod terra, que fuit Hugonis de Stubhus utlagati pro recto latrocinii in Dunkeswic', extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Hugo terram illam tenuit de Alano filio Henrici et Agnete uxore ejus*, mandatum est vicecomiti Eboraci quod de terra illa eidem Alano plenam saisinam habere faciat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, iiij die Novembris.

Pro Hamone le Gras.—Dominus rex concessit Hamoni le Gras scutagium suum de feodo dimidii militis quod tenet de abbate Westmonasterii et idem abbas de rege in capite, scilicet de scuto duas marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod predictum scutagium eidem Hamoni habere faciat de dono regis, et predicto abbati pacem inde habere permittat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, vij die Novembris.

Pro Willelmo de Cantilup'.—Eodem modo scribitur vicecomiti Warr' pro Willelmo de Cantil' de scutagio suo habendo de feodis trium militum, que filius et heres Willelmi Cumin,† qui est in custodia sua, tenet de comite Warewic'; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu de Kery etc.

* These four words are struck out. † Corrected from "Thurstani de Monte Forti."

1228.

[m. 21.] *Pro Johanne de Boterell'.*—Dominus rex de novem marcis, quas Johannes de Boterell' reddidisse debuit Jocepino Judeo Bristoll' ad hoc festum Sancti Michaelis proximo preteritum anno etc. xij°, concessit eidem Johanni quod reddat predicto Jocepino quatuor marcas a die Omnium Sanctorum anno etc. xiij° in xv dies, et v marcas ad festum Sancti Hillarii proximo sequens anno eodem. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod eidem Johanni predictum respectum habere faciant. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, iv die Novembris.

De decano et capitulo London'.—Rex magistro Henrico de Bissopeston', custodi episcopatus London', salutem. Precipimus tibi quod permittas decano et capitulo Londoniensibus pacifice habere medietatem ville de Mealdon' quam Eustachius quondam Londoniensis episcopus tenuit de predictis decano et capitulo, et quam in manum nostram cepisti ratione episcopatus ejusdem vacantis et in manu nostra existentis; facias etiam predictis decano et capitulo* habere plenariam saisinam de terris quas predictus episcopus emit de Petro filio Alulfi in manerio de Fuleham et eidem decano assignavit tenendas de ecclesia Sancti Pauli, London'. Teste me ipso apud Westmonasterium, vij die Novembris, anno etc. xiij°.

De executione testamenti E. quondam Londoniensis episcopi.—Rex eidem salutem. Mandamus vobis quod omnia catalla que fuerunt E. quondam Londoniensis episcopi, tam in bladis quam bobus, ovibus, equis, porcis, et omnibus aliis, liberetis archidiaconis Hunted', Lond', et Midd', executoribus testamenti ipsius episcopi, ad denarios faciendos ad acquietandum debita que idem episcopus nobis debuit, et similiter ad acquietandum debita quibus aliis tenebatur, eo quod ipse debuit acquietasse eos inde versus nos et non acquietavit; reservato tamen de bladis predictis quantum sufficiat ad tantam terram seminandam quantum ipse episcopus recepit seminatam quando habuit saisinam predicti episcopatus, et retentis de catallis predictis quot et quanta ipse invenit in eodem episcopatu tempore predicto. Et si quid inde amotum fuerit per te vel ballivos tuos, id sine dilatione revenire facias. Teste ut supra.

Pro hominibus Oxonie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, non obstante mandato regis quod ei fecit de villa Oxonie in manum regis capienda, ballivis Oxonie eandem saisinam habere faciat qualem habuerunt antequam ipsam caperet in manum regis per preceptum suum. Teste ut supra.

Pro Ricardo Red.—Quia constat regi per inquisitionem factam quod terra que fuit Henrici Red in Poulegh, qui suspensus fuit pro latrocinio, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Henricus terram illam tenuit de Ricardo Red, patre suo, mandatum est vicecomiti Wiltes' quod eidem Ricardo de terra predicta plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, viii die Novembris.

* "et capitulo" is struck out.

1228.

[m. 21.] *Pro uxore Lewelini de terris ei commissis.*—Mandatum est vicecomiti Leic' quod de terra quam J. domina Norwallie, soror regis, tenuit de ballio regis in Roel', non obstante mandato regis quod ei fecit de ea capienda in manum regis, talem ei saisinam habere faciat qualem inde habuit antequam eam caperet in manum regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Salopie de manerio de Cunedovr' pro eadem domina Norwallie.

Hibernia. Pro Galfrido de Appelby.—Dominus rex concessit Galfrido de Appelby quod quater xx et x acras quas habuit in Balibren' de dono Kenwerec filii Rithith', et quas Ricardus de Burgo, justiciarius Hibernie, cepit in manum regis eo quod dicebatur eas esse purpresturam factam super terram regis de Baliscadan', pacifice teneat usque ad etatem Ririth' filii Ririth', nepotis et heredis ipsius Kenwerec, qui infra etatem est et qui terram illam ipsi Galfrido warantizare tenetur ut dicitur. Et mandatum est eidem Ricardo, justiciario Hibernie, quod de terra predicta eidem Galfrido plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Serlonis de perdona.—Dominus rex perdonavit Roberto filio Serlonis xix li. viii s. et j d. qui per summonicionem Scaccarii ab eo exiguntur de tempore J. regis, patris domini regis, eo quod convictus fuit de perjurio; perdonavit etiam Roberto de Blatchf' xxv l. et iij s. qui similiter ab eo exiguntur de eodem tempore per summonicionem Scaccarii, eo quod convictus fuit de eodem. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

De Cameraria London'.—Dominus rex commisit Gervasio le Cordewaner Camerariam London' tenendam a festo Sancti Martini anno xiij usque in vi annos completos; et mandatum est Henrico filio Aucher' quod plenam ei inde saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quibusdam dimittendis per plevinam.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod si Alanus filius Rann' et Petrus frater ejus, Johannes Perceval, Robertus filius Walteri et Gilebertus le Bercher, homines Rogeri de Leonibus, capti et detenti in prisona regis propter appellum Willelmi filii Ricardi, qui eos appellavit de societate latrocinii, invenerint ei salvos plegios qui eos manucapiant ad standum inde recto, tunc ipsos per plevinam dimittat et deliberari faciat. Teste ut supra.

[m. 20.] *De maneriis commissis Rogero la Suche.*—Dominus rex maneria de Branton', de Karswell' et de Depeford', que fuerunt in custodia Thome de Cyrene', commisit quamdiu etc. Rogero la Zuche, cui similiter commisit custodiam comitatus Devonie. Et mandatum est eidem Thome quod de predictis maneriis saisinam ei habere faciat, salvis regi bladis et instauris que habet in eisdem maneriis. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Wyliton.—Dominus rex illam medietatem terre quam prius commisit Rogero le Poure* de terra illa quam Jordanus de

* Corrected from "Roberto de Turvill'."

1228.

[m. 20.] Hurle habuit de ballio regis in Norton', commisit modo Radulfo de Wylinton ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de predicta medietate terre prefate ipsi Radulfo plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Peche.—Dominus rex concessit Bartholomeo Peche scutagium suum de feodo dimidii militis quod tenet de Willelmo de Sancto Johanne et idem Willelmus de rege in capite; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery etc. in quo fuit etc. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod de scutagio illo eidem Willelmo pacem et illud eidem Bartholomeo habere faciat. Teste ut supra.

Pro uxore que fuit Galfridi de Serland'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod terram quam Galfridus de Serland' tenuit in Bundeby de hereditate Matildis uxoris ejus, et quam cepit in manum regis occasione mortis predicti Galfridi, eidem Matildi, cujus hereditas terra illa est, ut dicitur, sine dilatione habere faciat ad se et pueros suos sustentandos, et terram predictam ei in pacem tenere permittat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De quietancia sperrarii.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod Robertus de Barevill' per preceptum nostrum liberavit dilecto et fideli nostro Radulfo de Trublevill' spervarium de anno regni nostri xij°, quem nobis debet per annum pro terra sua de Barton'. Et ideo vobis mandamus quod de predicto spervario ipsum Robertum quietum esse faciatis. Teste me apud Westmonasterium, xiv die Novembris, anno regni nostri xiij°.

Pro Willelmo de Ros.—Rex executoribus testamenti Roberti de Ros salutem. Ad noticiam vestram volumus pervenire dilectum et fidelem nostrum Willelmum de Ros finem fecisse nobiscum de debito predicti Roberti patris sui nobis solvendo ad terminos quos inter nos providimus et eidem Willelmo duximus concedendos. Et ideo vobis mandamus quod, non obstante predicto debito nostro, quod ad predictum Willelmum pertinet de bonis et catallis predicti Roberti patris sui eidem assignetis. Teste me apud Westmonasterium, xiij die Novembris, anno regni nostri xiij°.

Pro uxore Galfridi de Serland'.—Rex vicecomiti Dorset' salutem. Scias quod concessimus Matillidi, que fuit uxor Galfridi de Serland', terram in Haunford' cum pertinentiis, quam idem Galfridus tenuit de ballio domini J. regis, patris nostri, ad se et liberos suos sustentandos quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod de terra predicta eidem Matillidi plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste me apud Westmonasterium, xiij die Novembris, anno regni xiij°.

Hibernia. De electione episcopi Lechlinensis.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hybernie, salutem. Et si electio capituli et cleri Lechlinensium, ad quam minus consulte non petita licentia nostra processerunt, cassa et pro nulla debeat reputari; volentes tamen de gratia nostra et pro honestate electi sui eis ad preferre (*sic*), electioni facte de W. archidiacono Lech-

1228.

[m. 20.] linensi in episcopum Lechlinensem assensum regium prebere duximus et favorem; et hoc vobis significamus. Ita tamen quod prius litteras predictorum capituli et cleri patentes recipiatis, quas de mandato nostro vobis porrigent, testificantes quod eligendi licentiam a nobis petierint; ne possit inposterum nobis et heredibus nostris in electione consimili prejudicium generari. Et ideo vobis mandamus quod litteras predictas ab eis recipiatis et eas salvo custodiatis. Teste me apud Westmonasterium, xiv die Novembris, anno regni nostri xiij.

De custodia terre et heredis Willelmi Blundi.—Dominus rex concessit H. de Burgo, justiciario, custodiam terre et heredum Willelmi Blundi qui de domino rege tenuit in capite, et maritagium eorundem heredum. Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' etc. Teste ut supra.

Pro Johanne de Bello Campo.—Dominus rex concessit Johanni de Bello Campo scutagium suum de feodo j militis et dimidii, que tenet de Hugone de Ver et ipse de rege in capite. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod scutagium illud eidem Johanni habere faciat, et predicto Hugoni pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex concessit Radulfo filio Nicholai servicium de Mida per xl dies et servicium de Uriel per totidem dies in auxilio castri sui de Dunelamein firmandi, quod est in manu sua ratione custodie terre et heredis Willelmi Pipard, quam rex ei concessit. Et mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod predicta servicia eidem Radulfo ad predictum castrum firmandum habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Novembris.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Radulfus filius Nicholai finem fecit cum executoribus testamenti E. quondam Londoniensis episcopi pro custodia terre et heredis Radulfi de Lymes' et pro maritagio ejusdem heredis, que predictus episcopus habuit de concessione Hugonis de Oddingeshel', de quo predictus Radulfus de Lymes' terram suam tenuit. Et mandatum est vicecomiti Hertf' quod de terris que fuerunt predicti Radulfi de Lymes' in balliva sua, talem saisinam eidem Radulfo filio Nicholai habere faciat, qualem predictus episcopus inde habuit; et si aliquam vim resistentem in terris illis invenerit, ipsam sine dilatione faciat amoveri. Teste ut supra.

Wasconia. Pro Raimundo Talemund'.—Mandatum est H. de Trublevill', senescallo Wasconie, quod secundum consuetudinem partium illarum talem saisinam habere faciat Raimundo de Talemund', cujus homagium dominus rex cepit, de terris et tenementis suis in Wasconia, qualem inde habuit quando recessit a servicio domini regis et adhesit servicio regis Francorum. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Novembris.

Pro Stephano de Sedgrave.—Dominus rex reddidit Isolde de Bello Campo que fuit uxor Ricardi de Subire, et Matildi de Bello Campo que fuit uxor Willelmi de Wascoil, et Radulfo de Ardern' et Alicie uxori ejus,

1228.

[m. 20.] et Idonee que fuit uxor Henrici de Alneto, totam terram cum pertinentiis in Cotes, que fuit Stephani de Bello Campo, et que hereditarie contingit predictas Isoldam, Matildem, Aliciam et Idoneam tamquam sorores et heredes ipsius Stephani, et predicti Isolda, Matildis, Radulfus de Ardern' et Alina (*sic*) uxor ejus et Idonea in presentia nostra spontanea voluntate sua dimiserunt et concesserunt dilecto et fideli nostro Stephano de Sedgrave et heredibus suis, totam predictam terram cum pertinentiis suis, tenendam de nobis et heredibus nostris per servicium quod idem Stephanus de Bello Campo inde facere consuevit; scilicet, servicium j brachetti per annum. Et mandatum est vicecomiti Dereby quod de tota predicta terra cum pertinentiis eidem Stephano de Sedgrave sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Lewe de Treucles.—Rex vicecomiti Lancastr'. Ostensum est nobis ex parte dilecti et fidelis nostri Theobaldi le Buteillier quod eo quod Lewe de Treucles, homo ipsius Theobaldi, dum intendebat agri culture quadam die arando, invenisset denarios quosdam de veteri moneta et ignota, tanquam inventor thesauri captus est et detentus in prisona nostra. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est et idem Lewe invenerit tibi salvos plegios qui eum manucapiant ad habendum eum coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto, tunc ipsum per plevinam dimittas et a prisona nostra deliberari facias, sicut predictum est. Teste me apud Westmonasterium, xvij die Novembris, anno regni nostri xiij°.

Hibernia. De maritagio Johannis le Poher.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Venientes ad nos Ricardus Duket et Henricus de Sancto Florentio clericus vester, nobis ex parte vestra optulerunt c marcas pro maritagio Johannis le Poher, filii et heredis Roberti le Poher. In qua petitione vestra vobis signamus quod vos benigne duximus audiendos; salvo nobis fine ejusdem Johannis pro relevio suo. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Johannem sine dilatione ad nos venire faciatis ad homagium suum nobis faciendum et finiendum pro relevio suo. Teste ut supra.

Hibernia. De medietate terre que vocatur Todmon'.—Rex eidem salutem. Signavistis nobis pro Ricardo Duket etc. ut supra, quod Moriar de Haghobren pro habenda quamdiu nobis bene servierit illa medietate terre que vocatur Todmon, quam dominus J. rex, pater noster, commisit Duneeano Macarbragh' ad firmam usque ad quendam terminum qui completus fuit ad festum Sancti Michaelis proximo preteritum, et unde idem Duneeanus reddidit per annum centum libras, optulit nobis singulis annis de eadem terra de incremento quater xx marcas, et preterea quod ipse ad custum suum firmabit in eadem terra quoddam castrum ad opus nostrum; ita quod ipse homines nostros ejusdem castri, quos justiciarius noster Hybernie pro voluntate sua ponet in eo, ad sufficientiam sustentabit ad custum suum et suas expensas, et pro hac concessione optulit nobis mille libras. Et quia credimus quod nobis expediat ipsum Moriar in hac petitione sua audire, vobis mandamus quod, accepta ab eo securitate de centum libris annuis et predictis quater xx marcis de incremento nobis per

1228.

[m. 20.] annum reddendis et de predicto castro firmando et hominibus nostris ejusdem castri sustentandis ad custum suum, sicut predictum est, et de predictis mille libris nobis solvendis, ipsi Moriar de predicta medietate terre Todmonie plenam saisinam habere faciatis et ipsum in saisina illa manuteneatis.

Pro Gileberto de Bosco.—Rex concessit Gileberto de Bosco scutagium suum de quarta parte feodi j militis quod tenet de Nicholaa que fuit uxor Rogeri de Cauz et ipsa de archiepiscopo Cantuariensi; scilicet, de scuto duas marcas etc. Et mandatum est vicecomiti Kaucie etc.

Pro Johanne filio Roberti.—Rex Hugoni de Nevill salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Johanni filio Roberti partem illam foreste Norhumbrie que est de feodo Rogeri de Merlay, et quam in manum nostram capi precepimus eo quod dicebatur quod non fuit pertinens ad forestam quam habet in manerio de Robir', quod Robertus filius Rogeri pater ejusdem Johannis, cujus heres ipse, tenuit de dono domini J. regis, patris nostri, quia perpendimus per finem factam tempore predicti J. patris nostri in curia sua coram ipso et justiciariis suis inter Rogerum de Merlay petentem et predictum Robertum tenentem, de predicta parte foreste, quod pars illa pertinet ad predictum Johannem et quod voluntas predicti patris nostri erat quod inperpetuum remaneret eidem Roberto et heredibus suis. Et ideo vobis mandamus quod eidem Johanni de predicta parte foreste tanquam pertinente ad predictum manerium suum de Robir' plenam saisinam habere facias. Teste me ipso apud Westmonasterium, xvij die Novembris.

Et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod id per totam ballivam suam clamari faciat, et quod nullus de parte illa foreste preter voluntatem predicti Johannis se intromittat. Teste ut supra.

Hibernia. De archiepiscopo Cassellensi—Archiepiscopus Cassellensis dat domino regi trescentas marcas reddendas Bristall' in Anglia; videlicet, ad Pascha anno etc. xiij°, c marcas, et ad festum Sancti Michaelis anno eodem c marcas, et ad Pascha anno xiv° c marcas, pro habenda remissione et quieta clamatione domini regis pro se et heredibus suis inperpetuum de contentione et clamio que dominus rex eidem archiepiscopo movit super nova villa Cassell', unde dominus rex concessit eandem villam cum pertinentiis eidem archiepiscopo et successoribus suis tenendam de domino rege et heredibus suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, sicut plenius continetur in carta quam dominus rex ei inde fieri fecit.

Hibernia. Quod justiciarius provideat Willelmo de Mariscis.—Mandatum est Ricardo de Burgo etc. quod provideat Willelmo de Mariscis, filio Galfridi de Mariscis, in xxv vel xxx libratis terre de escaetis, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Teste rege apud Westmonasterium, xviij die Novembris.

Hibernia. Pro Waltero de Rideleford'.—Rex eidem salutem. Supplicavit nobis Walterus de Rideleford' quod concederemus ei quod viam, que transit per medium parcum suum de Garvemu, licite extra

1228.

[m. 20.] parcum suum posset divertere. Et ideo vobis mandamus quod in propria persona vestra accedatis ad predictum parcum, et si viderit quod predicta via extra parcum illum diverti possit sine magno et imminenti dampno et nocumento partium illarum, tunc viam illam ita diverti permittatis. Teste ut supra.

Rex H. de Burgo etc. salutem. Mandamus vobis quod non obstante mandato nostro quod vobis fecimus de omnibus dominicis nostris Hybernie capiendis in manum nostram, permittatis dilectum et fidelem nostrum, Walterum de Rideleford' pacifice tenere quatuor carucatas terre cum pertinentiis in Talkoay, Kylmakethe, Killensingen et Clouhliny, quas ei commisimus ad se sustentandum in servicio nostro donec aliud inde a nobis habueritis mandatum. Teste me ut supra.

Hibernia. Pro Galfrido de Altaribus.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod dilecto et fideli nostro Galfrido de Altaribus, qui bene nobis servivit, provideatis in decem libratis terre de escaetis ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit. Teste me ut supra.

Pro Radulfo de Haya.—Rex concessit Radulfo de Haya scutagium suum de feodo duorum militum et dimidii quod tenet de Margareta comitissa Wyntonie et eadem Margareta de domino rege in capite. Et mandatum est vicecomiti Norhamton' quod eidem comitisse pacem inde habere faciat et predicto Radulfo scutagium illud habere faciat. Teste ut supra.

[m. 19.] *Pro mulieribus leprosis de Bradelegh'.*—Dominus rex concessit per cartam suam pro se et heredibus suis mulieribus leprosis de Bradel' et priori et fratribus ejusdem loci quod boscus suus de Bradel' inperpetuum sit quietus de vasto et regardo forestariorum, salva nobis venatione nostra tantum, et quod ipsi licite et sine calumpnia alicujus l acras bruere in eodem manerio in loco qui vocatur Jernefeld' possint frussire, excolere et fossato includere, similiter quietas de regardo inperpetuum. Et mandatum est H. de Nevill' quod predictam cartam legi faciat et predictam concessionem in ea contentam fieri permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xviij die Novembris.

Hibernia. Pro M. Cassellensi archiepiscopo.—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit M. Cassellensi archiepiscopo quod ipse et successores sui habeant unam feriam apud Cassel' duraturam per viij dies; videlicet, in vigilia et in die Sancte Trinitatis et per sex dies proximo sequentes, nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hybernie, quod predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Rex eidem justiciario salutem. Sciatis nos remisisse et quietum clamasse pro nobis et heredibus M. Cassalensi archiepiscopo et successoribus suis contentionem et clamium que ei moveramus super nova villa Cassal'; et concessimus eandem villam cum pertinentiis suis decetero de nobis et heredibus nostris tenendam predicto archiepiscopo et successoribus

1228.

[m. 19.] suis in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ideo vobis mandamus quod predictam cartam coram vobis legi et firmiter teneri faciatis. Teste ut supra.

De civitate Wintonie concessa probis hominibus Wintonie.—Rex vicecomiti Suhamt' salutem. Scias quod concessimus probis hominibus nostris Wintonie civitatem nostram Wintonie, habendam et tenendam in manu sua usque in quinque annos completos a festo Sancti Michaelis anno regni nostri xj° per quater xx^{ti} libras numero singulis annis ad Scaccarium nostrum reddendas. Et ideo tibi precipimus quod de hiis que ad predictam civitatem pertinent, in nullo te intromittas usque ad terminum predictum. Teste ut supra.

Pro J. constabulario Cestrie.—Mandatum est vicecomiti Notingh' quod habere faciat J. constabulario Cestrie scutagium suum de dono regis de feodis viij militum que tenet de comitissa Augi in balliva sua; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Teste rege apud Muntgomery, xiv die Octobris.

Pro Ricardo de Fressingefeld'.—Dominus rex perdonavit Ricardo de Fressingefeld' vij marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito quod J. rex, pater domini regis, ei fecit in Pictavia. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum de predictis vij marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Novembris, anno etc. xiij°.

Pro Rogero le Bigod.—Dominus rex concessit Rogero le Bigod, filio et heredi Hugonis le Bigod, quondam comitis Norf', et carta sua confirmavit quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unam feriam apud manerium suum de Harolveston singulis annis, duraturam per duos dies; videlicet, in vigilia et in die Nativitatis Sancti Johannis Baptiste, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Nevill.—Dominus rex concessit Radulfo de Nevill scutagium suum de feodo j militis quod tenet de comitissa Wyntonie, et ipsa comitissa de rege in capite; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu etc. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod eidem comitisse pacem inde habere faciat et predicto Radulfo scutagium illud habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Novembris.

Pro Willelmo de Vernun.—Rex concessit Willelmo de Vernun scutagium suum de feodo j militis et dimidii quod tenet de H. comite War', et idem comes de rege in capite; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod scutagium illud ei habere faciat et predictum comitem inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

1228.

[m. 19.] *Pro Waltero de Dayvill'.*—Eodem modo scribitur vicecomiti War' pro Waltero de Dayvill' de scutagio de feodo j militis quod tenet de H. comite War'.

Pro decano et capitulo Eboracensibus.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod diem quem ad instantiam venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi concessimus decano et capitulo Eboracensibus usque in unum mensem a die Sancti Hillarii anno etc. xiij°, de quibusdam libertatibus et aliis, sicut continentur in primis litteris nostris quas inde tibi misimus, prorogavimus usque in tres septimanas a die Pasche anno eodem; ita quod omnia tunc sint in eodem statu quo esse precepimus ad diem predictum, videlicet a predicta die Sancti Hillarii in unum mensem. Et ideo tibi precipimus quod predictis decano et capitulo pacem inde habere permittas usque in tres septimanas a predicta die Pasche. Demandam etiam quam facis hominibus ecclesie Eboracensis per summonitionem Scaccarii de ultimo itinere justiciariorum, interim in respectum ponas. Teste rege apud Westmonasterium, xxiv die Novembris, anno regni nostri xiij°.

Eodem modo scribitur justiciariis de banco, hoc excepto, sicut continentur, etc., et demandam, etc. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Baldewino de Ver duas damas in boris foreste de Rokingh' de dono regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Quency.—Rex concessit Rogero de Quency scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery. Et mandatum est vicecomiti Hunt' quod illud ei habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Norhamt', Oxonie.

Pro Hugone Dispensatore.—Rex concessit Hugoni Dispensatore scutagium suum de tribus partibus feodi j militis quod tenet de Nigello de Mubray, et idem Nigellus de rege in capite; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu de Kery. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod illud ei habere faciat, et predictum Nigellum pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

De transgressione perdonanda.—Dominus rex perdonavit, intuitu pietatis, Ricardo le Baker transgressionem per quam captus et detentus est in prisona Wintonie. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod ipsum Ricardum sine dilatione a predicta prisona deliberet et quietum abire permittat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Willelmo de Mariscis.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Signavit nobis Willelmus de Mariscis quod occasione saisine quam de mandato nostro fecistis de manerio de Baliscada, quod idem Willelmus prius tenuit de ballio nostro, dampnificatus est de xv li. quas de eodem manerio recepisse debuit ad festum Sancti Michaelis anno etc. xij°, si idem manerium usque ad terminum prefatum in manu

1228.

[m. 19.] sua extitisset. Et ideo vobis mandamus quod de denariis nostris ad Scaccarium nostrum Dublin' xv li. in recompensationem dampni predicti eidem Willelmo habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv die Novembris.

Hibernia. Pro Hospite Templariorum.—Mandatum est eidem justiciario Hibernie quod, non obstante eo quod Ingelbrictus de Dublin', hospes magistri et fratrum milicie Templi apud Dublin' se transtulit a una domo sua extra portam Sancti Patricii usque ad quandam aliam domum suam extra portam de Kingesgat'; ipsum Ingelbrictum quietum de tallagiis esse faciatis sicut fuit quando mansit in prima domo sua, desicut ipsi magistri et fratres non habent nisi unum hominem ibidem et in uno loco, quem tamquam liberum hospitem suum quietum de tallagiis habere debeant. Teste ut supra.

De vinis deliberandis.—Mandatum est ballivis W. comitis Marescalli de Avreford quod, non obstante arestatione quam Savaricus de Malo Leone fecit de navi Thome Gundewin', sicut fuit in veniendo versus partes de Averford, sine dilatione habere faciant civibus Burdegale vina sua que habent in predicta navi. Teste ut supra.

Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Computate venerabili patri R. quondam Sarisburiensi, et nunc Dunholmensi episcopo in proficuo comitatus Suhamt', anno etc. xij, xliij li. et xvij solidos et duos denarios, quos posuit per preceptum nostrum in custodia castri nostri Wintonie predicto anno regni nostri xij; et xx li. quas posuit per preceptum nostrum in custodia comitatus Suhamt' anno eodem; et sex li. quas posuit per preceptum nostrum in custodia castri nostri Porcestr' anno eodem. Teste ut supra.*

Contrabreve Griffino de Wallia.—Rex vicecomiti Stafford' et Salopie salutem. Precipimus tibi quod de denariis unde respondere debes ad Scaccarium nostrum, facias habere Griffino filio Wennnwin' v m. ad se et homines suos sustentandos de dono nostro. Et computabitur, etc. Teste ut supra.*

Pro Willelmo de Ralegh.—Dominus rex concessit Willelmo de Ralegh clerico custodiam terre et heredis Willelmi Engayne, qui de rege tenuit in capite, et maritagium ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Huntind' quod de terra que fuit ipsius Willelmi in balliva sua et de ipso herede predicto Willelmo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxv die Novembris.

Hibernia. Pro Radulfo de Norwic'.—Dominus rex concessit Radulfo de Norwic' omnes exitus provenientes de episcopatu Imelicensi usque ad Pascha anno etc. xiij°, ad prosequendum pro rege causam que vertitur inter ipsum regem et magistrum Johannem, qui se gerit electum Imelicensem, super electione ejusdem episcopatus. Et mandatur Ricardo

* These two entries are cancelled "quia in rotulo de Liberate."

1228.

[m. 19.] de Burgo justiciario Hibernie quod predictos exitus eidem Radulfo habere permittat usque ad predictum terminum, sicut predictum est; et si quid inde ceperit id ei sine dilatione reddat. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Quia audivimus per inquisitionem quam fieri fecisti per preceptum nostrum et nobis misisti, quod Emma Brun appellat Willelmum Walensem de morte Roscelini de Alesby, quondam viri sui, odio et atia, et non eo quod idem Willelmus de morte ipsius Roscelini culpabilis sit; tibi precipimus quod si idem Willelmus invenerit tibi sex probos et legales homines de comitatu tuo, qui manucapiant eum habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto, tunc ipsum Willelmum tradas in baillis illis sex probis et legalibus hominibus usque ad adventum predictorum justiciariorum. Et habeas ibi nomina illorum sex proborum et legalium hominum, sicut predictum est, et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Novembris.

Pro serviente quodam justiciarii de perdona scutagii.—Dominus rex perdonavit Gileberto Marescallo serviente (*sic*) H. de Burgo, comitis Kancie, justiciarii Anglie, scutagium quod ab eo exigitur de viij bovatis terre quas tenet de feodo tuo in Hovingeham pro exercitu de Kery; scilicet, de scuto duas marcas. Et mandatum est Nigello de Moubray quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Petro Grimbald'.—Dominus rex perdonavit Petro Grimbald' xx marcas quas habuit de prestito ad se sustentandum in servicio domini regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Petrum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De testamento E. Londoniensis episcopi.—Mandatum est magistro H. de Bissopeston quod terras quas E. Londoniensis episcopus cepit ad firmam ad terminum qui non dum preteriit, et quas cepit in manum domini regis occasione predicti episcopatus existentis in custodia sua, reddant (*sic*) executoribus testamenti ipsius episcopi ad testamentum suum perficiendum; et hoc idem mandatum est ei de wardis et perquisitis ipsius episcopi que non tenentur in capite de eodem episcopatu. Teste ut supra.

Pro abbate de Strafford'.—Mandatum est magistro H. de Bissopeston' quod terram et redditum cum pertinentiis in Burgested' quos abbas de Strafford' habuit de dono Willelmi Talebot, et quos E. Londoniensis episcopus cepit in manum suam, eo quod predicti terra et redditus fuerunt de feodo suo et quod feodum illud ingressus fuit sine licentia sua, quos etiam terram et redditum idem magister Henricus cepit in manum domini regis occasione episcopatus Londoniensis vacantis etc. eidem abbati reddi faciat, quia idem episcopus per xv dies ante obitum suum terram et redditum predictum ei restituit. Teste ut supra.

[*Schedule.*] H. Dei gratia etc. baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis nos dedisse et concessisse et carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro H.

1228.

[*Schedule.*] de Burgo, comiti Kancie, justiciario Anglie, totum manerium de Eylesham in comitatu Norf' cum hundredo et aliis pertinentiis suis, et totum manerium de Westhal' in comitatu Suff' cum pertinentiis suis, habenda et tenenda eidem H. et heredibus suis de nobis et heredibus nostris, faciendo inde nobis et heredibus nostris servicium feodi dimidii militis. Pro hac autem donatione et confirmatione idem comes reddidit et quietum nobis clamavit et heredibus nostris de se et heredibus suis manerium de Camel in Sumers', cum feodis militum et omnibus aliis pertinentiis suis, quod habuit de dono domini J. regis patris nostri; et totum manerium de Tichefeld' in comitatu Suhampton' quod fuit Johannis de Gisorz, quod idem H. habuit de dono nostro; et totum jus quod habuit vel habere potuit in Kenynton et Feltham in comitatu Middelsex', sicut carta nostra quam eidem H. comiti Kancie fieri fecimus plenius testatur. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxviij die Novembris, anno regni nostri xiij°.

[m. 18.] *De serjantia quadam.*—Dominus rex concessit Gileberto Blundo quod ipse, toto tempore vite sue, sit serviens regis de comitatubus de Cork et de Kery, et inde cepit homagium ejusdem Gileberti. Et mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod ipsum Gilebertum serjantiam illam sine impedimento habere permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxv die Novembris, anno etc. xiij°.

Hibernia. De custodia terre et heredis Ritheric' filii Kavan'.—Rex, juxta petitionem Ricardi de Burgo, justiciarii Hibernie, quam ei fecit, concessit ei custodiam terre et heredis Ritherich' filii Kavan' cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est eidem justiciario quod in saisinam terrarum et reddituum cum pertinentiis qui fuerunt predicti Ritherich' et ipsum heredem jure hereditario contingunt, se mittat. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Ricardi.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod pro fideli servicio quod Johannes filius Ricardi fecit domino J. regi patri nostro tempore guerre et pro expensis quas fecit eodem tempore in munitione et custodia castri de Lanceveton', perdonavimus eidem Johanni liv li. et iv s. et sex d. qui ab eo exigebantur ad Scaccarium nostrum de pluribus debitis de eodem tempore; perdonavimus etiam eidem Johanni xiv s. qui ab eo exigebantur ad Scaccarium nostrum de eodem tempore de minutis particulis foreste Cornubie dum fuit vicecomes noster Cornubie. Et ideo vobis mandamus quod de predictis liv li. iv s. et vi d. et de xiv s. ipsum Johannem quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Ricardo de Cogan'.—Dominus rex terram de Kilmihanoc quam Galfridus de Mariscis tempore quo fuit justiciarius Hibernie commiserat Ricardo de Cogan', commisit eidem Ricardo ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit etc. Et mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod eidem Ricardo de predicta terra sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1228.

[m. 18.] *Pro uxore Rogeri de la Dune.*—Mandatum est vicecomiti Middels' quod habere faciat Honeste, uxori Rogeri de la Dune, rationabilem sustentationem suam de catallis ipsius Rogeri in balliva sua. Teste rege apud Westmonasterium, xxv die Novembris.

De facienda provisione de busca et carbone.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod provideat domino regi de buscha et carbone sufficienter contra festum Natalis Domini, quod quidem festum dominus rex celebrabit apud Oxoniam, et ea ibidem cariari faciat. Teste ut supra.

De testamento Ricardi de Leveland'.—Rex vicecomiti Kancie, quod faciat habere executoribus testamenti Ricardi de Leveland' omnia blada et catalla que fuerunt ipsius Ricardi ad executionem testamenti sui faciendam, et quod non permittat quod Robertus filius Nicholai, cui concessit custodiam terre et heredis ipsius Ricardi, manum ad ea mittat, et si quid inde amotum fuerit, id reddi faciat; et quod non permittat quod predictus Robertus faciat vastum, venditionem vel donationem de boscis heredis ipsius Ricardi. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij die Novembris.

Pro Odone de Barry.—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit Odoni de Barry quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Meycolpth' singulis septimanis per diem Lune, et quod habeat ibidem inperpetuum unam feriam singulis annis duraturam per quinque dies, videlicet in die Apostolorum Philippi et Jacobi et quatuor diebus sequentibus; nisi etc. Et mandatum est justiciario Hybernie quod predictum mercatum et predictam feriam ei habere faciat. Teste ut supra.

Hibernia. De servicio Hibernie.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hybernie, salutem. Ad peticionem vestram concessimus vobis servicium nostrum Hybernie per xl dies in auxilium firmandi castra in terra nostra Connacii. Et hoc vobis significamus. Teste me ipso ut supra.

Pro episcopo Herefordensi.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus venerabili patri H. Herefordensi episcopo scutagium suum de feodis militum que de nobis tenet in capite, et quod scutagium ab eo exigitis per summonicionem Scaccarii nostri; videlicet, de scuto duas marcas pro exercitu nostro de Kery. Et ideo vobis mandamus quod ipsum episcopum de predicto scutagio quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Novembris.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Dominus rex concessit Radulfo filio Nicholai scutagium suum de feodis militum que tenet de Ysabella comitissa Oxonie et eadem comitissa de rege; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery. Et mandatum est vicecomitibus Bukingham et Oxonie quod eidem comitisse pacem inde habere faciant, et illud eidem Radulfo habere faciant de dono regis.

1228.

[m. 18.] *Pro Pagano de Chaurces.*—Dominus rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Pagano de Chaurces xviij libras quas nobis debuit de secundo scutagio domini J. regis, patris nostri, de feodis suis et de feodis Pagani de Monte Dublelli. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xviij libris ipsum quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo de Trublevill'.—Rex R. de Burgo, etc. Sciatis quod concessimus Radulfo de Trublevill' terram de Balimadun habendam et tenendam quamdiu vixerit ad se sustentandum in servicio nostro. Et ideo vobis mandamus quod eidem Radulfo de terra predicta plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

De demanda ponenda in respectum.—Mandatum est vicecomiti Huntindon' quod demandam, quam facit Reimundo de Burgo pro murdro, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hyllarii anno regni nostri xiij°. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj (*sic*) die Novembris, anno regni nostri xiij°.

Pro Godefrido de Craucumbe.—Dominus rex commisit Godefrido de Craucumbe ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu domino regi placuerit, terram quam Willelmus Aguillun habuit in Amenel et quam cepit in manum domini regis per preceptum domini regis. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicta terra plenam saisinam ei habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro episcopo Cycestrensi.—Rex vicecomiti Sussex' salutem. Scias quod concessimus venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario nostro, quod per manum suam colligi faciat scutagium suum de feodis militum que de eo tenentur, et que idem episcopus de nobis tenet in capite; scilicet, de scuto ij marcas etc. Et mandatum est quod sic colligi permittat.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat R. Dunelmensi episcopo v damas in foresta de Savernak' de dono regis contra festum instantis Nativitatis Domini. Teste rege apud Westmonasterium, x die Decembris.

Mandatum est Willelmo de Horton' quod habere faciat M. de Pateshull' v damas de dono regis in foresta de Rokingham contra instans festum Nativitatis Domini. Teste rege apud Westmonasterium, x die Decembris.

De distringenda uxore Hugonis de Mortuo Mari ad scutagium reddendum.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod non distringat Annoram, que fuit uxor Hugonis de Mortuo Mari, ad dandum scutagium pro exercitu de Kery de terra quam tenet in maritagium in Hamton et de feodo Willelmi de Braos', et averia sua que occasione illa cepit ei sine dilatione deliberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xij die Decembris.

1228.

[m. 18.] *De mercato de Portesm'.*—Rex concessit quod mercatum quod teneri solet apud Portesm' per diem Dominicam, decetero teneatur ibidem per diem Lune, ad crucem versus Portesdun'. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' etc. Teste ut supra.

De capellano qui captus fuit apud Muntgomery.—Rex W. Wigorniensi episcopo salutem. Sciatis quod si capellanum captum apud Muntgumery pro maleficiis, quibus rectatus est, et in carcere nostro detentum, apud Wigorniam recipere velitis ita custodiendum quod nullum dampnum vel maleficium contra pacem nostram per ipsum perpetretur; ita etiam quod eum habeatis coram nobis quando preceperimus, vel coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, sicut haberi consueverunt persone ecclesiastice de maleficiis rectate, tunc precepimus vicecomiti Wigornie quod ipsum vobis ita liberet; et hoc vobis significamus. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod tunc ipsum eidem episcopo liberet, sicut predictum est. Teste eodem.

Pro Ricardo la Veille.—Dominus rex perdonavit Ricardo la Veille scutagium suum quod custos episcopatus Londoniensis ab eo exigit ad opus domini regis per preceptum domini regis pro exercitu de Kery, de v parte feodi unius militis quam idem Ricardus tenet de predicto episcopatu. Et mandatum est predicto custodi quod de predicto scutagio pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

De vinis Amanei Columb.—Mandatum est majori et vicecomiti Lond' quod vina Amanei Colump que de novo applicuerunt et venerunt usque Lond', statim visis literis istis in manum regis capiant et per visum et testimonium legalium hominum et hominis ipsius Amanei, vina illa vendi faciant ad idem forum quo vendi deberent, si essent in manu ipsius Amanei, et denarios inde provenientes salvo custodiri faciant ita quod predictus homo ejusdem Amanei nil inde habeat donec aliud mandatum habuerit. Teste ut supra.

Mandatum est baillivis Suhamt' quod xxx[ta] dolia vini veteris que arestaverunt de vinis ipsius Amanei, per visum et testimonium proborum et legalium hominum et per visum hominis ipsius vendi faciant, et denarios inde provenientes salvo custodiant donec dominus rex aliud inde preceperit. Hominem vero ipsius quem arestaverunt liberari faciant, et permittant abire quo voluerint (*sic*). Teste ut supra.

De roboribus ad rogum faciendum.—Rex forestario et parcario bosci de Havering'. Precipimus vobis quod habere faciatis constabulario Turris Lond' xxx robora in forinseco bosco de Havering' ad rogum quendam faciendum ad operationes predicte Turris Lond'. Et tu, parcari, facias habere eidem constabulario unam quercum in parco de Havering' ad capellam Havering' lambruscandam. Teste ut supra.

De vinis liberandis ad forum regis.—Mandatum est Henrico filio Aucheri, quod de vinis domini regis de prisa, que sunt in custodia sua,

1228.

[m. 18.] faciat habere H. de Burgo vj dolia vini Wasconie et j dolium vini Andegavie ad denarios suos et ad forum nostrum; et R. Cycestrensi episcopo etc. duo dolia vini Wasconie similiter ad denarios suos et ad forum nostrum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat magistro S. de Lucy duas damas in foresta de Axiholt de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiij die Decembris.

Hibernia. De custodiendo archiepiscopatu Dublinensi. Patens.—Dominus rex commisit Roberto Luterel, thesaurario Sancti Patricii Dublin', et Galfrido de Elm', clerico, archiepiscopatum Dublinensem vacantem, custodiendum quamdiu domino regi placuerit. Et mandatur Ricardo de Burgo quod de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad dictum archiepiscopatum pertinentibus, plenam eis sine dilatione saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xiij die Decembris.

Et mandatum est omnibus de predicto archiepiscopatu quod eis sint intendentes et respondentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro R. comite Cornubie.—Rex concessit R. comiti Cornubie, civitatem Exonie et maneria de Kenton', Lifton, et de Wyk' et de Eilricheseot' que I. regina, mater regis, tenuit in dotem in Anglia ad se sustentandum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic faciant inrotulari. Teste ut supra.

Hibernia. Pro priore Sancti Patricii.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod loquelam que est in curia regis apud Dublin' inter Theobaldum Pincernam petentem et Philippum priorem Sancti Patricii de Insula, qui de licentia regis profectus est ad Curiam Romanam pro negociis ecclesie sue, tenentem de una carucata terre cum pertinentiis in Holpatric', ponat in respectum quousque idem prior in partes illas redierit. Teste rege apud Rading', xix die Decembris.

De roboribus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Sarisburiensis, quod habere faciant Thome de Cyrencestr' x robora folia non ferentia in bosco predicti episcopatus prope Shireburn', ad focum suum in castro de Shireburn', de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Clива.—Dominus rex perdonavit abbati de Cliva scutagium feodi j militis quod de rege tenet in capite, et quod scutagium ab eo exigit vicecomes Sumerset' ad opus regis; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu de Kery. Et mandatum est eidem vicecomiti quod pacem ei inde habere permittat. Teste rege apud Rading', xxij die Decembris.

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de terra que fuit Willelmi filii Roberti de Uphaven' in Uphaven', et quam cepit in manum domini regis per preceptum suum occasione custodie

1228.

[m. 18.] quam dominus rex in ea clamat, talem saisinam habere faciat Gileberto Basset qualem inde habuit antequam capta fuit in manum domini regis. Teste me ipso apud Oxoniam, xxv die Decembris.

Pro Huberto Hoese.—Mandatum est ballivo foreste de Graveling quod habere faciat Huberto Hoese* duo robora in eadem foresta ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

De forgiis regis in foresta de Den'.—Mandatum est Rogero de Clifford' quod non permittat tres forgias domini regis itinerare amplius in foresta de Den'. Teste ut supra.

Hibernia. De archiepiscopatu Dublinensi.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod omnes exitus archiepiscopatus Dublinensis quos recepit a tempore quo vacavit per mortem H. quondam Dublinensis archiepiscopi, habere faciat Roberto Luterel et Galfrido de Elm', quibus rex predictum archiepiscopatum commisit custodiendum quamdiu regi placuerit, et eis sit auxilians et consulens ad terras ejusdem archiepiscopi commode excolendas. Teste rege apud Oxoniam, ut supra.

De recipienda quadam femina in prisonam.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Isabella que fuit uxor Roberti de Staunton, quam Stephanus de Thurleby appellat de morte predicti Roberti viri sui, et que offert se poni in prisona regis pro predicto appello, recipiat et eam in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Oxoniam, xxviij die Decembris.

Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsam Isabellam pro eodem recto ad presens in comitatu suo non faciat utlagari. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Nicholai.—Dominus rex perdonavit Roberto filio Nicholai scutagium suum de feodo dimidii militis, quod Margareta filia et heres Ricardi de Leveland', que est in custodia sua de dono regis, tenere debet de archiepiscopo Cantuariensi; scilicet de scuto, duas marcas pro exercitu de Kery. Et mandatum est custodibus archiepiscopatus predicti quod de predicto scutagio pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

De manerio de Basingstok'.—Dominus rex commisit Johanni de Gatesden' manerium de Basingstok' custodiendum quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod de predicto manerio cum pertinentiis plenam ei sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est hominibus de Basingestok' quod eidem Johanni in omnibus, que ad predictum manerium pertinent, intendentes sint et respondentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Henrico Parmenter de London'.—Quia protestatum est coram domino rege quod Henricus le Parmenter de Lond' nimis gravatus fuit

* Corrected from "Pagano de Chaurces."

1228.

[m. 18.] in tallagio ultimo assiso in civitate London', mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod tallagium super eum assisum ita rationabiliter faciant amensurari quod se sentiat alleviatum, et quod nimis inde non gravetur. Teste ut supra.

Pro B. de Insula.—Mandatum est ballivis domini regis de Knarresburg' quod recipiant attornatum Briani de Insula ad curiam suam de Knarreburg' sequendam pro ipso. Teste ut supra.

Pro Petro filio Hereberti.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod habere faciat Petro filio Hereberti scutagium suum de feodis iv militum que tenet de episcopo Wygorniensi in balliva sua de dono regis; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Alani.—Dominus rex concessit Johanni filio Alani quod mercatum, quod ei prius concesserat habendum apud manerium suum de Blancmuster singulis septimanis per diem Jovis, quod quidem postea prohiberi fecimus eo quod, si per diem Jovis teneretur, esset ad nocumentum vicinorum mercatorum, habeat apud predictum manerium singulis septimanis per diem Lune. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod mercatum illud clamari faciat et teneri, sicut predictum est.

Pro Willelmo de Putot.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod occasione mandati regis de communi districtione facienda de scutagio de Kery domino regi reddendo de feodis militum que de eo tenentur in capite in balliva sua, non distringat Willelmum de Putot ad scutagium terre sue de Porbir' reddendum, nisi speciale preceptum domini regis super hoc receperit de scutagio illo alii reddendo. Teste rege apud Oxoniam, xxviij die Octobris.

De tradendo in ballio.—[Si] Paganus forestarius captus et detentus in prisona regis pro morte Henrici Degge, cujus mortem nullus sequitur, invenerit ei bonos et salvos plegios etc. coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsum a prisona deliberet et per plevinam dimittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Warini.—Dominus rex perdonavit Willelmo filio Warini v marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de fine cum rege facto pro habendo quodam mercato apud manerium de Presthemede, quod quidem manerium non habuit. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Willelmo filio Warini v damas in foresta Rokingham de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel'.—Mandatum est vicecomiti War' quod habere faciat Henrico de Aldithel' de dono regis scutagium feodorum j militis et dimidii que Petrus de Monte Forti, qui filiam suam duxit in uxorem, tenet de comite War', scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery in quo fuit etc. Teste ut supra

1228.

[*Schedule.*] Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus et per cartam nostram dedimus H. de Burgo, comiti Kancie, pro homagio et servicio suo manerium de Eylesham cum hundredo et omnibus pertinentiis suis, et manerium de Westhal' cum pertinentiis, habenda et tenenda eidem comiti et heredibus suis de nobis et heredibus nostris in escambium manerii de Camel cum feodis militum et aliis pertinentiis suis, quod idem H. habuit de dono domini J. regis, patris nostri, et quod nobis et heredibus nostris quietum clamavit pro se et heredibus suis, et in escambium manerii de Tychefeld', cum pertinentiis, quod idem H. habuit de dono nostro, et in escambium totius juris quod habuit in manerio de Keninton' et Feltham, que nobis remisit et heredibus nostris pro se et heredibus suis imperpetuum, faciendo nobis pro predictis maneriis de Eylesham et de Westhal' servicium feodi dimidii militis. Et ideo vobis mandamus quod sic irrotulari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx die Novembris.

[m. 17.] *Pro abbate Sancti Judoci.*—Ostensum est regi ex parte abbatis Sancti Judoci quod Johannes filius Alani dissaisivit eum de quadam terra in manerio de Northan', occasione seisine quam dominus rex fecit eidem Johanni de predicto manerio de Northun'; unde significat ei dominus rex quod terram illam eidem abbati restituat; sin autem vicecomes Oxonie seisinam predicte terre eidem abbati habere faciat. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod, nisi idem J. terram illam reddat predicto abbati ad mandatum domini regis, tunc sine dilatione de terra illa seisinam ei habere faciat.

Pro Stephano de Sedgrave.—Dominus rex concessit Stephano de Sedgrave quod ipse et heredes sui habeant singulis annis unam feriam apud manerium suum de Kineton per duos dies duraturam, videlicet in vigilia et in die Apostolorum Petri et Pauli, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti War' quod feriam illam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit [*uxor*] *Roberti de Stanton'.*—Quia Reginaldus Basset, Willelmus de Senekenorth' de comitatu Berk', Willelmus de Scalebroc', Henricus de Kersinton, Adam filius Ormi de comitatu Lanc', Benedictus Kepeharm, Rogerus filius Stephani, Andreas de Covelea, Willelmus filius Walteri, Willelmus filius Nicholai, Ricardus de Dorkecestr' et Ricardus filius Henrici manuceperunt coram nobis habere Isabellam, que fuit uxor Roberti de Staunton', rectatam de morte predicti Roberti, coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes Eboraci venerint ad standum inde recto, tibi precipimus quod ipsam Isabellam occasione illius recti captam et in prisona nostra detentam a prisona illa deliberes. Et habeas ibi hoc breve. Teste ut supra. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod pacem ei interim habere permittat.

De coronatore eligendo in comitatu Leic'.—Mandatum est vicecomiti Leycestr' quod in comitatu Leyc et in presentia Stephani de

1228.

[m 17.] Segrave eligi faciat quendam militem coronatorem in predicto comitatu, loco Willelmi de Martiwas, quem idem S. retinuit in servicio suo de licentia domini regis, et quod placitis corone more debito et solito intendat. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Nicholai.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, ex quo debita Ricardi de Leveland' soluta fuerint de catallis que sua fuerunt, de residuo catallorum habere faciat Roberto filio Nicholai quod ad heredem predicti Ricardi pertinet, et Lucie que fuit uxor ejusdem Ricardi quod ad ipsam inde pertinet, et ad opus predicti defuncti quod ad ipsum pertinet, secundum consuetudinem comitatus Kancie. Teste ut supra.

Pro hominibus de Berewic'.—Rex baillivo Theobaldi Crespin de Chaugrave salutem. Quia constat nobis quod cederet domino vestro in dampnum et detrimentum et firma ville de Berewic decresceret, si homines ejusdem ville dimittant instaurum quod est in manibus eorum et illud reddant predicto domino vestro, tibi precipimus quod super demanda quam ex parte domini tui facis predictis hominibus de instauro illo reddendo, eis pacem habere permittas; voluimus enim quod instaurum illud eodem modo teneant quo illud tenuerunt quamdiu fuerunt in manu nostra. Teste ut supra.

De compoto forgiarum de foresta de Den'.—Rex Hugoni de Kinardesl', Ricardo Ingan, Ricardo de Westbir', et Willelmo de Northenedon', salutem. Precipimus vobis quod sitis coram baronibus nostris de Scaccario apud Westmonasterium in octabis Sancti Hillarii cum omnibus denariis de exitibus forgiarum foreste nostre de Den' qui extiterunt in custodia vestra, parati et instructi reddere compotum vestrum de toto tempore quo custodiam predictarum forgiarum habuistis. Teste ut supra.

Postea datus fuit eis dies a die Purificationis Beate Marie in xv dies de eodem compoto reddendo.

De c et v li. quas H. cancellarius Londoniensis et archidiaconus Salopie receperunt ad eundum versus curiam Romanam.—Mandatum est H. cancellario Londoniensi et archidiacono Salopie quod c et v li. quas ad expensas suas receperent versus curiam Romanam, liberent Henrico filio Ancheri, constabulario Turris Lond'. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Henrico quod illos denarios recipiat, et c li. ex eisdem liberet L. decano Sancti Martini Lond', et c s. reservet donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De roboribus datis—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat priori et fratribus hospitalis Sancti Johannis, Brackel', tria vetera robora folia non ferentia in foresta de Selveston' ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

1229.

[m. 17.] *Quod H. filius Aucheri intersit solutionibus denariorum.*—Mandatum est Henrico filio Aucheri etc. quod singulis solutionibus denariorum regis, qui sunt in custodia sua in predicta Turri, que fient per preceptum regis, decetero intersit et solutiones easdem prout decetero fient, distincte et aperte faciat inrotulari; ut regi inde plene possit certificare. Teste rege apud Wudestok', v die Januarii.

Pro comite Cestrie.—Mandatum est vicecomiti War' quod de custodia terrarum quas Robertus de Hardredeshull' tenuit de comite Cestrie per servicium militare,* et quam cepit in manum domini regis occasione terrarum quas tenuit de rege per unum spervarium mutarium, ut ipse comes dicit, predicto comiti plenam saisinam habere faciat, donec habito cum ipso comite colloquio et viso ad quem predicta custodia pertineat, rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Wudestok', viij die Januarii.

Pro W. Wigorniensi episcopo.—Dominus rex perdonavit W. Wygorniensi episcopo xx marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro amerciamentis unde amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus apud Wigorniam in quadam assisa nove disseisine. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xx marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Wudestok', viij die Januarii.

Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod de predictis xx marcis pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

De bremnis datis.—Mandatum est constabulario de Kenilleworth' quod habere faciat Radulfo filio Nicholai c bresnas in vivario de Kenill' ponendas in vivario suo de Stratton' de dono regis. Teste ut supra.

De vinis regis vendendis.—Mandatum est majori et ballivis Linc' quod sex dolia vini regis que sunt in villa Linc', per visum et testimonium legalium hominum vendi faciant, et liberent denarios inde provenientes Johanni de Colemere et Russello de Sancto Maxentio ad nundinas Sancti Ivonis proximo futuras anno etc. xiij. Teste rege apud Wudestok', viij die Januarii.

Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod sit in auxilium Johanni de Colemere et Russello de Sancto Maxentio, quos rex ad partes illas mittit ad vina que sunt apud Norhamt', Selveston', Geytinton', Rokingh' et Clive vendenda et commodum regis inde faciendum. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Albo Monasterio.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Reginaldo de Blancmuster, ad opus Reginaldi filii sui infirmi, unum cheverellum in foresta de Severnac de dono regis.

Pro Willelmo Amanei Columb de Burdegala.—Willelmus Reymundi Columb, civis Burdegale, manucepit coram rege quod ipse satisfaciet S. de Malo Leone super debitis que exigit de Amaneo Columb', fratre predicti Willelmi, occasione quorum debitorum rex precepit vina ipsius Amanei

* Corrected from "de rege per servicium unius spervarii mutarii."

1229.

[m. 17.] tunc inventa in villa sua capi in manum regis, et per visum hominis ipsius Amanei vendi et denarios inde provenientes salvo custodiri donec aliud inde preciperet. Et mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod omnia vina predicta que nondum vendita sunt, similiter cum omnibus denariis de vinis venditis, liberent ipsi Willelmo ad opus ipsius Amanei fratris sui. Teste rege apud Waling', xj die Januarii.

Eodem modo scribitur ballivis Suhamt'.

Hibernia. Pro Ricardo Carbonel.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Quia sub testimonio vestro et aliorum fidelium nostrorum fidedignorum didicimus quod Ricardus Carbonel bene et fideliter domino J. regi, patri nostro, et nobis servivit, vobis mandamus quod in x libratis terre de escaetis ei provideatis ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit. Teste me ipso apud Waling', xj die Januarii.

De prisone capellano.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod Willelmum de Pulton', capellanum, qui est in prisona regis apud Wigorniam, sub salvo conductu vicecomiti Salopie mitti faciat, cui rex precepit quod ipsum ab eo recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Salopie quod ipsum recipiat, etc.

Pro Roberto Blundo, nuntio regis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod habere faciat Roberto Blundo, nuntio regis, liberationem trium obolorum quam percipere solebat in die per manum vicecomitis Glouc' de elemosina regis, sicut eam percipere consuevit ante prohibitionem regis quam fieri fecit ne eam reciperet. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao parvo.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod denarios quos Nicholaus parvus percipere debet annuatim ad Scaccarium Dublin' de quadam terra de Korkenebesky, que est in Thodmund', eidem de tempore quo ipse fuit justiciarius Hibernie et quamdiu erit, singulis annis habere faciat; significet etiam regi per literas suas quantum eidem Nicholao a retro est de eisdem denariis de tempore quo G. de Mariscis fuit justiciarius Hibernie. Teste rege apud Windles', xv die Januarii.

De eligendo coronatore in comitatu Hereford'.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus eligi faciat de legalioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus, loco Rogeri Pichard coronatoris regis, unum coronatorem qui majoris et provectioris sit etatis, et qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat et conservet, una cum sociis suis coronatoribus nostris ejusdem comitatus, ea que ad coronam nostram pertinent in eodem comitatu; et talem eum eligi facias (*sic*) qui sciat et velit ad hoc intendere. Teste rege apud Windles', xvj die Januarii.

De tradendo in ballio.—Amfridus filius Arthuri, quem Elyas filius Oberti piscatoris appellat de morte Galfridi Scrop, habet literas vicecomiti Eboraci directas quod si ipse posuerit se in prisonam regis et invenerit ei xij liberos et legales homines de comitatu illo qui manucapiant habere eum

1229.

[m. 17.] coram justiciariis ad primam assisam, tunc tradat eum in ballium illis xij etc., sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro buscha data.—Mandatum est Jordano forestario quod habere faciat pauperibus hominibus de Odiham xx carectatas busche in boscho de Witmundesl' de spinis arables (*sic*) et branchiis de dono regis ad focum suum. Teste ut supra.

Pro Willelmo Blaungernun.—Rex commisit Willelmo Blangernun x libratas terre cum pertinentiis in soca de Graham, que fuerunt Willelmi Malcunduit Normanni, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ei inde plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij die Januarii.

De vinis deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod vina Petri Chincin et Petri Coifer et Forti de Noiland', burgensium nostrorum de Burdegala, arestata apud Suhamt' occasione mortis Elye Wyger, qui nuper ibidem interfectus fuit, deliberari faciat et eos inde pro voluntate sua disponere permittat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Reginaldo de Bernevall'. — Rex R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Sciatis quod terram, quam Reginaldus de Bernevall' habuit de ballio nostro in Drumelac et Treneur', et quam cepistis in manum nostram occasione precepti quod vobis fecimus de omnibus dominicis nostris capiendis in manum nostram, reddidimus eidem Reginaldo donec ei providerimus in escaetis vel aliis terris ad valentiam predictarum terrarum ad ipsum sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod de predictis terris cum omnibus rebus et catallis in eis inventis quando in manum nostram capta fuerunt, ipsi Reginaldo sine dilatione plenam seisinam habere faciatis, et omnia que de predictis terris cepistis, tam in redditibus quam aliis, ei plene restituatis; ipsum et homines suos et omnia sua taliter manutenentes et custodientes quod a nullo ei injuriam vel molestiam inferri permittatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiv die Januarii.

Pro Ricardo de Fresingefeld'.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Ricardo de Fresingefeld' j marcam unde amerciatus fuit coram M. de Pateshull' et sociis suis, justiciariis nostris ultimo itinerantibus apud Norwich pro defalta, eo quod idem Ricardus tempore illo fuit in servicio nostro in castro nostro Dovr' per preceptum nostrum. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Cecilia que fuit uxor Rogeri filii Alvredi.—Mandatum est Bertramo de Crioil et Alano Poinant, quod permittant Ceciliam que fuit uxor Rogeri filii Alvredi quondam servienti* Beati Thome Martiris, pacem habere de tallagio quod ab ea exigunt de terra sua de Otteford',

* Corrected from "pincerne."

1229.

[m. 17.] quam idem Beatus Martir Thomas eidem Rogero contulit per cartam suam quam ei inde fecit. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis Suhamt' quod navem Godefridi Skele de Winchel', quam arestari fecerunt occasione mortis Elye Wiger de Burdegala, eidem Godefrido deliberari faciant cum omnibus catallis suis et frecto ejusdem navis, ituram quo voluerit. Teste rege apud Westmonasterium, xxiv die Januarii.

Pro Thoma de Haya.—Rex commisit Thome de Haya x libratas terre cum pertinentiis in Ixning, que fuerunt comitis Bolonie, et quas Robertus de Dammartin' postea tenuit ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod ei inde plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Putot.—Rex commisit Willelmo de Putot terram illam cum pertinentiis in Amenel que fuit Johannis le Bret, Normanni, et quam Thomas de Cormoill' postea tenuit per W. comitem Sarisburie, de cujus feodo terra illa fuit, ad se sustentandum quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem Willelmo de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Dive.—Dominus rex reddidit Willelmo de Dive, qui plene etatis est, terram suam que est de feodo Rogeri de Thorpel, et que extitit in manu regis occasione predicti Rogeri de Thorpel infra etatem existentis, qui de rege tenet in capite. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Willelmo de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Freavill'.—Bene placet domino regi quod Johannes de Freanvill' rehabeat terram suam quam prius habuit et de comitissa Augi tenuit in Anglia. Ita tamen quod idem Johannes [veniat] ad regem ex quo saisinam suam habuerit, et regi faciat quod inde fuerit faciendum. Et mandatum est predicte comitisse quod eundem Johannem ad hoc faciendum ad regem venire faciat.

Pro Walerando Teutonico.—Mandatum est Willelmo de Coigneres quod in foresta Windles' faciat habere Walerando Theutonico x carectatas busche ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

Pro monachis Sancte Trinitatis Kantuarie.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de villa et portu de Sandwic', quos cepit in manum regis per preceptum suum, talem saisinam faciat habere priori et monachis Sancte Trinitatis, Cantuarie, qualem inde habuerunt antequam capti fuerunt in manum regis. Ita tamen quod ipsi de singulis doliis vini venientibus in portum illum non capiant nisi duos denarios ubi quatuor prius capere consueverunt, donec inquisito plenius si plus inde ex consuetudine percipere debeant, aliud inde a rege habuerint mandatum. Teste ut supra.

1229.
[m. 16.]

De damis datis.—Mandatum est Hasculfo de Athelaston' quod habere faciat Willelmo de Cantilup' quatuor damas in foresta de Salvee de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij die Januarii.

Hibernia. Pro Ricardo de Cornere. — Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod omnes loquelas que moventur et quas moveri contigerit versus Ricardum de la Cornere, clericum, in Hibernia, postquam ultimo iter arripuit veniendi ad regem in Angliam, et que prius mota (*sic*) non fuerunt, ponat in respectum usque ad festum Sancti Petri ad Vincula anno etc. xiij°. Teste ut supra.

De cessione prioris de Christeschirch.—Rex canonicis de Christeschirch' salutem. Domus vestre indempnitati providere cupientes, mandavimus magistro A. de Stok', officiali domini Wintoniensis episcopi, quod in propria persona ad domum vestram secreto accedat et priorem vestrum requirat, utrum gratis, sicut nobis significavistis, cedere voluerit, et tunc resignationem ejus admittat, et statim ex parte nostra licentiam vobis eligendi concedat. Ita quod eodem die quo vel sequenti ante recessum suum vestra fiat electio, et incontinenti electum vestrum sub testimonio literarum suarum et comitatu aliquot de vobis ad nos mittat, in quem regium benigne adhibebimus favorem. Et hoc vobis duximus significandum. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij die Januarii.

Rex magistro Alano de Stok', officiali domini Wintoniensi episcopi, salutem. Significaverunt nobis canonici de Christeschirch' quod cum prior eorum ad regimen domus sue minus sit sufficiens, et ipsi ad cessionem ejusdem prioris, qui gratis et sponte cederet, in idonea persona et sufficienti ad laborem illum sibi providerent, timent sibi quod, si cessio ejusdem prioris ad notitiam S. de Malo Leone perveniret, ipse bona domus sue dilapidaret et distraheret occasione custodie quam de ballio nostro habet de terris que fuerunt comitis de Insula. Cupientes igitur indempnitati dicte domus providere, vobis mandamus quod in propria persona vestra ad dictam domum accedatis et ipsum priorem super hoc conveniatis, qui si in manum vestram dictum prioratum voluerit resignare, confestim ex parte nostra predictis canonicis licentiam concedatis priorem sibi eligendi. Ita quod si fieri possit eodem die vel sequenti ante recessum vestrum ipsa celebretur, et statim eundem electum sub testimonio literarum vestrarum et comitatu aliquot de concanonicis suis ad nos mittatis, in quem nostrum benigne prebebimus assensum. Teste ut supra.

De licentia eligendi Menevensem episcopum.—Rex dedit capitulo Menevensi licentiam eligendi sibi episcopum et pastorem. Et mandatum est ballivis de Kermerdin' et de Cardigan' quod omnes redditus et exitus provenientes de predicto episcopatu a tempore quo idem episcopatus vacare cepit, salvo custodiant ad opus regis, et benigne tractent homines ejusdem episcopatus quamdiu fuerint in manu regis, et permittant executores testamenti G. quondam Menevensis episcopi liberam habere disposicionem de omnibus catallis ipsius defuncti ad executiontem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

1229.

[m. 16.] *Hibernia. Pro priore Sancte Trinitatis Dublin'.*—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Datum est nobis intelligi quod xx solidi quos Vincentius Mainwrench' reddit ad Scaccarium nostrum Dublin' de domo Willelmi de Kilmeynan, sunt escaeta nostra et non pertinent ad firmam ville nostre Dublin'; quos quidem xx solidos concessimus priori Sancte Trinitatis Dublin', quamdiu nobis placuerit, pro xl solidatis redditus, quas dicit se amisisse in firmatione castri nostri Dublin'. Et ideo vobis mandamus quod predictos xx solidos predicto priori habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao Parvo.—Rex concessit Nicholao Parvo quod habeat singulis septimanis per diem Jovis unum mercatum apud manerium suum de Ratkenny, et singulis annis unam feriam apud manerium suum de Dunboyny per v dies duraturam; videlicet, in vigilia Sancti Petri ad Vincula et ipso die et per tres dies sequentes; nisi mercatum illud et feria sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et feriarum. Concessit etiam eidem Nicholao dominus rex quod habeat warennam in dominico suo apud manerium suum de Admolinger. Et mandatum est justiciario Hibernie quod eidem Nicholao predictum mercatum et predictam feriam et predictam warennam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro magistro Waltero le Deveneis.—Rex concessit magistro Waltero le Deveneis, medico H. de Burgo, etc. terram que fuit Rogeri de Mirabel in Skiledon', qui tenuit de rege in capite per serjantiam et qui fugit pro morte hominis, unde rectatus fuit coram Thoma de Muleton' et Roberto de Lexinton' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Devonie; quam quidem terram rex prius commiserat Ade Sturmy. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod de predicta terra cum pertinentiis eidem magistro Waltero plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lucy.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod de xxv marcis quas Galfridus de Lucy nobis reddere debuit ad Scaccarium nostrum hoc anno regni nostri xiij de debitis, que nobis debet, concessimus ei quietantiam pro custodia castri nostri de Porecestr' ejusdem anni. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xxv m̃. ipsum quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Theobaldo de Belhus.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod habere faciat de dono domini regis Theobaldo de Belhus scutagium suum de feodo j militis, quod tenet de domino rege de baillio suo in baillia sua; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery in quo fuit per preceptum domini regis. Teste ut supra.

Dominus rex adhibuit assensum et favorem electioni facte de fratre Matheo de Bray quondam priore Leic' in abbatem Leic'. Et mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod ei de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad eandem abbatiam pertinentibus sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Strafford', xxix die Januarii.

1229.

[m. 16.] Eodem modo scribitur vicecomitibus Norhamt', Bedeford' et Buk', Suhamt', Dereb' et Lanc'.

De tradendo in baillio.—Quia justiciarii qui ultimo itineraverunt in comitatu Suff' coram rege, testificati fuerunt quod Basilia de Blyburg', de cujus morte Willelmus de Blikeling' rectatus fuit, et pro quo recto idem Willelmus sponte se posuit in prisona regis apud Lond', interfecta fuit per infortunium; mandatum est vicecomiti Suff' quod si ipse Willelmus invenerit ei xij liberos et legales de comitatu suo qui eum voluerint plegiare ad standum inde recto coram justiciariis ad primam assisam etc. si quis inde versus eum loqui voluerit, tunc eum per plevinam ipsorum xij dimittat. Et quia eidem Willelmo remisit rex et perdonavit sectam de morte illa, mandatum est eidem vicecomiti quod ipsum ad comitatum suum ea occasione non interroget. Teste rege apud Strafford', xxx die Januarii.

Pro Waltero Boistard'.—Dominus rex de elemosinis constitutis, quas barones de Scaccario ceperunt in manum regis per preceptum suum, concessit Waltero Boistard' singulis diebus unum denarium, et similiter Johanne uxori ejus singulis diebus unum denarium. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod denarios illos eidem Waltero et Johanne assignent percipiendos ubi competentius id decreverint faciendum. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Lydenestan'.—Rex dilecto et fideli suo H. de Nevill' salutem. Mandamus vobis quod si Radulfus de Lydenestan', captus et detentus in prisona nostra apud Norhampt' pro transgressione foreste nostre, invenerit vobis salvos plegios qui eum manucapiant ad habendum eum coram vobis ad placita foreste ad standum recto de recto foreste unde rectatus est, tunc ipsum Radulfum per plevinam dimittatis et a prisona nostra deliberari faciatis. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Reginaldi.—Rex vicecomiti Norh' salutem. Supplicavit nobis dilectus et fidelis noster Radulfus filius Reginaldi ut quandam viam, que jacet inter duo tofta in Pokbrok ad grave nocumentum suum, licite divertere posset versus orientalem partem toftorum predictorum, asserens hoc non esse ad dampnum vel nocumentum ville predicte vel parcium vicinarum. Et ideo tibi precipimus quod assumtis tecum probis et legalibus hominibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad dictum locum et videas diligenter utrum predicta via sit ad manifestum dampnum et nocumentum ville ejusdem et parcium vicinarum diverti possit (*sic*), sicut predictum est; et tunc licenciam ei concedas ex parte nostra ipsam ita divertendi Teste rege apud Wauth', iij die Februarii.

Pro Ricardo de Belhus de perdonatione j marce.—H. Dei gratia etc. vicecomiti Norf' etc. Scias quod perdonavimus Ricardo de Belhus' unam marcam unde amerciatus fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu tuo, eo quod non venit coram eisdem justiciariis ad communem summonitionem in itinere eorum factam. Et ideo tibi precipimus quod ipsum Ricardum de predicta marca pacem habere permittas. Teste etc.

1229.

[m. 16.] *Pro monialibus de Cestrehunt'.*—H. etc. vicecomiti Surr' etc. Precipimus tibi quod permittas moniales de Cestrehunt' pacifice tenere unam virgatam terre cum pertinentiis in Feltham, quam habent de dono Willelmi de Ripar', et quam dilectus et fidelis noster H. de Burgo, comes Kancie, justiciarius noster, per cartam suam eis confirmavit, villa illa existente in manu sua; quam quidem ut dicunt cepisti in manum nostram occasione manerii de Keneton', in manu nostra existentis. Teste me ipso etc.

Pro Nicholao de Molis.—Rex custodibus episcopatus Eliensis salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis dilecto et fideli nostro Nicholao de Molis sex fagos ad maeremium in parco de Hathfeld' de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Hugone de Barentin'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem unius denarii quam Hugo de Barentin' percipere solebat singulis diebus per manum vicecomitis Canteb', et liberationem unius denarii quam idem Hugo percipere solebat singulis diebus per manus ballivorum nostrorum Waling', ei habere faciant sicut percipere consuevit, non obstante prohibicione quam fecimus ne amplius liberationem illam perciperet. Teste ut supra.

Pro Warino de Jernem'.—Dominus rex de quatuor lī. quas Simon filius Ricardi solebat singulis annis reddere Waleranno de Bigar, Normanno, pro una carucata terre cum pertinentiis in Buegeton' quamdiu idem Waleramnus permansit in fide et obsequio regis, et quas justiciarii qui ultimo itineraverunt in comitatu Suff' ceperunt in manum domini regis, concessit Warino de Jernem' percipiendas per annum, sicut predictus Waleramnus eas percipere consuevit, quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictas iiij lī. annuas ei habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, iiij die Februarii, anno etc. xiij°.

Hibernia. Pro Hugone de Tywe.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hybernie, salutem. Sciatis quod tenemur Hugoni de Tywe in annuo feodo decem librarum quas ei concessimus ad se sustentandum in servicio nostro donec ei providerimus in terra aliqua vel excaeta ad valenciam ejusdem feodi. Et ideo vobis mandamus quod, cum idem Hugo tam domino J. regi, patri nostro, quam nobis bene et fideliter servierit, ipsum penes vos in servicio nostro retineatis, et predictum feodum decem librarum de denariis nostris ad Scaccarium nostrum Dublin' ei habere faciatis; videlicet, ad Scaccarium Pasche centum solidos et ad Scaccarium Sancti Michaelis centum solidos, donec per consilium vestrum in escaeta vel alibi in terra de Connoc, cum melius assecurata et [illegible] fuerit, ei providerimus, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Radulfo Germun de escapio cujusdam [illegible].—Rex vicecomiti Derby salutem. Precipimus tibi quod de escapio Agnetis de Baukewell' quam ballivi Radulfi German ceperunt pro latrocinio, et que evasit a

1229.

[m. 16.] prisona ipsius Radulfi, pacem ei habere permittas usque ad proximum adventum justiciariorum nostrorum in partes illas, ut per eosdem discernatur ad quem escapium illud de jure pertineat. Et habeas ibi hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Februarii.

Pro Matheo filio Hereberti de perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario. Sciatis quod perdonavimus Matheo filio Hereberti demandam quam ei faciatis de proficuo comitatus Susex', quod ab eo exigitis de tempore quo fuit vicecomes Susex'. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Dammartin'.—Dominus rex perdonavit Thome de Dammartin' scutagium suum de duabus partibus feodi j militis quod tenet in capite de honore Bolonie; videlicet, de scuto ij m̃. pro exercitu de Kery. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eidem Thome de predicto scutagio pacem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Februarii.

Pro Randulfo de Hurle.—Dominus rex perdonavit Randulfo de Hurle catalla et instaura que idem Rannulfus recepit cum quadam terra quam habuit de ballio J. regis in manerio de Norton'; que quidem catalla et instaura dominus rex ab eo exegit de tempore predicti regis, J. patris sui. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de demanda predictorum catallorum et instaurorum eidem Rannulfo pacem habere permittat. Teste ut supra.

De amovendis servientibus qui vocantur Gritserjanz.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod servientes domini regis de comitatu suo qui dicuntur Gritserjant, amoveri faciat, ita quod decetero nullus talis serviens in comitatu suo [sit] donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De admittendis servientibus in castro Bristoll'.—Rex R. de Wiliton', constabulario Bristolli, salutem. Mittimus ad vos Radulfum Blundum, Petrum Blundum, Henricum de Capella et Willelmum filium Warini, servientes nostros, moraturos vobiscum in castro nostro Bristolli. Et ideo vobis mandamus quod eos ad hoc admittatis. Teste ut supra.

De feria Leic' mutata.—Dominus rex concessit per cartam suam probis hominibus Leic' quod feria illa que singulis annis teneri solet apud Leic' per xv dies; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Beati Petri ad Vincula, et per xij dies proximo sequentes, decetero teneatur ibidem per totidem dies; videlicet, in crastino Purificationis Beate Marie et per xiij dies proximo sequentes, nisi feria illa sit ad nocumentum etc. Et mandatum est [vicecomiti] Leic' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et predictam feriam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et mandatum est custodibus nundinarum Stanford', Sancti Botulfi, et Sancti Ivonis quod in feriis suis predictam feriam clamari faciant. Teste ut supra.

1229.

[m. 16.] *De feria tenenda annuatim extra Turrim Lond'.*—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod volumus quod una feria decetero teneatur singulis annis apud Estsmethefeld' extra Turrim nostram Lond' per xv dies; videlicet, a vigilia Pentecostes usque ad octabas Sancte Trinitatis. Et ideo tibi precipimus quod predictam feriam per totam bailliam tuam clamari facias, sicut predictum est, scire faciens omnibus mercatoribus baillie tue quod secure ad feriam illam veniant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc', Kancie, Wigornie, Eboraci, Norf' et Suff', Norhamt', majori et vicecomitibus Lond'.

[m. 15.] *Pro Roberto de Tatteshal'.*—Dominus rex concessit Roberto de Tatteshal' scutagium suum de feodo unius militis quod tenet de R. Dunholmensi episcopo et idem episcopus de rege in capite; videlicet, de scuto ij m̃. pro exercitu de Kery. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod tam ipsum Robertum quam predictum episcopum de scutagio illo pacem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xiij die Februarii.

De ponenda loquela in respectum.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter Willelmum de Strumeshal' petentem, et Reginaldum de Meuton', qui profectus est ad Curiam Romanam, tenentem, de xviij acras terre in Birningeh', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancte Trinitatis, anno etc. xiij°. Teste ut supra.

Pro Maria uxore Johannis le Cincter.—Mandatum est vicecomiti War' quod plenam saisinam habere faciat Marie uxori Johannis filii Johannis le Cincter de una virgata terre in Sturton', que est maritagium ipsius Marie, sicut per inquisitionem inde factam accepit rex, et quam in manum suam idem rex capi precepit, similiter cum terra que fuit ipsius Johannis de hereditate sua, occasione fuge quam fecit pro morte Walteri filii Fulconis quem interfecit. Teste rege apud Westmonasterium, xij die Februarii.

Pro abbate Sancti Albani.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod de baronia abbatis Sancti Albani et libertatibus suis quas cepit in manum domini regis, talem saisinam ei habere faciat qualem inde habuit antequam capte fuerunt in manum nostram per preceptum domini regis. Teste ut supra.

Pro Johanne comite Huntindon'.—Mandatum est vicecomiti Huntind' quod de terris J. comitis Huntindon' in baillia sua, quas cepit in manum domini regis, talem saisinam ei habere faciat qualem inde habuit antequam capte fuerunt in manum domini regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norhamt' de terris ipsius in baillia sua.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat comiti W. Marescallo xx damas in foresta de Clarendon' ad parcum suum de Hamsted' instaurandum. Teste ut supra.

1229.

[m. 15.] *Pro comite Marescallo.*—Dominus rex concessit eidem comiti scutagium suum de feodo unius militis quod tenet de episcopo Wintoniensi et idem episcopus de rege in capite. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod tam ipsum comitem quam ipsum episcopum de scutagio illo pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Henrico filio Geroldi.—Dominus rex concessit per cartam suam Henrico filio Geroldi quod ipse et heredes sui habeant imperpetuum unum mercatum apud manerium suum de Camelton' in loco qui vocatur Shipford', singulis septimanis per diem Veneris, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Bedef' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et predictum mercatum clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro S. de Malo Leone de bobus de saisina.—Rex vicecomiti Suhamt' salutem. Constat nobis per inquisicionem, quam nobis misisti, quod temporibus H. regis, avi nostri, et R. regis, avunculi nostri, et domini J. regis, patris nostri, nunquam vicecomites Suhamt' boves ceperunt pro dissaisina in Insula de Wict' in itinere justiciariorum ad opus ipsorum regum, set ad opus comitis de Insula semper capi consueverunt, et quod nunquam temporibus predictorum regum in predicta insula coronatores exstiterunt. Et ideo tibi precipimus quod si quos boves cepisti pro dissaisina in predicta insula, eos dilecto et fideli nostro S. de Malo Leone, cui custodiam ejusdem insule commisimus, sine dilatione reddi facias; et coronatores ibidem esse non permittas. Teste ut supra.

Pro Rogero de Queney.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, non obstante mandato domini regis ei facto de terra Rogeri de Queney in balliva sua capienda in manum domini regis, plenam sine dilatione eidem Rogero de predicta terra saisinam habere faciat. Et si quid inde ceperis (*sic*), id ei sine dilatione reddi facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cumbrie

De furchis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Ricardo filio Henrici filii Ancheri, duas furchas in Nova Foresta ad se hospitandum, de dono domini regis. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Februarii.

De prisis allecis non capienda (*sic*).—Rex constabulario Novi Castri super Tinam salutem. Scias quod protestatum est coram nobis a dilectis et fidelibus nostris Willelmo de Insula et Willelmo de Eboraco, qui fuerunt justiciarii nostri itinerantes in partibus Norhumberl', quod prisa allecis que capi consuevit de batellis et navibus venientibus cum allece apud Novum Castrum, videlicet de quolibet batello et nave centum allecia, in nullo cedit ad commodum ad opus nostrum (*sic*), nec pertinet ad custodiam predicti castri nostri. Et ideo tibi precipimus quod hujusmodi prisam ibidem decetero non capias nec capi permittas. Teste ut supra.

Pro Rogero de Leiburn.—Rex Hamoni de Heref', Judeo, salutem. Scias quod lxxiij li. et x s. quos Rogerus de Leiburn' tibi debet per plegium

1229.

[m. 15.] Johannis de Baalun et Pagani de Burghull', concessimus ei quod reddat tibi infra duos annos; videlicet, ad Pascha proximo futurum anno etc. xiij°, xx lī. et ad festum Sancti Michaelis proximo sequens xviij lī. et viij s̄. et ad Pascha proximo sequens anno etc. xiiij°, xiij lī. et viij s̄. et ad festum Sancti Michaelis proximo sequens xiij lī. et viij s̄. et ad Pascha proximo sequens anno etc. xv°, xiij lī. et viij s̄. Ita quod decetero nullum lucrum de predicta pecunia capias quamdiu predictus Rogerus terminos predictos servaverit. Et ideo tibi precipimus quod de predicta peccunia tibi reddenda ipsi Rogero terminos memoratos habere facias, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Februarii.

Pro priore de Bromholm'.—Dominus rex concessit per cartam suam priori et monachis Sancti Andree de Bromholm' quod ipsi et successores eorum habeant et teneant imperpetuum singulis annis unam feriam apud Bromholm', duraturam per tres dies, videlicet in die Exaltationis Sancte Crucis et per duos dies proximo sequentes; et quod habeant ibidem unum mercatum singulis septimanis per diem Lune, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et predictam feriam et predictum mercatum per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De binis denariis capiendis apud Sandwic' de singulis doliis vini.—Rex majori et juratis et commune Burdegale salutem. Sciatis quod ad instantiam dilectorum et fidelium nostrorum H. de Trublevill', seneschalli nostri Wasconie, et Bernardi de Acr' et Bonefacii Byger, concivium vestrorum, precepimus quod de singulis doliis vini venientibus ad portum de Sandwic', de quibus capi consueverunt quatuor denarii, decetero tantum duo capiantur. Injunximus etiam omnibus ballivis nostris, tam partium illarum quam aliarum, quod venientibus vobis in terram nostram nullum impedimentum vel gravamen inferant. Immo vos tanquam fidelissimos homines nostros quos merito habemus plurimum commendatos, custodiant et defendant et cum omni mansuetudine et benignitate tractent. Hoc igitur fidelitati vestre duximus significandum. Teste rege apud Mortelak', xv die Februarii.

Eodem modo scribitur majori et juratis et commune Baione, hoc excepto, "ad instantiam etc."

Rex vicecomiti Salopie salutem. Scias quod de tallagio ultimo assiso per preceptum nostrum in villa de Brug' ad opus nostrum, perdonavimus hominibus ejusdem ville decem marcas. Et ideo tibi precipimus quod predictum tallagium sic amensurari facias, ita quod pauperes homines nimis non graventur. Teste rege apud Westmonasterium, xvij die Februarii.

Pro Johanne filio Galfridi de Depeden' et Walden'.—Rex Hugoni de Bibbesworth', Humfrido de la Rokel', Myloni de Sumery et Ernaldo de Sumery salutem. Quia executores testamenti S. quondam Cantuariensis archiepiscopi non debent percipere de maneriis de Walden' et Diepeden' nisi centum libras per annum ad executionem testamenti ipsius archiepis-

1229.

[m. 15.] copi, sicut ipse archiepiscopus in vita sua percipere consuevit, vobis mandamus quod salva eisdem executoribus portione quam percipiunt de manerio de Depeden' ad predictas centum libras perficiendas una cum manerio de Waleden', de omnibus exitibus provenientibus de predicto manerio de Depeden' ultra portionem predictam, Johanni filio Galfridi sitis intendentes et respondentes, sicut fuistis in vita predicti archiepiscopi per preceptum nostrum. Teste rege apud Westmonasterium, xiij die Februarii.

Pro Henrico de Trublevill'.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro H. de Trublevill', qui habet terram et honorem de Breilles de dono nostro, trescentas et quinquaginta et septem libras, decem et novem solidos et quatuor denarios et duos palefredos, qui exigebantur ad Scaccarium nostrum de H. filio Comitis, de fine quem fecit cum domino J. rege patre nostro pro predicta terra et honore de Breilles, salvo nobis debito quod plegii ipsius H. filii Comitis nobis debent pro eodem Henrico de predicto fine. Perdonavimus eciam eidem H. de Trublevill' xl m̄. que exigebantur ad Scaccarium nostrum de eodem Henrico filio Comitis de prestito Pyctavie tempore ipsius patris nostri, et xl m̄. et vi s̄. et viij d̄. qui exigebantur de eodem H. filio Comitis ad Scaccarium nostrum de primo scutagio nostro; et quater viginti et duas marcas que exigebantur ad Scaccarium nostrum de eodem H. filio Comitis de feodis Reginaldi de Moun, que fuerunt in custodia ipsius Henrici filii Comitis; et xx lī. et x s̄. qui exigebantur de eodem Henrico filio Comitis ad Scaccarium nostrum de scutagio nostro de Biham. Et ideo vobis mandamus quod predictum H. de Trublevill' de denariis predictis quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xiij die Februarii.

Pro hominibus Salopie de perdonacione.—Rex vicecomiti Salopie salutem. Scias quod de taillingio ccc marcarum ultimo assiso in villa nostra Salopie, perdonavimus probis hominibus nostris ejusdem ville centum marcas. Et de centum marcas quas nobis reddere debuerunt ad hoc instans Pascha anno regni nostri xiij de eodem tailliagio, concessimus eis quod reddant nobis ad eundem terminum quinquaginta marcas, et ad festum Sancti Michaelis proximo sequens quinquaginta marcas. Et ideo tibi precipimus quod primas predictas centum marcas de cetero ab eis non exigas, et de residuis centum marcis terminos predictos eos habere permittas. Teste me ipso apud Westmonasterium, xiij die Februarii, anno regni nostri xiij, per Radulfum filium Nicholai.

Pro Henrico de Trublevill'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro H. de Trublevill', qui habet custodiam filii et heredis Willelmi filii Martini de dono nostro, xxx m̄. que exigebantur de eodem Willelmo per cartam ad Scaccarium nostrum; et xv m̄. que exigebantur de eodem Willelmo sine carta ad Scaccarium nostrum; et xvj li. que exigebantur ad Scaccarium nostrum de predicto Henrico de firma de Westal' de anno regni nostri quinto, qui predictam villam de Westal' habuit in custodia de baillio nostro. Et ideo

1229.

[m. 15.] vobis mandamus quod ipsum Henricum de denariis predictis quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xiij die Februarii.

Pro hominibus Oxonie.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus et carta nostra confirmavimus burgensibus nostris Oxonie quod ipsi et heredes sui in perpetuum habeant et teneant quandam domum cum pertinentiis in Oxonia que fuit Mossei filii Isaac, Judei, et que propinqua est inter domum que fuit Ade Vineter et domum Davyd Judei, ad placita nostra in domo predicta tenenda, salvo dominis feodi redditu suo annuo quantum ad eos pertinet. Et ideo vobis mandamus quod predictam concessionem nostram teneri et inrotulari faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xiij die Februarii.

Pro priore de Mereton'.—Mandatum est baillivis de Windlesor' quod demandam quam facit (*sic*) priori de Mereton' de tallagio hominum suorum de Windlesor', ponat in respectum usque in xv dies post Pascha anno etc. xiij°, de quo quidem tallagio predictus prior dicit se debere quietum esse per libertates quas habet, ut ad predictum terminum inquiratur ad Scaccarium domini regis utrum de predicto tallagio quietus esse debeat vel non. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Molis.—Mandatum est custodibus episcopatus Elyensis quod habere faciant Nicholao de Molis quatuor quercus* ad maeremium in parco de Hatfeld' de dono regis. Teste ut supra.

De recipiendis denariis quos Lewelinus debet domino regi.—Mandatum est Johanni filio Alani quod ducentas sexaginta duodecim marcas et dimidiam quas L. princeps Norwallie tenetur domino regi reddere apud Album Monasterium prima die Dominica instantis Quadragesime, recipiat ad opus domini regis et eas liberet Henrico de Aldithel', cui dominus rex mandavit quod de eisdem denariis liberet Willelmo filio Warini centum marcas quas dominus rex dedit H. de Burgo justiciario in auxilium castri de Muntgomery claudendi; et quindecim libras de eisdem denariis liberet hominibus de Muntgomery pro hominibus de Mungomery interfectis a Walensibus; et omnes residuos denarios salvo custodiat ad opus domini regis, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Cecilia que fuit uxor Hugonis Peverel de Samford'.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de manerio de Taleton', quod fuit Hugonis Peverel de Samford', saisinam habere faciat Cecilie, que fuit uxor ipsius Hugonis, ad sustentationem suam donec filius et heres ipsius Hugonis ad regem venerit et ei fecerit quod de jure facere debeat, et idem heres prefate matri sue rationabilem dotem suam secundum consuetudinem terre assignaverit. Teste rege apud Croinden', xxiij die Februarii.

* Corrected from "fagos."

1229.

[m. 15.] *Pro Petro filio Hereberti.*—Quia protestatum est coram rege quod Petrus filius Hereberti habuit milites suos cum domino J. rege in ultimo itinere suo in Pictavia, mandatum est baronibus de Scaccario quod de sex marcis que ab eodem Petro exiguntur per summonitionem Scaccarii de scutagio predicti itineris, ipsum Petrum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Eustachio de Ludeham.—Dominus rex de debitis que Eustachius de Ludeham ei debet de tempore quo fuit vicecomes Eboraci, et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii, perdonavit eidem Eustachio xv li. v s. et xj d. Et mandatur baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex perdonavit Radulfo filio Nicholai scutagium suum de feodis quinque militum que habet de rege in custodia de terra que fuit Willelmi le Butiller de feodo Margarete de Riveres in Culing'; videlicet, de scuto duas marcas pro exercitu de Kery in quo fuit per preceptum regis. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod tam eidem Radulfo quam predicte Margarete de predicto scutagio pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Stephano de Mesnil.—Rex perdonavit Stephano de Mesnil scutagium quod ab eo exigitur ad opus regis de feodis v militum que tenet de archiepiscopatu Cantuariensi, ratione ejusdem archiepiscopatus vacantis etc.; scilicet, de scuto ij m. pro exercitu de Kery. Et mandatum est Bertram de Crioil etc. quod eidem Stephano pacem inde habere permittant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci pro eodem Stephano.

[m. 14.] *Pro W. Carleolensi episcopo.*—Dominus rex concessit W. Carleolensi episcopo custodiam unius carucate terre cum pertinentiis quam Bartholomeus Drasebac, qui nuper obiit, tenuit de episcopatu Londoniensi in Stubbehee, et custodiam heredis ipsius Bartholomei, que quidem ad regem pertinent racione episcopatus Londoniensis vacantis etc. Et mandatum est magistro Henrico de Bissopeston', custodi ejusdem episcopatus, quod de predicta terra simul cum predicto herede predicto episcopo saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Mortelak', xxj die Februarii.

Pro quodam mercatore de Beverlaco—Rex baillivis Suhamt' salutem. Accedens ad nos Willelmus de Beverlaco nobis ostendit quod habuit decem dolia vini in navi illa que arestata fuit in villa Suhamt' occasione mortis Elye Viger. Et ideo vobis mandamus quod si ipse Willelmus invenerit nobis sufficientes plegios de reddendo precio vinorum illorum ad summonicionem nostram, predicta decem dolia vini ipsi Willelmo liberari faciatis, nisi aliquis alius ostendere possit quod majus jus habeat in vinis illis. Teste J. Bathoniensi episcopo, apud Westmonasterium, xxvij die Februarii

1229.

[m. 14.] *Pro priore Sancte Trinitatis Cantuarie.*—Dominus rex de lx m̃. que exiguntur per summonicionem Scaccarii de priore Sancte Trinitatis Cantuarie de amerciamento coram rege facto, perdonavit eidem priori x m̃. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic inrotulari faciant. Teste rege apud Geldef', v die Marcii.

Et mandatum est vicecomiti Kancie quod pacem eis inde habere permittat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao de Veredun'.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod loquelam que est in curia regis apud Dublin' inter Radulfum Bagot petentem et Nicholaum de Verdun' tenentem de manerio de Rath' cum pertinentiis, et loquelam que est in eadem curia inter Willelmum le Rockere petentem et Philippum de Nugent tenentem de una carucata terre cum pertinentiis extra pontem de Drocheda, unde idem Philippus vocavit predictum Nicholaum ad warrantum, quem quidem rex retinuit in servicio suo in Anglia, ponat in respectum usque ad festum Sancti Johannis Baptiste, anno etc. xiij°. Teste ut supra.

Pro R. comite Cornubie.—Mandatum est Radulfo filio Radulfi de Cheyneduit quod lv m̃. per quas finem fecit cum rege pro relevio suo de xj feodis militum de parvo feodo, que tenuit de honore de Berchamsted' in capite, concessit dominus rex fratri suo R. comiti Cornubie de dono, et quod predictas lv m̃. eidem fratri suo reddat. Mandatum est etiam vicecomiti Hertford' quod predictas lv m̃. eidem R. comiti Cornubie reddi faciat. Teste rege apud Guldef', v die Marcii

Pro Henrico de Sancto Elario.—Gunnora de Sancto Elario venit coram rege et in presentia sua spontanea voluntate sua se demisit de tota terra quam tenuit in Corfton' de Galfrido de Dynant de feodis que tenuit de rege in capite, et ad instantiam ipsius Gunnore cepit rex homagium Henrici de Sancto Elario, filii sui postgeniti, de terra predicta. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de terra illa cum pertinentiis eidem Henrico sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill quod faciat habere R. comiti Cornubie et Pictavie decem damas in foresta de Brehull' ad ponendas in parco suo de Beckel' de dono. Teste ut supra.

Pro magistro Roberto coco justic'.—Dominus rex concessit magistro Roberto, coco suo, liberationem duorum denariorum quam Willelmus Caretter, quondam nuntius regis, percipere solebat singulis diebus de elemosina regis constituta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem illam ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Trinitatis Cantuarie.—Dominus rex perdonavit priori Sancte Trinitatis Cantuarie quinquaginta marcas de centum marcis unde amerciatus fuit coram rege, et de quibus centum marcis perdonavit ei quadraginta marcas alias per litteras suas quas inde facte

1229.

[m. 14.] fuerunt vicecomiti Kancie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum priorem de predictis l m̃. quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Vescy.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod non obstante mandato regis quod ei fecit de terris Willelmi de Vescy capiendis in manum regis, ei inde sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Farnham, vij die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci et Linc'.

Quod vicecomes Eboraci se intromittat de wapentacis quibusdam.—Rex etc. vicecomiti Eboraci etc. Quia coram justiciariis nostris, qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo, per xij milites recognitum fuit et evictum quod tria wapentaca de Gilling', Hang', et Halikeld', que comes Cestrie tenuit in manu sua a tempore pacis facte inter nos et barones nostros Anglie post guerram motam inter dominum J. regem, patrem nostrum, et barones suos, occasione terrarum comitis Britannie in manu sua existencium, semper esse consueverunt et de jure esse debuerunt in manibus predecessorum nostrorum regum Anglie, sicut alia wapentaca comitatus tui, et omnia de wapentacis illis sicut et de aliis provenientia capere; tibi precipimus quod wapentaca illa in manum nostram capias et de omnibus ad ea pertinentibus sicut et de aliis wapentacis nostris in manu nostra existentibus te intromittas, et si quos resistentes inveneris, id nobis singnifices. Teste ut supra.

Pro Johanne de Colum prisone tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod si Johannes de Colum, captus et detentus in prisona regis pro Sarra filia Willelmi le Gramaire, quam occidisse debuerat, ut dicebatur, et quam idem vicecomes postea vivam reperiit, invenerit etc. xij homines etc. qui eum manucapiant coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsum Johannem tradat in ballium, etc. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Roberto de Maundevill'.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus, accedat ad terram illam in honore de Lune, quam J. rex cum ultimo fuisset in Hibernia dedit Roberto de Mandevill' vastam, incultam et inhabitatam, et si per eosdem inquirere possit quod terra illa vasta et inhabitata ei data fuit, et quod postea eam ad custum suum habitavit, et in ea edificavit, tunc de ipsa terra talem ei saisinam habere faciat qualem inde prius habuit, non obstante eo quod cartam predicti J. regis inde non habuit; que quidem terra capta fuit in manum regis in inquisitione facta in Hibernia per J. Mar', Ricardum Duket et Simonem * de dominicis domini regis. Teste ut supra.

Pro Oliva que fuit [uxor] Rogeri Tyrel.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod de terra quam Rogerus Tyrel de rege tenuit in capite de hereditate Olive uxoris sue in Sentinges et quam ipse vicecomes cepit

* Blank in MS.

1229.

[m. 14.] in manum domini regis occasione mortis ipsius Rogeri, eidem Olive sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wintoniam, x die Marcii. Per breve regis sub sigillo justiciarii.

Pro Willelmo de Beverlaco et marinellis quibusdam.—Rex ballivis Suhamt' salutem. Precipimus vobis quod non obstante mandato nostro quod vobis fecimus de decem doliis vini liberandis Willelmo de Beverlaco, que habuit ut dicit in navi illa que arestata fuit in villa Suhamton' occasione mortis Elye Wyger, de quibus decem doliis non fuerunt inventa apud Suhamt' in eadem navi nisi quatuor dolia, eadem quatuor dolia ei faciatis liberari in forma qua prius mandavimus de predictis decem doliis ei liberandis. Frettum eciam navis illius quod occasione sex doliorum vini de predictis decem doliis, que quidem sex dolia per chiminum vendita fuerunt, marinellis ejusdem navis detinctis, habere faciatis. Teste rege apud Wyntoniam, xv die Marcii.

Pro quibusdam Walensibus de comitatu Lanc'.—Rex vicecomiti Lanc' salutem. Ostenderunt nobis homines nostri de balliva tua qui vocantur Walenses Banastr' quod nunquam aliquo tempore talliari solent, set cum talliaremus dominica nostra si requisiti essent a predecessoribus et a nobis, auxilium eis et nobis de voluntate sua faciebant, quod magis nobis asserunt cessurum ad commodum quam si eos per vicecomitem nostrum talliaremus, sicut jam eos talliasti ad xx m̃i. occasione precepti nostri quod tibi inde fecimus. Et ideo tibi precipimus quod tallagium illud ponas in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xiij°, et ad eundem terminum facias venire usque Westmonasterium xij de discretioribus et legalioribus hominibus ex ipsis Walensibus ad ostendendum quo warranto clamaverunt immunitatem illam, et ad audiendam voluntatem nostram. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Rex Henrico filio Aucheri etc. et Gervasio le Cordewaner etc. salutem. Mandamus vobis quod de vinis que de novo venerunt usque Lond', capi faciatis ad opus nostrum xx dolia boni vini super meram; videlicet, xv de Wasconia et v de Andegavia; et illa cariari usque Westmonasterium et ibidem in celario nostro poni faciatis, et cum custum inde scierimus, illud mercatoribus reddi faciemus. Teste rege apud Wintoniam, xvj die Marcii.

De tradendis in ballio.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod si Simon de Wathe et Rogerus le Roter capti et in prisona regis detenti pro morte Ade filii Margarete, unde ipsa Margareta eos appellat, invenerint ei xxiiij probos et legales homines, videlicet uterque eorum xij, qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsos tradat eis in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Galfrido Balistario.—Rex vicecomiti Lanc' salutem. Scias quod dedimus, concessimus et hac carta nostra confirmavimus Galfrido Balistario pro homagio et fideli servicio suo totam terram de Hamelton' cum perti-

1229.

[m. 11.] nentiis suis, quam Willelmus de Colemore habuit de ballio domini Johannis regis, patris nostri, et quam idem Willelmus habet de ballio nostro, tenendam toto tempore vite sue, habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris eidem Galfrido et heredibus suis, reddendo inde singulis annis nobis et heredibus nostris quamdiu idem Willelmus vixerit xvj s̄. et predicto Willelmo toto tempore vite sue annuatim xxiiij s̄. Ita quod post decessum ipsius Willelmi predictus Galfridus et heredes sui reddent nobis et heredibus nostris de predicta terra annuatim xl s̄. pro omni servicio, et quod predicta terra imperpetuum quieta sit de tallagio ad nos vel heredes nostros pertinente. Et ideo tibi precipimus quod in predicta forma eidem Galfrido plenam saisinam habere facias de predicta terra et pertinentiis suis. Teste me ipso apud Wintoniam, xviij die Marcii, anno regni nostri xiij°.

Pro Philippo de Albiniaco.—Rex custodi honoris de Walingeford' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Philippo de Albiniaco scutagium de feodis quatuor militum pertinentibus ad manerium nostrum de Watlinton', quod est in manu sua per preceptum nostrum; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu nostro de Kery. Et ideo tibi precipimus quod eidem Philippo scutagium illud habere facias de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Milone de Sumery.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod catalla que fuerunt Milonis de Sumery in baillia sua, et que in manum domini regis cepit occasione mortis sue, reddi faciat executoribus testamenti ipsius Milonis ad execucionem testamenti sui faciendam, nisi catalla ipsa capta fuerint in manum domini regis propter debitum quod nobis debet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebrigie.

De coronatore eligendo.—Rex vicecomiti Suhampton' salutem. Precipimus tibi quod in pleno comitatu tuo et per assensum totius comitatus eligi facias de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus, loco Walteri de Rumes' quondam coronatoris nostri ejusdem comitatus, alium coronatorem qui prestito sacramento, sicut fieri solet, extunc faciat et conservet una cum sociis suis coronatoribus nostris ejusdem comitatus ea que ad coronam nostram pertinent in eodem comitatu, et talem eum eligi facias qui ad hoc melius sciat et velit intendere. Teste ut supra.

Pro Roberto Coco.—Rex vicecomiti Suh' salutem. Quia constat nobis per inquisicionem quam fieri fecisti per preceptum nostrum et nobis misisti, quod Robertus Cocus captus et detentus pro morte Ade de Drayton', Johannis filii Martini, et Asceline filie Martini, unde Thomas de Drayton' eum appellat, non est culpabilis de morte predicta et quod predictus Thomas appellat ipsum Robertum odio et atya de ipsa morte, tibi precipimus quod si predictus Robertus invenerit tibi xij probos et legales homines de comitatu tuo qui manucapiant eum habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto, tunc eum tradas in baillio illis xij probis et legalibus

1229.

[m. 14.] hominibus, sicut predictum est, et habeas ibi nomina illorum xij et hoc breve. Teste ut supra.*

Pro Ysabella abbatissa Sancte Marie Wintonie.—Rex vicecomiti Wiltesir' salutem. Scias quod Isabella abbatissa Sancte Marie Wintonie, attornavit coram nobis loco suo Johannem Duelye ad sequendum comitatum Wiltesir' et hundreda nostra de hiis que ad nos pertinent in eodem comitatu. Et ideo tibi precipimus quod ipsum Johannem ad hoc loco ipsius abbatisse admittas. Teste ut supra.

Rogerus filius Elye et Henricus de Isenherst attornati sunt ejusdem abbatisse ad sequendum comitatum Suhampton' et hundreda de hiis que ad dominum regem pertinent. Radulfus de Gretford' attornatus est ipsius abbatisse ad sequendum comitatum Linc' et wapentaka et trethingas.

Pro Matillide que fuit uxor Galfridi de Serland'.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod perdonavimus Matillidi, que fuit uxor Galfridi de Serland', scutagium quod ab ea exigis de tenemento quod de nobis tenet in capite in Bundeby, pro exercitu nostro de Kery. Et ideo tibi precipimus quod eidem Matillidi de scutagio illo pacem habere permittas. Teste ut supra.

Pro Willelmo Picot.—Mandatum est vicecomiti Suhampton' quod si Willelmus Picot captus et detentus in prisona domini regis apud Suhamt' pro morte Martini de Monte Sancti Egidii, qui per inquisicionem quam fieri fecit per preceptum domini regis non est culpabilis de eadem morte, invenerit ei xij probos et legales homines qui manucapiant eum habere coram justiciariis itinerantibus etc. tunc tradat eum illis etc. Teste ut supra.

Pro priore de Andevr'.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod habere faciat priori de Andevr' quadraginta cheverones in baillia sua de dono domini regis ubi competencius capi possint et ad minus nocumentum foreste domini regis, ad reparacionem domorum ipsius prioris que combuste fuerunt. Teste ut supra.

De terra capta in manum domini regis salvo custodienda.—Mandatum est Johanni de Munemuth' quod terram quam in manu domini regis cepit per preceptum domini regis, de qua abbas de Bello Campo saisinam habuit per episcopum Wintoniensem et Willelmum Briwer,' salvo custodiri faciat donec aliud ei inde preceptum fuerit; ita quod blada per averia non vastentur et domus ibidem non prosternatur. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suhampton' quod unam virgatam terre in Froyles, quam Gilbertus de Camera emit de Elya de Froyles, et quam idem Gilbertus, quando iter peregrinacionis versus Terram Sanctam arripuit, legavit abbatie Sancte Marie Wintonie, in manum domini regis capiat et eam liberari faciat abbatisse ejusdem loci.†

* Corrected from a similar document concerning William Picot, accused of the death of Martin de Monte Sancti Egidii. See lower down.

† This entry is crossed out.

1229.

[m. 13.] *Pro Hugone Paynnel'.*—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Hugoni Paynnel ad se sustentandum in servicio nostro de dono nostro xxxj m̄. que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii nostri de prestito Pictavie ei facto tempore domini Johannis regis, patris nostri. Et ideo tibi precipimus quod de demanda predictarum triginta et unius m̄. quam eidem Hugoni per summonicionem Scaccarii nostri facis, ei pacem habere permittas; averia autem ipsius Hugonis ea occasione capta, ei sine dilatione deliberari facias. Teste me ipso apud Merleberg', xxj die Marcii, anno regni nostri xiij°.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Hugonem inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Rannulfo Britone.—Rex vicecomiti Buking' salutem. Scias quod confirmavimus dilecto et fideli nostro Rannulfo Britoni donacionem et concessionem quam Ernaldus de Turevill' ei fecit de duabus carucatis terre in Chalfhunt' cum libera warenna in eadem villa. Et ideo tibi precipimus quod warennam illam per bailliam tuam clamari facias et prohiberi ne quis sine licencia ipsius eam ingrediatur, super forisfacturam nostram x lī. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Scias quod commisimus dilecto et fideli nostro Amaurico de Sancto Amando ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit, terram illam quam Walterus de Verdun tenuit in Eaburebir' de baillio nostro. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra eidem Amaurico plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Tichesfeld'.—Rex vicecomiti Suhamt' salutem. Scias quod volumus quod warenna decetero teneatur in manerio nostro de Tycchesfeld' ita quod nullus terram nostram ejusdem manerii intret ad currendum in ea ad leporem vel aliam bestiam sine licentia nostra vel ballivorum nostrorum ejusdem manerii super forisfacturam nostram. Et ideo tibi precipimus quod warennam illam sic clamari facias et teneri. Teste rege apud Merlebergh', xxiiij die Marcii.

De bosco de Chauton'.—Rex viridariis foreste sue de Porcestr' salutem. Mandavimus Roberto de Waleton', senescallo comitis Cestrie, quod permittat vos sine inpedimento boscum domini sui de Chauton', qui modo est in foresta, ingredi sicut facere consueverunt viridarii, antequam perambulacio foreste facta fuisset, temporibus predecessorum nostrorum regum Anglie, ad faciendum id quod ad vestrum pertinet officium de viridi et venatione. Et ideo vobis mandamus quod decetero boscum illum ingrediamini et officium vestrum in eo plenius exequamini, tam de viridi quam venatione, sicut fieri debet et consuevit ante perambulacionem predictam. Teste ut supra.

Pro magistro Ricardo Cantuariensi electo.—Mandatum est Bertramo de Cryuel et Alano Puingnant quod electioni facte per dominum papam de magistro Ricardo quondam cancellario Linc' in archiepiscopum Can-

1229.

[m. 13.] tuariensem, adhibuit dominus rex assensum et favorem, et quod de toto archiepiscopatu cum pertinentiis et de stauro ad dictum archiepiscopatum pertinente, quod fuit in eorum custodia, eidem electo sine dilatione plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem quod centum marcas, quas posuistis per preceptum nostrum in terris ejusdem archiepiscopatus excolendis et seminandis, quietas clamavimus dilecto nostro magistro Ricardo Cantuariensi electo. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Molis.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Nicholao de Molis ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit, terram que fuit Ade de Mora, falconarii, in Horton'. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinentiis suis eidem Nicholao sine dilatione plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste ut supra.

Memorandum quod predictus Nicholaus * non percipiet xxx lī. quas percipere consuevit annuatim, occasione terre predicte, ad perficiendum feodum c lī.

Pro Alano Bassett.—Rex Hugoni de Nevill' salutem. Quia nobis significastis quod pars illa bosci Alani Basset de Wutton que est in foresta, quam voluit de licencia nostra claudere simul cum bosco suo de Fetstrern', qui est extra forestam, et facere parcum, continet tantum tres acras et dimidiam, et quod magis erit ad commodum quam ad detrimentum foreste nostre de Braden' si cum predicto bosco claudatur in parcum; vobis mandamus quod ipsum sine inpedimento partem illam ita claudere permittatis. Teste ut supra.

Pro sagena ad opus domini regis.—Rex baillivis suis de Brideport' salutem. Mittimus ad vos Adam filium Militis, servientem nostrum, mandantes quatinus per visum ipsius statim visis literis istis fieri faciatis ad opus nostrum unam bonam sagenam, et eam cum festinacione ad nos mittatis, et nobis scire faciatis custum quod apposueritis. Nos enim denarios, quos in ea facienda et ad nos carianda posueritis, per illos quos ad nos miseritis ad vos transmittemus. Teste ut supra.

Pro Gilberto Basset.—Rex vicecomiti Wiltes' salutem. Quia per inquisicionem quam fecisti per preceptum nostrum, nobis constat quod Galfridus Wynebaud, qui fugit pro morte hominis, tenuit de Elya de Wrockeshal' xx acras terre, unum mesuagium et quatuor denarios et dimidiam libram cimini redditus cum pertinentiis in villa de Wrockeshal', quam dilectus et fidelis noster Gilbertus Basset tenet ad firmam de ipso Elya, et quod ipsa terra et redditus exstiterunt in manu nostra a quindena ante festum Sancti Michaelis anno regni nostri xiij° usque ad festum Annunciacionis Dominice proximo sequens, tibi precipimus quod de predicta terra et redditu prefato Gilberto plenam seisinam habere facias, tenendis quamdiu ipse predictam villam de ipso Elya tenent ad

* "Quamdiu predictam terram habuerit" is struck out here.

1229.

[m. 13.] firmam. Quia eidem Gilberto concessimus id quod nobis a retro est de anno nostro non completo. Teste ut supra.

Pro Griffino.—H. Dei gratia rex Anglie etc. dilecte sibi in Christo M. que fuit uxor Wenunwen, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto nostro Griffino filio vestro ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit, firmam quam nobis reddere consuevistis ad Scaccarium nostrum pro manerio nostro de Assesford'. Et ideo vobis mandamus quod de firma illa ipsi filio vestro intendentes sitis et respondentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus Griffino filio Wenionwen ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit, firmam quam Margareta mater ipsius Griffini consuevit reddere ad Scaccarium nostrum pro manerio nostro de Assesford'. Et ideo vobis mandamus quod ita inrotulari et fieri faciatis. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo comite Kancie.—H. Dei gratia rex Anglie etc. Henrico de Aldithel' salutem. Sciatis quod dedimus dilecto et fideli nostro H. de Burgo, comiti Kancie, justiciario nostro, ad operacionem castri de Muntgumery centum libras de denariis nostris, quos recepistis de Johanne filio Alani et qui in custodia vestra remanserunt. Et ideo vobis mandamus quod predictas centum libras habere faciatis dilecto et fideli nostro Willelmo filio Warini ad operacionem predictam. Teste ut supra.*

Divise.—Mandatum est Constabulario Divisarum quod de franca petra que cecidit de muro parci domini regis Divisarum extra parcum vel intra, habere faciat constabulario Merleberg' vel nuncio suo, quem ad eum miserit loco suo, trescentos lapides ad capellam domini regis de Merleberg' augendam et accrescendam. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Buteiller.—Mandatum est custodibus episcopatus Elyensis quod dominus rex perdonavit Willelmo le Buteilter talliagium quod assideri fecerunt super eum, et quod ei inde pacem habere permittant. Teste ut supra.

Pro Ricardo de la Ruwe de Insula.—Rex Willelmo de Sancto Johanne salutem. Per transmissas nobis literas vestras ad instantiam Johanne uxoris Ricardi de la Ruwe audivimus quod tempore quo Ricardus de Gray extitit ballivus noster insularum nostrarum, idem Ricardus moram fecisset in Francia ad perquirendum sibi necessaria sua, et in quadam assisa a curia nostra inpetrata, eodem Ricardo absente et in Francia existente, per sacramentum viij hominum de insula de Gerner' facta fuisset inquisitio utrum idem Ricardus fidelis esset vel non, dixerunt ipsi octo homines ipsum esse infidelem. Ita quod terram suam et catalla sua per judicium curie amisit. Postquam autem insulas predictas vobis commisimus custodiendas, prout nobis significastis, idem Ricardus tradidit se in prisonam nostram et posuit se et menbra sua super sacramentum

* An entry, "pro W. Balistario," deleted "quia aliter inferius."

1229.

[m. 13.] xxiiij legalium hominum utrum esset fidelis nec ne; qui dixerunt super sacramentum suum ipsum fidelem esse. Et ideo vobis mandamus quod non obstante sacramento quod predicti octo homines fecerunt, sicut predictum est, eidem Ricardo de terris et catallis suis que predicta occasione amisit, plenam saisinam habere faciatis. Teste rege apud Merleberg', xxviij die Marcii.

Pro Roberto de Meisy, constabulario Merleberg'.—Dominus rex perdonavit Roberto de Meisy x m̃. que ab eo exiguntur de feodis quinque militum que de rege tenet in capite; scilicet, de scuto ij m̃. pro exercitu de Kery, tempore cujus fuit in servicio regis per preceptum suum in castro de Merleberg'. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de illis x m̃. pacem ei habere permittat. Demandam autem xv lĩ. quam facit eidem Roberto per summonicionem Scaccarii, ponat in respectum usque in xv dies a die Pasche anno etc. xiij°. Teste ut supra.

De prohibendo mercato.—Quia datum est domino regi intelligi quod mercatum de Rammesbir' est ad nocumentum burgi domini regis de Merleberg', mandatum est vicecomiti Wiltes' quod predictum mercatum de Rammesbir' sine dilatione prohiberi faciat, ita quod decetero mercatum ibidem non teneatur. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia constat regi per inquisicionem factam quod Alicia, que fuit uxor Tony le Urser, appellat Simonem filium Thome de morte predicti Tony, quondam viri sui, odio et athia et non eo quod culpabilis inde sit, pro qua quidem morte idem Simon captus et detentus est in prisona regis; mandatum est vicecomiti Linc' quod si idem Simon invenerit ei sex probos et legales homines qui eum manucapiant etc. coram justiciariis itinerantibus etc. tunc eum tradat in ballium etc. Teste ut supra.

[m. 12.] *Pro burgensibus Divisarum.*—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit burgensibus Divisarum quasdam libertates quas habent per cartam imperatricis Matildis, matris H. regis, avi domini, et per confirmacionem domini J. regis, patris domini regis, sicut plenius continetur in predicta carta domini regis. Et mandatum est ballivis Bristoll' quod predictam cartam coram eis legi et predictis libertatibus, videlicet quibus usi sunt temporibus H. regis avi domini regis, R. regis avunculi, et domini regis patris sui, eos uti permittant. Teste rege apud Merleberg', primo die Aprilis.

Pro Johanne le Estrange.—Dominus rex quatuor lĩ. quas Simon filius Ricardi solebat singulis annis reddere Walerando de Bygar, Normanno, pro una carucata terre cum pertinentiis in Bucgeton', quamdiu idem Walerandus permansit in fide et servicio domini regis, et quas rex postea commisit Warino de Jernem', qui mortuus est, quamdiu ei placeret, concessit Johanni Lestrange percipiendas per annum quamdiu domino regi placuerit, sicut predictus Walerandus eas percipere solebat. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictas iiij lĩ. annuas eidem Johanni habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1229.

[m. 12.] *Pro abbate de Flexleg'.*—Mandatum est Rogero de Clyfford' quod permittat abbatem de Flexl' habere sine impedimento forgiam suam itinerantem in spissitutudinibus (*sic*) in boris foreste de Den' et in Derubus, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Coventrensi episcopo.—Dominus rex concessit A. Coventrensi episcopo scutagium suum quod ab eo exigitur de feodis xv militum in comitatu Staff'; scilicet, de scuto ij m̃. pro exercitu de Kery. Et mandatum est vicecomiti Staff' quod de predicto scutagio pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Ebroicis.—Rex R. de Burgo, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod Johannes de Ebroicis finem fecit nobiscum pro x libras (*sic*) quas nobis reddet ad Seaccarium nostrum Dublin' pro terris illis habendis de dono nostro, quas prius habuit de dono Thome filii Antonii, et inde eidem Johanni et heredibus suis cartam nostram fieri fecimus secundum quod plenius perpendere poteritis per inspeccionem ejusdem carte nostre, reddendo inde nobis et heredibus nostris per annum xxxj m̃. Et ideo vobis mandamus quod accepta securitate a predicto Johanne de predictis x lĩ. nobis reddendis, eidem Johanni de omnibus terris in predicta carta nostra contentis secundum metas et divisas in eadem expressas cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, plenam saisinam habere faciatis. Warennam etiam quam eidem Johanni concessimus in omnibus terris predictis, ei habere et teneri faciatis. Teste me ipso apud Merleberg', ij die Aprilis, anno regni nostri xiij°.

Pro Johanna que fuit uxor Walteri Buistard.—Rex baronibus suis de Seaccario salutem. Sciatis quod de elemosinis nostris constitutis quas cepistis in manum nostram per preceptum nostrum, concessimus Johanne, que fuit uxor Walteri Buistard, singulis diebus unum denarium. Et ideo vobis mandamus quod denarium illum eidem Johanne assignetis percipiendum ubi competencius decreveritis id faciendum. Teste me ipso apud Merleberg', iij die Aprilis, anno regni nostri xiij°.

Pro Willelmo balistario de Merleberg'.—Eodem modo scribitur eisdem pro Willelmo de Merleberg' balistario, de quodam alio denario ei assignando. Teste ut supra.

Pro sororibus de ordine Hospitalis Sancti Johannis Jerosolim' apud Boeland'.—Rex Hugoni de Nevill' salutem. Sciatis quod intuitu Dei concessimus sororibus de ordine hospitalis Sancti Johannis Jerosolim' apud Boeland' Deo servientibus et servituris, quod singulis septimanis capiant in parco nostro de Neuton' de mortuo bosco ejusdem parci unam carectatam busce ad focum suum. Et quia competencius in estate quam in hyeme capere poterint predictam buscam, concessimus eis quod a Pascha usque ad festum Sancti Petri ad Vincula, buscam predictam capiant in predicto parco ad numerum carectarum que de toto anno eis competunt, secundum concessionem nostram predictam. Et ideo vobis mandamus quod eas predictam buscam capere permittatis sicut predictum est. Teste ut supra.

1229.

[m. 12.] *Pro Nicholao de Molis.*—Mandatum est Willelmo Briwer' quod habere faciat Nicholao de Molis tria sicca robora, folia non ferencia, in foresta domini regis de la Ber' ad focum suum, de dono domini regis. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Wiltesir' salutem salutem (*sic*). Scias quod concessimus abbati Malmesbir' quod de fine xx marcarum quam fecit nobiscum, per sic quod nullus vicecomes Wiltes' a festo Sancti Michaelis anno regni nostri duodecimo usque in duos annos completos intret manerium de Malmesbir', quod idem abbas de nobis tenet ad firmam per cartam domini J. regis patris nostri, vel in hundreda ad manerium pertinencia ad placita ibidem tenenda, vel ad turnum vicecomitis faciendum, reddat nobis ad Pascha anno regni nostri xiij, decem marcas, et ad festum Sancti Michaelis anno eodem decem marcas. Et ideo tibi precipimus quod eidem abbati predictos terminos inde habere permittatis. Teste ut supra.*

Pro abbate Sancte Radegund'.—Rex magistro Simoni de Langeton' salutem. Sciatis quod perdonavimus abbati Sancte Radegund' duas marcas quas ab eo exigitis ad opus nostrum nomine sextedecime nostre. Et ideo vobis mandamus quod pacem ei inde habere permittatis. Teste me ipso apud Merleberg', v die Aprilis, anno regni nostri xiij°.

Pro hominibus de Melkisham'.—Rex Ricardo de Gray salutem. Mandamus vobis quod permittatis homines nostros de Melkesham' habere pasturam in medietate foreste nostre de Milkesham', de qua vobiscum locuti fuimus cum nuper fuissemus apud Andever'. Teste me ipso apud Merleberg', v die Aprilis, anno regni nostri xiij°.

Pro Gilberto Basset.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Gilberto Basset quatuor quercus in foresta de Savernac ad unam domum faciendam apud Uphaven' de dono domini regis. Teste rege apud Crocham, vij die Aprilis.

Pro prioratu Elyensi.—Rex custodibus episcopatus Elyensis salutem. Quia didicimus per inquisicionem quam fieri fecistis per preceptum nostrum quod racione vacacionis sedis Elyensis, predecessores nostri reges Anglie nunquam habuerunt custodiam prioratus Elyensis quando vacabat, nec episcopus ejusdem loci, sede non vacante, per mortem prioris Elyensis habuit custodiam ejusdem prioratus, vobis mandamus quod predictum prioratum monachis Elyensibus in manu sua in pace habere permittatis. Teste me ipso apud Rading', vij die Aprilis.

Pro Sarra que fuit uxor Ricardi de Turberill'.—Rex vicecomiti Berks' salutem. Quia constat nobis per inquisicionem quam fieri fecisti et nobis misisti quod terre, quas Ricardus de Turberevill' tenuit de hereditate sua propria in baillia tua, sufficiunt ad solucionem debiti quo tenebatur Copino et Aaron, Judeis de Wintonia, salvis Sarre uxori ejus maritagio suo et dote sua de predictis terris, tibi precipimus quod de

* This entry is cancelled, being "in rotulo fluiom."

1229.

[m. 12.] terra quam idem Ricardus tenuit de maritagio predicte Sarre uxoris sue et de dote sua que eam contingit de predictis terris ipsius Ricardi, de quo quidem maritagio et dote predicta ipsi Judei saisinam habent per preceptum nostrum simul cum aliis terris predictis occasione predicti debiti, predicte Sarre sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste ut supra.

De episcopatu Menevensi.—Rex W. de Clifford' salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro W. Marescallo, comiti Pembr' episcopatum Menevensem cum pertinentiis custodiendum quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod de terris et tenementis que sunt in manu nostra de predicto episcopatu, plenam seisinam ei habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Rad', ix die Aprilis, anno regni nostri xiij°.

Eodem modo scribitur Res' Crec et Owein filio Griffini.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro Amaurico de Sancto Amando unam marcam que ab eo exigitur per summonicionem Scaccarii nostri pro disseisina, et dimidiam marcam que exigitur a Roberto clerico, serviente suo, pro eodem. Et ideo vobis mandamus quod ipsos Amauricum et Robertum de predictis viginti solidis quietos esse faciatis. Teste rege apud Guldef', xviij die Aprilis, anno regni regis ejusdem xiij°.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere Willelmo de Vesey x quercus in alta foresta de Shirewud' ad se hospitandum de dono domini regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Norensi.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus Willelmo Norensi, servienti nostro, liberacionem unius denarii quam Gilbertus de Winterburn', quondam serviens noster de Butellaria nostra, percipere solebat in die de elemosina nostra constituta. Et ideo vobis mandamus quod liberacionem illam eidem Willelmo habere faciatis, sicut predictum est. Teste me ipso apud Guldeford', xix die Aprilis, anno regni nostri xiij°.

Pro Johanne Talebot.—Rex Nigello de Munbray salutem. Scias quod perdonavimus Johanni Talebot iiij m̃. quas ab eo exigis de feodis duorum militum que de te tenet in Teneburg', pro exercitu nostro de Kery, in quo fuit nobiscum, et de quibus nobis respondere ad Scaccarium nostrum. Et ideo tibi precipimus quod de illis iiij m̃. pacem ei habere permittas. Teste me ipso apud Windlesor', xxj die Aprilis, anno regni nostri xiij°.

De fustis datis.—Mandatum est Thome de Birkin quod per visum constabularii Noting' faciat habere Roberto de Lexinton' x fusta in alta foresta de Shirewud', ubi competentius et ad minus nocumentum foreste capi possint, ad domos suas de Okeston', que combuste sunt, reparandas. Scire etiam faciat predicto constabulario quibus die et loco ei occurrere

1229.

[m. 12.] debeat ad hoc, sicut predictum est, exequendum. Teste rege apud Wyndles', xxij die Aprilis.

Et mandatum est predicto constabulario quod predicto Thome occurrat ad hoc exequendum cum ei per literas suas significaverit. Teste ut supra.

Mandatum est Michaeli de Columb' quod habere faciat abbatisse Sancte Marie Wintonie 1 fusta in foresta de Cettr' ubi competentius capi possint et ad minus nocumentum foreste, ad domos suas apud Wintoniam reparandas. Teste ut supra.

Pro Rannulfo Britone.—Dominus rex concessit Ranulfo Britoni quod habeat unam feriam apud manerium suum de Chalfhunt' singulis annis, duraturam per duos dies; videlicet, in vigilia et in die Apostolorum Petri et Pauli; et quod habeat unum mercatum ibidem singulis septimanis per diem Mercurii, nisi etc.; et mandatum est vicecomiti Buk' quod feriam illam et mercatum predictum clamari faciat et teneri ibidem, sicut predictum est. Teste rege apud Windles', xxiij die Aprilis.

Pro Willelmo de Widiworth et uxore ejus.—Quia constat domino regi per inquisicionem, quam fieri fecit, quod Eustachius de Durevill' tribus annis antequam suspenderetur pro felonia de qua convictus fuit, vendiderat Alicie de Vallibus quendam redditum in Cumpton', et quod eadem Alicia redditum eundem dederat Willelmo de Wydiworth' in maritagium cum Gretia filia sua; quem quidem redditum vicecomes Sumerset' cepit in manum domini regis occasione suspensionis ipsius Eustachii; mandatum est eidem vicecomiti quod de predicto redditu talem saisinam ipsis Willelmo et Gretie habere faciat qualem inde habuerunt antequam captus fuit in manum domini regis occasione predicta. Teste rege apud Windles', xxiiij die Aprilis.

Pro fratribus minoribus Lond'.—Mandatum est Willelmo de Coigneres, ballivo foreste Windles', quod habere faciat Willelmo de Millers, constabulario Windles', ad opus fratrum minorum Lond', unam quercum ad maeremium in foresta de Wyndles' de dono regis ad edificia domorum suarum. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis nundinarum Sancti Botulfi quod habere faciant abbati de Begar' in Britannia sine difficultate annuum redditum suum de exitibus nundinarum Sancti Botulfi, sicut illum habere debet et solet. Teste ut supra.

Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus Magistro Odoni carcerario nostro liberationem duorum denariorum quam Walwanus, quondam nuncius domini J. regis, percipere solebat in die per manum vicecomitis Essex' de elemosina nostra constituta. Et ideo vobis mandamus quod predictam liberationem eidem Odoni habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Wyndesor', xxiiij die Aprilis.

Dominus rex eleccioni facte de magistro Rogero Nigro, archidiacono Colecestr', in episcopum Londoniensem, regium adhibuit assensum et favorem.

1229.

[m. 12.] Et mandatum est magistro Henrico de Bissopeston', custodi ejusdem episcopatus, quod, salvis domino regi arreragiis suis ejusdem episcopatus, de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad dictum episcopatum pertinentibus, simul cum agnis istius anni quos rex ei concessit, sine dilatione plenam ei saisinam habere faciat. Teste rege apud Windles', xxvij die Aprilis.

Patens.—Et mandatum est militibus, liberis hominibus et aliis tenentibus de eodem episcopatu quod ei tamquam domino suo in omnibus etc. intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Dominus rex concessit Roberto de Nafford', servienti H. de Burgo etc. terram cum pertinentiis in Aulton' quam Walterus Pope, qui fugit pro morte Walteri filii Radulfi de Ponte, unde rectatus fuit, tenuit de rege ad se sustentandum quamdiu domino regi placuerit, faciendo domino regi idem servicium quod predictus Walterus Pope domino regi inde facere consuevit. Et mandatum est ballivis de Aulton' quod eidem Roberto de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 11.] *Pro Stephano de Sedgrave de wapentaco de Gosecot'.*—Dominus rex dedit et per cartam suam concessit Stephano de Sedgrave totum wapentacum de Gosecot' cum omnibus pertinentiis suis, habendum et tenendum eidem Stephano et heredibus suis de domino rege et heredibus suis libere et quiete ad feodi firmam, reddendo inde domino regi et heredibus suis annuatim c s̃. ad Scaccarium domini regis; videlicet, ad Scaccarium Sancti Michaelis l s̃. et ad Scaccarium Pasche l s̃. Ita tamen quod ipse et heredes sui respondebunt vicecomiti Leic' de auxilio vicecomitis et de finibus visus franciplegii que debentur domino regi singulis annis de eodem wapentaco pro omni servicio et exactione. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et predicto Stephano de predicto wapentaco cum omnibus pertinentiis suis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Ita [quod] decetero se inde non intromittat. Teste rege apud Westmonasterium, xxix die Aprilis.

Pro Radulfo de la Haye.—Dominus rex perdonavit Radulfo de Haye unam marcam que ab eo exigitur per summonicionem Scaccarii de amerciamento facto in itinere justiciariorum, qui ultimo itineraverunt in comitatu Kancie. Et mandatum est eidem vicecomiti quod de predicta marca pacem ei habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, ij die Maii, anno etc. xiij°.

Pro Willelmo Bardulf.—Dominus rex perdonavit Willelmo Bardulf xx s̃. unde amerciatus fuit in itinere justiciariorum ultimo itinerantium in comitatu Noting', et qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum de predictis xx s̃. quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro albis monachis.—Albi monachi satisfecerunt domino regi pro quintadecima sua que ab eis exigebatur ad opus domini regis, tam de

1229.

[m. 11.] decimis suis quas habent in ecclesiis parochialibus quam terris et possessionibus suis. Et mandatum est R. Londoniensi electo quod ipsos non distringat ad sextamdecimam domino regi dandam de bladis que habent in ecclesiis parochialibus; salva tamen domino regi sextadecima de vicariis et personis suis ecclesiarum predictarum. Teste ut supra.

Pro hominibus de Sumeresham.—Rex custodibus episcopatus Elyensis salutem. Venientes ad nos homines de Sumeresham graviter conquerendo nobis monstraverunt quod ultra modum gravati sunt per tallagium quod nuper assisum erat super eos, licet vobis injunximus, si bene recolitis, quod auxilium moderatum et tolerabile ab eis et aliis hominibus episcopatus Elyensis caperetis, ita quod inde non gravarentur ultra modum. Et quia, si ita est, contra formam vobis injunctam ipsos talliastis, vobis mandamus quod tallagium illud taliter amensuretis quod de injusto et intollerabili gravamine merito conqueri non debeant. Teste rege apud Westmonasterium, ij die Maii.

Pro Ricardo de Nereford'.—Dominus rex perdonavit Ricardo de Nereford' dimidiam marcam* unde amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Suff'. Perdonavit etiam Johanni Humme de Chodham et Rogero Stedwar' plegiis ipsius Ricardi unam marcam; videlicet, utrique illorum dimidiam marcam, ad quam amerciati fuerunt coram eisdem justiciariis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos Ricardum, Johannem et Rogerum de predictis xx s̄.; videlicet, singulos eorum de dimidia marca, quietos esse faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Radulfo de Ralegh' unam quercum in foresta de Melkesham de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Costentin'.—Dominus rex perdonavit Galfrido de Costentin' duas marcas que ab eo exiguntur de feodo unius militis quod de rege tenet in Thorp' de honore Lanc', de primo scutagio regis assiso tempore quo Lodovicus rex Francorum fuit in Anglia, ad aquietandum nos versus ipsum L. de debito quod ei debuimus, tempore cujus idem Galfridus fuit in servicio regis in Hibernia per preceptum regis. Perdonavit etiam rex eidem Galfrido duas marcas que ab eo exiguntur de predicto feodo j militis pro exercitu regis de Kery, in quo idem Galfridus fuit cum rege per preceptum suum. Et mandatum est custodi honoris Lanc' quod de predictis iiij m̄. pacem ei habere permittat. Teste ut supra

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat R. Cantuariensi electo x damos in foresta Essex' de dono regis contra instantem consecrationem suam. Teste ut supra.

Pro Johanne de Stutevill'.—Rex Matheo de Haverseth' salutem. Sciatis quod reddidimus dilecto et fideli nostro Johanni de Stutevill' terras

* Corrected from "xx s̄."

1229.

[m. 11.] suas et jura hereditaria que de nobis tenet in capite in Kirkeby et in Eketon' et que retinuimus in manu nostra. Et ideo vobis mandamus quod in homagiis et serviciis aliis que eidem Johanni facere tenemini racione terrarum predictarum, quas ei reddidimus, ipsi tanquam domino vestro intendentes sitis et respondentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, v die Maii, anno regni nostri xiij°.

Eodem modo scribitur Ade de Crudering' pro eodem.

Pro Rogero le Bigod.—Dominus rex commisit Rogero le Bigod ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu domino regi placuerit, manerium de Northon' cum pertinentiis, quod fuit comitis Bolonie et quod Robertus le Marescall' aliquando tenuit, et sicut idem Robertus illud tenuit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicto manerio plenam ei saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Maii, anno etc. xiij°.

Pro decano et capitulo Eboraci.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod diem quem ad instanciam venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi concesseramus decano et capitulo Eboraci usque in tres septimanas a die Pasche anno regni nostri xiij°, de quibusdam libertatibus et aliis, sicut continentur in primis literis nostris quas inde tibi misimus, prorogavimus usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno eodem. Ita quod omnia tunc sint in eodem statu quo esse precepimus ad predictum diem; videlicet, a predicta die Pasche in tres septimanas. Et ideo tibi precipimus quod predictis decano et capitulo pacem inde habere permittas usque in unum mensem a predicta die Sancti Michaelis. Demandam etiam quam facis hominibus ecclesie Eboracensis per summonicionem Scaccarii de ultimo itinere justiciariorum, interim in respectum ponas. Teste me ipso apud Westmonasterium, v die Maii.

Pro Dunensi episcopo.—Rex dilecto et fideli suo Ricardo de Burg', justiciario suo Hybernie salutem. Sciatis quod pro magnis dampnis que venerabilis pater Thomas Dunensis episcopus passus est in guerra inter nos et Hugonem de Lascy, et pro fideli servicio suo quod nobis fecit eodem tempore, concessimus ei viginti libras per annum, percipiendas ad Scaccarium nostrum Dublin'; videlicet, decem libras ad Scaccarium Pasche et decem libras ad Scaccarium Sancti Michaelis, donec ei in terris de escaetis vel aliis providerimus ad valenciam predictarum viginti librarum. Et ideo vobis mandamus quod eidem episcopo predictas viginti libras per annum, simul cum arreragiis suis de tempore vestro, habere faciatis, sicut predictum est. Teste me ipso apud Westmonasterium, vij die Maii, anno regni nostri xiij°.

Pro decano et capitulo Eboraci.—Rex justiciariis suis de Banco salutem. Sciatis quod diem quem ad instanciam venerabilis patris Eboracensis archiepiscopi, concesseramus decano et capitulo Eboraci usque in tres septimanas a die Pasche anno regni nostri xiij°, de quibusdam libertatibus et aliis, prorogavimus usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno eodem. Ita quod omnia tunc sint in eodem statu quo esse

1229.

[m. 11.] precepimus ad predictum diem; videlicet, a predicta die Pasche in tres septimanas. Et ideo vobis mandamus quod predictis decano et capitulo pacem inde habere permittatis usque in unum mensem a predicta die Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro magistro S. de Lucy.—Rex dilecto et fideli suo Ricardo de Burgo, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro magistro S. de Lusey quod terram de Balihogary, quam tenuit de baillio nostro, teneat usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xiij°, et quod interim recipiat areragia sua ei debita de eadem terra a tempore quo extitit in manu sua, et quod similiter habeat blada autumpni instantis ejusdem anni de terra eadem. Et ideo vobis mandamus quod permittatis eum terram illam tenere usque ad prefatum terminum sicut predictum, et tunc terram illam capiatis in manum nostram et salvo illam custodiatis donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Wilton'.—Rex vicecomiti Dorset' salutem. Quia per inquisicionem quam fieri fecisti et nobis misisti per preceptum nostrum, didicimus quod terra que fuit Willelmi Hervei in Didlington', qui utlagatus est eo quod se retraxit in itinere justiciariorum ultimo itinerancium in comitatu tuo, exstitit in manu nostra per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de abbatissa Wilton'; tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinentiis suis eidem abbatisse plenam saisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro Widone le Mercer de Carleolo.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi quod undecim marcas residuas, quas habes in manu tua de denariis illis quos Thomas de Hoby furatus est Widoni le Mercier de Carleolo, unde idem Thomas postea convictus fuit et condempnatus ad suspendium apud Eboracum, reddi facias predicto Wydoni cujus denarii illi prius fuerunt. Teste ut supra.

Postea mandatum fuit majori Eboraci et coronatoribus comitatus Eboraci et vicecomiti et coronatoribus Eboraci quod denarios illos ei reddant. Teste rege apud Fuleham, xxix die Maii.

Pro Alicia de Nereford'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod de xix lī. quas Alicia de Nereford' nobis debuit de fine quem Robertus de Nereford' nobiscum fecit pro terra que fuit Willelmi filii Clementis, perdonavimus eidem Alicie xiiij lī. et de residuis c s̄. invenit nobis plegios Robertum de Aubervill' et Thurgisium prepositum de Dovr'. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xiiij lī. ipsam Aliciam quietam esse faciatis, et de residuis c s̄. ipsos Robertum et Thurgisium plegios esse inrotuletis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Henricus filius Wen' captus et detentus in prisona regis pro morte Ricardi de Brocholehurst, unde Robertus frater ipsius Ricardi eum appellat, habet literas directas vicecomiti Lanc' quod

1229.

[m. 11.] tradatur in ballium usque ad adventum justiciariorum etc. Teste ut supra.

Pro Hugone de Nevill' de perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Hugoni de Nevill' pro fideli servicio suo mille marcas quas dominus J. rex, pater noster, ab eo exigebat eo quod permisit parcum de Taunton' claudi absque licentia et voluntate sua, et que exiguntur ab eo ad Scaccarium nostrum. Et ideo vobis mandamus quod de predictis mille marcis ipsum Hugonem quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, v die Maii.

Pro Willelmo de Stutevill'.—Rex vicecomiti Norf' salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Willelmo de Stutevill' quod habeat unam feriam apud manerium suum de Gressingehal' singulis annis duraturam per iij dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Sancti Nicholai, et quod habeat ibidem unum mercatum per diem Lune, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictam feriam et predictum mercatum ei habere faciat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Magistro Stephano de Lucy.—Rex R. de Burgo, justiciario Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Magistro S. de Lucy quod terram de Balihogary, quam habuit de baillio nostro, teneat usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xiij; ita quod habeat blada ejusdem terre de hoc instanti autumpno ejusdem anni, et quod similiter habeat firmam ejusdem terre de predicto termino Sancti Michaelis. Et ideo vobis mandamus quod permittatis ipsum tenere terram illam usque ad prefatum terminum, sicut predictum est, et deinde terram illam capiatis in manum nostram, et salvo eam custodiatis donec aliud inde preceperimus. Arreragia vero ipsius de eadem terra ei citra terminum predictum Sancti Michaelis reddi faciatis. Teste ut supra.

Pro Theobaldo Pincerna.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Quia constat nobis quod Theobaldus Pincerna fuit infra etatem et in custodia domini J. regis, patris nostri, quando ultimo fuit in Pictavia, vobis mandamus quod de scutagio ejusdem temporis quod ab eo exigitis per summonicionem Scaccarii nostri ipsum quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Ailwarton'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus Roberto de Aylwarton' quod de centum solidis quos nobis debet ex una parte, et de duabus marcis et dimidia quas nobis debet ex alia parte, reddat nobis per annum tres marcas donec debitum illud persolvatur. Et ideo vobis mandamus quod ita inrotulari et fieri faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xj die Maii.

De busca et carbone contra Pentecosten.—Dominus rex proposuit, auctore Domino, celebrare hoc instans festum Pentecostes apud Norhamt'. Et mandatum est H. de Nevill' quod de buscha et carbone ad sufficien-

1229.

[m. 11.] ciam provideat sibi ad opus domini regis, et illuc cariari faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Lancastr'.—Quia protestatum est coram baronibus de Scaccario quod Willelmus de Lanc' fuit cum domino J. rege in ultimo itinere suo in Pictavia, mandatum est eisdem baronibus quod de scutagio quod ab eo exigitur per summonicionem Scaccarii de predicto itinere de feodis iij militum que de rege tenet in capite in comitatu Lancastr', eundem Willelmum quietum esse faciant. Teste ut supra.*

Pro Philippo Marc'.—Rex vicecomiti Notingh' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam a te fieri precepimus, quod unum mesuagium cum pertinentiis in Notingham, quod fuit Galfridi de Notingham suspensi pro morte Ivonis piscatoris quem interfecit, extitit in manu nostra per unum annum et unum diem, et quod idem Galfridus tenuit mesuagium illud de Philippo Marc'; tibi precipimus quod eidem Philippo de mesuagio illo tanquam de excaeta sua plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

[m. 10.] *Pro Ricardo le Faisant.*—Mandatum est Willelmo de Sancto Johanne quod per probos et legales homines de Insula de Geres', per quos rei veritas melius possit inquiri, diligentem faciat inquisitionem si Robertus de la Vauder', avunculus Ricardi le Feisant, obiit seisitus ut de feodo de decem et octo acris terre cum pertinentiis in la Vauder', et si idem Ricardus propinquior heres ejus sit, et si terra illa per defectum heredis capta sit in manum domini regis. Et si per inquisitionem illam ei plenius constiterit ita esse, mandatum est eidem Willelmo quod de predictis xviij acris terre cum pertinentiis eidem Ricardo sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xij die Maii.

Pro abbate de Dunckewell'.—Quia constat domino regi quod abbas de Dunckewell' per libertates quas habet per cartam domini J. regis etc. et per confirmacionem domini regis, debet esse quietus de auxilio vicecomitis in omnibus terris suis, mandatum est vicecomiti Devonie quod de auxilio vicecomitis quod exigitur de terra sua de Selden', pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

Pro Philippo de Pyrie.—Dominus rex de l s̃. qui per summonicionem Scaccarii exiguntur a Briano de Helles, Ricardo Der, Semano de Netlested, Johanne Paynel, Alexandro Reygner et Eilmero Bable, hominibus Philippi de Pyrie, de itinere justiciariorum, perdonavit eis xxv s. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis xxv s. eos quietos esse faciant. Teste ut supra.

Ne abbas de Faveresham reddat advocato de Bethun' x li. annuas pro quodam manerio.—Datum est domino regi intelligi quod abbas de

* This has been altered from the memorandum of a writ to the sheriff of Lancaster to the same effect.

1229.

[m. 10.] Favereshum tenet quoddam manerium ad firmam de advocato de Bethun' per x lī. annuatim ei reddendas, quas quidem x lī. idem abbas predicto advocato singulis annis ad partes mittit transmarinas absque licentia et voluntate domini regis. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod ipsi abbati statim visis literis istis ex parte domini regis, firmiter inhiberi faciat ne decetero ipsi advocato nec alicui alii sine licentia et voluntate domini regis predictas x lī. solvat, sicut voluerit se indempnem conservare. Teste ut supra.

Pro leprosis de Wycumb'.—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit fratribus leprosis hospitalis Sancte Margarete de Wicumbe quod habeant imperpetuum unam feriam apud predictum hospitale singulis annis duraturam per duos dies; videlicet, in vigilia et in die Sancte Margarete, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Buk' etc. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Radulfi de Singelton'.—Quia constat domino regi per inquisicionem, quam fieri precepit, quod Ricardus filius Radulfi de Singelton' tenere debet de nobis duas bovatas terre cum pertinentiis in Singelton' per liberum servicium duorum solidorum per annum, et quod antecessores sui terram illam tenuerunt per idem servicium, et postea dissaisitus fuit idem Ricardus de eadem terra per Gerardum de Litlewell', vicecomitem regis tunc temporis, eo quod alias consuetudines et alia servicia facere noluit de eadem terra quam duos s̄. sicut idem vicecomes ab eo exigebat; mandatum est vicecomiti Lanc' quod predicto Ricardo de predictis ij bovatis terre cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, faciendo regi pro eadem terra annuum servicium duorum solidorum sicut predicti antecessores sui inde facere consueverunt. Teste rege apud Westmonasterium, x die Maii.

Pro abbatissa de Cadomo.—Abbatissa de Cadomo attornavit magistrum Johannem de Cadomo, senescallum suum, de hiis que ad regem pertinent in comitatu Dorset'. Et mandatum est vicecomiti quod predictum magistrum loco ipsius abbatisse ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex', Wiltes', Norf' et Suff' et Glouc'.

Pro sororibus de Bocland'.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod permittat sorores de ordine hospitalis Sancti Johannis Ierosolim' apud Boeland' capere in parco regis de Neweton' de mortuo bosco ejusdem parci unam carectatam busce ad focum suum, sicut rex eis concessit per literas suas patentes. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Maii.

Pro Henrico de Trublevill' de cleis et pontibus.—Mandatum est Galfrido de Lucy quod habere faciat Henrico de Trublevill' cleyas, pontes et macremium ad naves suas muniendas et preparandas ad transfretandum in servicium domini regis. Teste ut supra.

Pro comite Cestrie de tribus wapentacis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod tres wapentaccos qui fuerunt in manu R. comitis Cestrie,

1229.

[m. 10.] et quos postea capi fecit dominus rex in manum suam, eidem comiti reddi faciat tenendos usque in tres septimanas post festum Sancti Michaelis anno regis xiij°. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Maii.

Pro monialibus de Merlawe.—Mandatum est Jordano forestario et Willelmo de Coigner' quod, assumptis secum viridariis et aliis probis et legalibus hominibus de balliva sua, assignent monialibus de Merlaue duas acras terre in loco competenti in foresta nostra pertinente ad manerium de Cokham ad domos in eis construendas ad animalia et peccora sua in eis receptanda. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Drogoni de Trublevill' in foresta de Brehull' unum damum de dono regis. Teste ut supra.

Pro rege et Bathoniensi episcopo de libertatibus suis.—Rex ballivis suis Bristoll' salutem. Sciatis quod venerabilis pater J. Bathoniensis episcopus super quietantia quam ei concesseramus ut ipse et successores sui, abbas et monachi Glastonienses, decanus et capitulum Wellenses, prior et monachi Bathonienses et successores sui, et omnes homines sui tenentes de ipsis vel de feodis suis quieti essent de theloneo, concessit nobis et heredibus nostris pro se et successoribus suis quod nichilominus decetero capiatur theloneum de hominibus tenentibus de feodis ipsorum episcopi, abbatis et monachorum Glastoniensium, decani et canonicorum Wellensium, et prioris et monachorum Bathoniensium et successorum suorum, qui non sunt homines sui proprii nec tenent de aliquo eorum in capite. Ita tamen quod omnes homines eorum proprii de eis tenentes in capite quieti sint imperpetuum de theloneo. Et ideo vobis mandamus quod omnes libertates contentas in cartis nostris, quas ipsi episcopo fieri fecimus, quas quidem legi faciatis, firmiter eidem episcopo in balliva vestra teneatis et teneri faciatis. Teste rege apud Fulehám, xv die Maii, anno etc. xiij°.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod hoc inrotulari et teneri faciant.

Eodem modo scribitur baillivis Suhamt', Wintonie, vicecomitibus Sumerset', Wiltes', Glouc', baillivis de Ivelcestr' et Glouc', constabulario et preposito de Merleberg', H. de Nevill', Ricardo de Wrotham.

Pro Willelmo de Vescy.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Vescy tres damos in foresta de Brehull' ad festum milicie sue tenendum, de dono domini regis. Teste rege apud Fuleham, xxvj die Maii.

Pro electo Elyensi.—Rex Thome de Inkelthorp' et Matheo Crestien, custodibus episcopatus Eliensis, salutem. Sciatis quod electioni facte de venerabili patre H. quondam abbate Sancti Edmundi in episcopum Elyensem, assensum regium adhibuimus et favorem. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus que ad ipsum episcopatum pertinent, sine dilatione plenam ei seisinam habere faciatis: salvis nobis areragiis nostris de debitis nostris que nobis debentur in eodem episcopatu. Teste rege apud Fuleham, xxvj die Maii.

1229.

[m. 10.] *De custodia abbatie Sancti Edmundi.*—Rex vicecomiti Essex'. Scias quod commisimus Willelmo de Haverhull', clerico nostro, abbatiam de Sancto Eadmundo vacantem per electionem factam de H. quondam abbate ejusdem loci in episcopum Elyensem, custodiendam quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris, redditibus et aliis que ad predictam abbatiam pertinent in balliva tua, eidem Willelmo plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Suff' et Norf'.

Pro Rogero le Scinter.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi quod si Rogerus le Scinter, captus et detentus in prisona nostra pro morte Petri Badde, unde Eda que fuit uxor ipsius Petri eum appellat, invenerit tibi xij legales homines de comitatu tuo qui manucapiant ad habendum eum coram justiciariis nostris, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto siquis versus eum inde loqui voluerit, tunc tradas ipsum predictis xij hominibus in baillio, sicut predictum est. Et habeas ibi nomina predictorum duodecim et hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxvij die Maii, anno regni nostri xiij°.

Pro hominibus de Tichefeld'.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus hominibus nostris de Thichesfeld' xx sol. quos ab eis exigitis pro concelamento facto coram justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in partibus illis, et xxiij sol. et quinque denarios quos ab eis exigitis pro murdro de eodem itinere. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xliij solidis et quinque denariis ipsos homines nostros quietos esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Thurgisio de Dovr'.—Rex dilecto suo in Christo abbati de Faverisham salutem. Sciatis quod concessimus Thurgisio preposito nostro Dovr', ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit, illas x libras annuas quas reddere consuevistis advocato de Betuin' de manerio de Messewell', quod habetis ad firmam de eodem advocato. Et ideo vobis mandamus quod illas x libras eidem Thurgisio singulis annis reddi faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Bertramo de Cryoil.—Mandatum est Willelmo de Casingham quod habere faciat Bertramo de Cryoyl decem robora sicca ad focum, ducenda usque Doveram et ponenda ibidem in castro nostro. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Wyliton'.—Rex vicecomiti Suhampt' salutem. Scias quod dilectus et fidelis noster Radulfus de Wyliton' satisfecit nobis de uno espervario soro ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xiij°, quem nobis debet per annum de redditu asiso de terra que fuit Mathei de Welhop'. Et ideo tibi precipimus quod de espervario soro, quem ab eodem Radulfo exigis, per summonicionem Scaccarii nostri, ipsum pacem habere permittas. Teste ut supra.

1229.

[m. 10.] *Tichefeld'.*—Rex vicecomiti Suhampt' salutem. Scias quod retinuimus in manu nostra et in dominico nostro partem illam de Tichefeld' quam prius concesseramus dilecto et fideli nostro H. de Burgo, comiti Kancie, justiciario nostro. Et volumus quod homines tenentes de parte illa quieti sint de sectis comitatuum et hundredorum, tamquam dominici homines nostri. Et ideo tibi precipimus quod pacem eis inde habere permittas. Teste me ipso apud Fuleham, xxix die Maii.

Pro magistro Willelmo de Furnell'.—Mandatum est constabulario Divisarum quod dentur decime feni magistro Willelmo de Furnell', persone ecclesie Sancti Johannis Divisarum, de dominicis domini regis Divisarum, et quod eidem magistro W. decimas illas feni habere faciat. Teste ut supra.*

Pro Reginaldo de Albo Monasterio.—Rex dilecto et fratri suo W. Marescallo, comiti Penbr', salutem. Quod terram Hugonis filii Willelmi de Ros in Putehal' cepistis in manum nostram, eo quod appellatur de morte Willelmi de Burebech', gratum habemus et acceptum. Verumtamen cum ipse Hugo terram predictam dimisisset ad firmam Reginaldo de Albo Monasterio ad terminum qui nondum preteriit, nec scitur adhuc utrum ipse venire velit ad pacem nostram ad standum inde recto, ad quod ei restat adhuc locus; vobis mandamus quod ipsi Reginaldo de terra predicta talem seisinam habere faciatis, qualem prius inde habuit, permittentes uxorem et familiam ejus interim pacifice manere in terra predicta, donec de premissis constiterit vel aliud inde habueritis mandatum. Teste me ipso apud Sanctum Albanum, xxix die Maii.

Pro Hugone Wac. — Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod perdonavimus Hugoni Wac iram quam conceperamus adversus eum eo quod duxerat filiam Nicholai de Stutevill' in uxorem sine licencia nostra, occasione cujus omnes terras suas capi fecimus in manum nostram. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris suis in baillia tua occasione predicta in manu nostra captis, plenam seisinam ei habere facias. Teste ut supra.

De domibus ad domos regis de Camel.—Mandatum est Thome de Cyrencestr' quod capiat in brulliis regis de Camel minutum maeremium ad operationem domorum regis de Camel. Teste ut supra.

Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Thome de Cyrencestr' sex furchas in parco de Gillingh' ad operationem domorum regis de Camel. Teste ut supra.

De damno dato.—Mandatum est Galfrido Esturmy, forestario de Savernac, quod habere faciat Sibille, uxori Rogeri de Clifford', unum damum in foresta de Savernac de dono regis.

[m. 9.] *De quarellis liberandis Henrico de Trubleuill'.*—Mandatum est Henrico filio Aucheri constabulario Turris Lond', quod de quarellis qui sunt in

* The exact words of the mandate to the Constable of Devises follow here, but are cancelled, "quia proximo superius."

1229.

[m. 9.] custodia sua in Turri Lond', faciat habere Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quingentos quarellos. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxxj die Maii, anno regni regis xiij°.

Pro Willelmo de Beverlaco.—Mandatum est ballivis Suh' quod si Bidan le Coyfier, Rusteing Skyvein, Stephanus Joscelin' et Willelmus Reymundi protestati fuerint per sacramentum suum quod iiij dolia vini in navi Potun Skello et que arestata fuerunt occasione mortis Elye Ryger, fuerunt Willelmi de Beverlaco, tunc predicta iiij dolia vini liberari faciant eidem sine dilatione. Teste ut supra.

Mandatum est majori et commune Burdegale quod sine occasione qualibet liberari faciant Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, kayum et placiam ante la Umbrere, et domum sitam supra murum civitatis Burdegale, quam quidam clericus fieri fecit, et que omnia sunt dominica domini regis, ad faciendum inde secundum quod eidem senescallo injunctum est a domino rege. Teste ut supra.*

Pro Henrico de Trublevill'.—Rex Jeremie, custodi magne navis et galearum, et ballivis portus de Portesmuth' salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Henrico de Trublevill', senescallo nostro Wasconie, eunti ad partes Wasconie, duas bonas galias de galiis nostris que sunt in portu de Portesmuth', cum omnibus armamentis earundem galearum; et si forte armamenta ipsa non sufficiant, id quod defecerit in illis, supplere faciatis de armamentis aliarum galiarum, quantum necesse fuerit, ut in anchoris et funeneo et in aliis necessariis. Teste ut supra.

De amerciamentis comitatuum Norf' et Suff'.—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Quia datum est nobis intelligi quod propter urgentem paupertatem hominum de baillia tua, amerciamenta nostra de itinere justiciariorum nostrorum ultimo itinerancium in comitatibus tuis absque nimio gravamine et dispendio illorum qui amerciamenta illa nobis debent, colligi ad presens non possunt, modum colligendi amerciamenta illa tue duximus relinquere discrecioni, qui paupertates et facultates hominum illorum novisti; precipientes quatinus ea amerciamenta que absque magno gravamine in comitatibus predictis colligi possunt, sive in parte sive in toto, ad opus nostrum ad presens colligi facias, et amerciamenta illa que absque nimio gravamine colligi non possunt, ponas in respectum usque super proximum compotum tuum ad Scaccarium Sancti Michaelis anno regni nostri xiij°. Teste me ipso apud Dunstapl', primo die Junii.

De calce ad operationem castri de Muntgomery.—Mandatum est Roberto le Enfant et Andree filio Huberti quod calcem domini regis que est infra ballium castri Salopie, faciat (*sic*) habere Willelmo filio Warini, constabulario castri de Muntgomery, ad operationem ejusdem castri. Teste rege apud Norhampt', iij die Jun'.

Pro comite Cornubie de perdonatione amerciamentorum de honore de Berchamsted' et aliorum.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod

* Cancelled, "quia aliter in patentibus."

1229.

[m. 9.] dominus rex concessit R. comiti Cornubie amerciamenta que exiguntur per summonicionem Scaccarii ab hominibus tenentibus de honore de Bercamested', qui est in manu sua de ultimo itinere justiciariorum in comitatu Hertford', et mandatum est eis quod eis pacem inde habere faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eis de amerciamentis que exiguntur ab hominibus tenentibus de terris J. regine, que sunt in manu sua de ultimo itinere justiciariorum in comitatu Devonie.

Et mandatum est vicecomiti Devonie quod permittat baillivos ipsius comitatus amerciamenta illa colligere sine inpedimento ad opus ipsius. Et si quid inde ceperit, id ei reddat. Teste ut supra.

Pro canonicis de Croxton'.—Dominus rex quadraginta cheverones qui prostrati sunt et restant de maeremio quod rex dedit G. quondam Elyensi episcopo in foresta de Shirewud', dedit abbati et canonicis de Croxton' ad operationem ecclesie sue. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod illos xl cheverones eis habere faciat. Teste ut supra.

De quodam prisone deliberando.—Mandatum est constabulario castri Linc' quod Reginaldum le Taverner in prisona Linc' detentum, qui apud Hul captus fuit in navi illa que depredata fuit in portu de Sandwic', sine dilatione liberari et sine inpedimento quo voluerit abire permittat. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat priorisse de Catesby x fusta in foresta de Selveston' extra parcum regis, ad operationem ecclesie sue. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat W. comiti Albemarl' duos damos in foresta de Selveston' de dono regis. Teste rege apud Davintr', vj die Junii.

De reparatione balistarum regis apud Dovr'.—Mandatum est constabulario Dovr' quod omnes balistas regis lesas et deterioratas in castro Dovr', que reparatione indigent, liberari faciat Willelmo de Gyenne, latori presentium, balistario regis, ad ipsas reparandas infra predictum castro Dovr'. Teste ut supra.

Hibernia. Pro uxore regis Connacie.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod si viderit domino regi expedire et licite ac salvo honore regis fieri possit quod de Imena, que fuit uxor regis Connacie, quam habet in prisona, capiatur ad opus regis de suo pro deliberatione sua, tunc de suo capiat prout regi viderit expedire, et eam liberari faciat; et si absque honoris domini regis conservatione hoc fieri non possit, tunc ab ea nichil ad opus regis capiat pro deliberatione sua, set eam libere et sine inpedimento liberari et quo voluerit eam abire permittat. Teste ut supra.

1229.
[m. 9.] *Hibernia. Pro Ricardo de Burgo, justiciario.*—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario, Dublin', quod de denariis regis qui sunt in custodia sua, habere faciat R. de Burgo, justiciario Hibernie, id quod ad ipsum pertinet de termino Sancti Michaelis, anno etc. xiij°, de quingentis libris quas percipit a rege per annum pro custodia terre et castrorum regis Hibernie, allocatis ei de eodem termino Sancti Michaelis c et xxv m̃. de ducentis et l marcis quas domino regi reddit per annum de terra que fuit Thome filio Antonii, que est in manu sua per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Verdun.—Dominus rex retinuit secum* in Anglia Nicholaum de Verdun usque ad proximum autumpnum futurum anno etc. xiij . Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod interim permittat eum habere respectum de terra sua firmanda, non obstante precepto regis, quod alias fecit, quod omnes de partibus illis terras suas firmarent. Cum autem idem Nicholaus terram suam firmare voluerit, ei sit consulens et auxilians in locis in quibus ipse potest et debet claudere. Teste ut supra.

De denariis veterum vinorum venditis [*sic*].—Mandatum est ballivis Linc' quod denarios regis, qui sunt in custodia sua de xviij doliis veterum vinorum venditis in nundinis Sancti Botulfi, facias (*sic*) habere Johanni de Colemere, clerico, ad negocia nostra que ei injunximus facienda. Teste rege apud Bannebir', vij die Junii.

Pro Matheo de Haversegh'.—Mandatum est vicecomiti Noting' et Dereb' quod occasione mandati domini regis quod ei fecit de terra Mathei de Haversegh', quam de rege tenet in capite, in manum regis capienda, ipsum inde non dissaisiat; et si forte eam ceperit in manum regis, sicut ei preceptum fuit, plenam saisinam ei inde sine dilatione habere faciat. Teste ut supra.

Pro leprosis Sancti Leonardi Lancastr'.—Mandatum est Rogero Gernet quod leprosi hospitalis Sancti Leonardi de Lancastr' habeant averia sua propria in foresta de Lanc', sicut ea habere consueverunt tempore domini J. regis patris nostri† et nostri. Ita quod nichil inde dent aut faciant pro pastura illa habenda a Pascha proximo preterito anno regni regis xiij° usque in quinque annos, et quod habeant de mortuo bosco in foresta illa ad focum suum; et quod pasturam illam ad averia sua propria in foresta predicta ipsos leprosos habere permittat, sicut habere consueverunt tempore predicto, et quod nichil ab eis capiat infra predictum terminum pro pastura illa, et quod mortuum boscum in eadem foresta ad focum suum eis habere faciat. Teste ut supra.

De facienda quadam assisa venire coram S. de Sedgrave.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod assisam nove disseisine quam Agnes filia Swetman' arramiavit coram justiciariis ad primam assisam etc. versus

* Corrected from "in servicio suo."

† dñri, in MS.

1229.

[m. 9.] Rogerum filium Theobaldi et Willelmum de Hogelin' de tenementis in Norhampt' ad mandatum S. de Sedgrave venire faciat coram eo ad diem et locum quos idem Stephanus ei scire fecerit. Et habeat ibi atachiamentum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Henrico de Castr'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod seisinam habere faciant Henrico de Castr' de terra sua de Castr' que est vadium Aaron de Eboraco, Leonis filii Salomonis de Linc' et Peitevini filii Jocei de Linc', et faciant ei habere racionabilem finem a predictis Judeis de debito quod eis debet. Ita quod ipse et uxor sua de residuo racionabiliter se possint sustentare. Teste rege apud Campeden', viij die Junii.

Pro canonicis de Lavenden'.—Rex dilecto et fideli suo Hugoni de Nevill' salutem. Quia constat nobis per inquisicionem quam fieri fecistis per preceptum nostrum et nobis misistis, quod non est ad nocumentum foreste nostre de Salceto si boscus de Erneresden', qui continet duas acras et dimidiam per eandem inquisicionem, sicut per literas vestras nobis significastis, quem dilectus et fidelis noster Willelmus filius Warini dedit abbati et canonicis de Lavenden', claudatur bassa haya et parvo fossato, ita quod bestie nostre possint libere et sine inpedimento intrare et exire, vobis mandamus quod permittatis predictum abbatem boscum illum claudere bassa haya et parvo fossato, ita quod bestie nostre possint libere et sine inpedimento intrare et exire, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Ada Esturmy.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod concessimus Ade Esturmy ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit, dimidiam virgatam terre cum pertinentiis quam Robertus Ailwardi tenuit de dominico nostro in Chilteham, et quam Walterus Hathulfi post mortem ipsius Roberti ingressus est, absque servicio nobis inde faciendo. Et ideo tibi precipimus quod eidem Ade de predicta terra cum pertinentiis suis sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro Roberto de Lexinton'.—Mandatum est Thome de Birkin quod permittat Robertum de Lexinton' habere et sine inpedimento adducere viginti cheverones quos abbas de Rufford' ei dedit de bosco suo infra forestam domini regis, ad domos suas que combuste fuerunt reedificandas. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Willelmi de manerio de Winterburn'.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Precipimus tibi quod de manerio de Winterburn' cum pertinentiis, quod in manum nostram cepisti occasione mortis Ricardi Walensis et cujus custodia pertinet ad Ricardum filium Willelmi filii Stephani, eo quod predictus Ricardus Walensis manerium illud de eo tenuit per servicium militare, eidem Ricardo filio Willelmi plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro abbate de Certes'.—Quia constat regi per inquisicionem quam vicecomes Surr' fieri fecit per preceptum regis, quod terra quam Alicia

1229.

[m. 9.] que fuit uxor Ricardi de Gravenel tenuit in dotem in Thotinges de terris que fuerunt ipsius Ricardi, nunquam fuit de feodo archiepiscopi Cantuariensis, set est de feodo abbatis de Certes', et quod idem Ricardus et antecessores sui tenuerunt predictam terram de eodem abbate per servicium j militis, sicut per eandem inquisicionem rex plenius accepit; mandatum est vicecomiti Surr' quod de predicta terra cum pertinentiis, omni dilatione et occasione postpositis, eidem abbati plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wygorniam, x die Junii.

De compoto constabularii de Merlebergh' audiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco Roberti de Meisy, quondam constabularii castri nostri de Merlebergh', recipiant Ricardum de Paleshot et Ricardum, clericum suum, ad audiendum compotum ipsius Roberti de custodia predicti castri de Merlebergh' et de bertona. Teste ut supra.

Pro Wiberto de Rue.—Rex commisit Wyberto de Rue terram in Upton' cum pertinentiis, quam Mallardus quondam armiger W. Marescalli senioris, tenuit de ballio ejusdem comitis, et quam rex capi precepit in manum suam ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de terra predicta eidem Wiberto plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Thoma Basset.—Rex commisit Thome Basset ad se sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit, terram quam Galfridus le Sauser tenuit de ballio domini J. regis etc. in Grendon, et quam idem Galfridus dimisit Johanni Mar', salvis eidem Galfrido c. s̄. reddendis singulis annis per manum ipsius Thome de eadem terra toto tempore vite ipsius Galfridi, quamdiu idem Thomas terram illam tenuerit. Et ideo mandatum est vicecomiti Buk' quod de eadem terra eidem Thome plenam saisinam sine dilatione habere faciat, salvis eidem Johanni bladis suis et instauro suo que habet in eadem terra. Teste ut supra.

Pro priore hospitalis de Bannebir'.—Rex concessit priori hospitalis Sancti Johannis de Bannebir' vetus maeremium gaiole de Warewic' ad se hospitandum. Et mandatum est vicecomiti War' quod eidem priori maeremium illud habere faciat. Teste ut supra.

[m. 8.] *Pro Ricardo de Gray.*—Rex concessit Ricardo de Gray terram in Barton' cum pertinentiis, quam Philippus Marc' tenuit de ballio regis ad ipsum Ricardum sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem Ricardo de predicta terra plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est, salvis eidem Philippo omnibus bladis et catallis suis in eadem terra inventis et seminatis. Teste rege apud Wigorniam, xj die Junii.

Pro abbate Ville Nove in Britannia.—Mandatum est ballivis nundinarum Sancti Botulfi Hoiland' quod habere faciant fratri Durando, monacho abbatie Ville Nove in Britannia, ad opus abbatis et monachorum predicti loci, x lī. de elemosina Constantie quondam comitisse Britannie constituta in predictis nundinis. Teste ut supra.

1229.

[m. 8.] *Pro Radulfo de Thoeny.*—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod quietum clamavimus pro nobis et heredibus nostris Radulfo de Thoeny et heredibus suis inperpetuum servicium feodi dimidii militis quod Robertus de Saham tenet in villa ipsius Radulfi de Saham; quam quidem villam cum pertinentiis suis dominus J. rex, pater noster, dedit Rogero de Thoeny, patri ipsius Radulfi et heredibus suis, et cujus servicium idem Radulfus dicit ad se pertinere occasione predicte ville predicto Rogero et heredibus suis sic concesse; ita quod decetero predictus Robertus et heredes sui respondeant predicto Radulfo et heredibus suis de predicto servicio, de quo prius tenebatur domino J. regi, patri nostro, et nobis, et quod servicium exigebatur ad Scaccarium nostrum ante istam concessionem tempore ipsius patris nostri et nostro. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Robertum de predicto servicio pacem habere permittatis et ipsum inde quietum inrotulari faciatis, sicut predictum est, cum omnibus arreragiis que exiguntur ad Scaccarium nostrum de toto tempore preterito, tam de tempore ipsius patris nostri quam nostro. Teste ut supra.

Pro quibusdam pauperibus de Geres'.—Mandatum est Willelmo de Sancto Johanne quod per probos et legales homines de insula de Geres diligenter inquirat de quanta terra Philippus de Albin', dum habuit custodiam ejusdem insule per preceptum nostrum, dissaisivit priorem del Silet, Nicholaum le Mineter, Stephanum de Aldeport, Nicholaum Godefridi, Ricardum Fabrum de Faleduit, Anketillum Marcel, Umfridum de Monasterio, in valle Castri de Geres' et in Curtillet, et quantum terra illa valeat per annum, et qui eam tenent, et qua occasione idem Philippus eos inde dissaisivit, et utrum sit ad nocumentum castri nostri de Geres' vel non si terram illam eis dimittamus excolendam; et si per inquisitionem inde factam constiterit nobis quod predicta terra, de qua idem Philippus eos dissaisivit, non contineat nisi vj acras terre et sex acras pasture vel parum plus vel parum minus, et quod servicium inde faciunt tanquam eam in manu sua haberent, ut dicunt, et quod non sit ad nocumentum predicti nostri (*sic*) de Geres' si illas xij acras ipsis dimittamus tenendas et excolendas, tunc de illis xij acris eis plenam saisinam habere faciat et in pace eas tenere permittat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo de Norwic' de episcopatu Imelicensi.—Rex concessit Radulfo de Norwic' omnes exitus provenientes de episcopatu Imelicensi de termino Pasche anno etc. xiij° usque ad festum Sancti Michaelis anno eodem, ad prosequendum causam pro rege que vertitur inter regem et magistrum Johannem, qui se gerit electum Imelicensem, super electionem ejusdem episcopatus. Et mandatum est R. de Burg', justiciario Hybernie, quod predictos exitus eidem Radulfo habere permittat usque ad predictum terminum, sicut predictum est. Et si quid inde ceperit de predicto tempore, id ei sine dilatione reddat. Teste ut supra.

Pro Matheo Bukerel'.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod terram et redditus Mathei Bukerel fratris Ricardi Renger in London', qui sunt in manibus Abrahe filii Muriell' et Mossy de Colecestr'

1229.

[m. 8.] Judeorum, pro debito quod de predictis terra et redditibus exigunt, faciant ei replegiari usque ad adventum regis in partes illas. Teste ut supra.

Hibernia. Pro civibus Dublin'.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus civibus nostris Dublin' quod eligant singulis annis de se ipsis majorem, in perpetuum, et in fine anni ipsum amoveant et alium substituant vel eundem si voluerint retineant, sicut plenius vobis constare poterit per cartam nostram quam eis inde fieri fecimus, et quam vobis exhibebunt. Et pro hac concessione nostra predicti cives nos quietos clamaverunt de trescentis et xij libris quas xij cives nostri Dublin' pro universitate tocius civitatis Dublin' commodaverunt H. quondam archiepiscopo Dublinensi, tempore quo idem archiepiscopus fuit justiciarius noster Hybernie ad negocia nostra expedienda in expedicione contra H. de Lascy, ad indempnitatem et defensionem nostram terre nostre Hybernie, quando ultimo in partes illas venerat ad guerram contra nos movendam. Ita tamen quod predicti xij cives Dublin', qui predictam pecuniam dicto archiepiscopo commodaverunt, literas ipsius archiepiscopi quas habuerunt de predictis trescentis et xij libris eis reddendis, nobis per manus vestras pre manibus reddent, antequam majorem sibi eligant, ut predictum est. Insuper etiam concessimus predictis xij civibus ad indempnitatem eorum qui predictam pecuniam predicto archiepiscopo commodaverunt pro universitate civitatis predicte occasione predicta, quod predicta pecunia assideatur per totam universitatem civitatis Dublin' secundum facultates singulorum per sacramentum proborum et legalium hominum ejusdem civitatis, ita quod singuli illorum duodecim recipiant de predicta universitate quantum mutuo dederunt predicto archiepiscopo pro eadem universitate, computata singulis eorum xij porcione sua que eos contingit de eodem talliagio secundum facultates illorum. Et ideo vobis mandamus quod ex quo receperitis a predictis xij civibus literas ipsius archiepiscopi de predictis trescentis et xij libris quas eidem archiepiscopo commodaverunt, et tallagium predictum in civitate predicta fuerit assisum, et predictis xij civibus de eadem pecunia satisfactum, sicut predictum est, tunc permittatis predictos cives nostros majorem sibi singulis annis eligere, et in fine anni ipsum amovere, et alium substituere, vel eundem si voluerint retinere. Teste me ipso apud Hereford', xviij die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Rogero de Clifford' quod habere faciat Rogero Ailard' de Bristoll' unam quercum in foresta de Sancto Briavell' de dono regis, ubi competentius poterit capi, ad warengas et alia necessaria facienda ad operationem navis sue quam fieri facit. Teste rege apud Sanctum Briavell', xxj die Junii.

Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Rogero Ailard de Bristoll' duas quercus in parco de Alewestan' de dono regis, ad warengas et alia facienda etc. ut supra. Teste ut supra.

De pertica utenda in itinere justiciariorum.—Mandatum est Hugoni de Nevill' et sociis suis, justiciariis itinerantibus ad placita foreste, quod

1229.

[m. 8.] secundum quod pertica continere solet vel xxiv vel xxv pedes manupedum temporibus H. regis avi regis, R. regis avunculi, et J. regis patris domini regis, sic placet domino regi et consilio suo quod pertica magis usitata et continente in longitudine xxiiij vel xxv pedes manupedum in essartis mensurandis, que facta fuerunt post principium secundi anni prime coronacionis regis istius, utantur in itinere suo, et hoc relinquit rex discretioni eorum. Teste ut supra.

Hibernia. De x marcis assignandis cuidam clerico.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod Thome de Crayvill', clerico, quem retinuit in servicio suo pro quibusdam agendis suis in partibus suis expediendis, faciat habere x m̃. singulis annis ad Scaccarium Dublin', ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, et quamdiu idem Thomas fideliter servierit. Teste rege apud Flexl', xxv die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Gray quod habere faciat magistro Rogero de Lacoc tres quercus in foresta de Chipeham et alias tres quercus in foresta de Melkesham, ad se hospitandum apud Lacoc. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Gray de perdonatione.—Rex, de v marcis unde Ricardus de Gray amerciatus fuit coram M. de Pat' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Essex', et unde rex perdonavit ei prius tres marcas per literas suas eidem vicecomiti inde directas, perdonavit eidem Ricardo duas marcas residuas. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod de predictis duabus marcis ipsi Ricardo pacem habere permittat. Teste ut supra.

Rex perdonavit Ricardo de Gray pro bono et fideli servicio suo xliiij marcas que ab eo exiguntur ad Scaccarium, de prestito quod J. rex fecit Henrico de Gray, patri suo, in ultimo itinere suo in Pictavia.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum de predictis xliiij m̃. quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Stutevill'.—Rex perdonavit Nicholao de Stutevill' iram et indignationem suam quam erga ipsum conceperat, eo quod maritavit filias suas et heredes absque licencia sua. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de omnibus terris ipsius Nicholai in balliva sua captis in manum regis occasione predicta, sine dilatione plenam ei saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Ricardo Strech'.—Rex remisit Ricardo Streche iram et indignationem suam quam erga eum conceperat, eo quod permisit Willelmum de Camvill' prosternere boscum suum de Arewe, qui est infra forestam regis, sine assensu et voluntate regis. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod eidem Ricardo de terris suis in balliva sua captis in manum regis occasione predicta, plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1229.

[m. 8.] *De damis datis.*—Mandatum est Gileberto de Manneby* quod habere faciat Hugoni Painel tres damos in foresta de Blakemore de dono regis. Teste rege apud Glouc', xxv die Junii.

De reparatione castri de Merleberg'.—Mandatum est Johanni de Eston', constabulario de Merleberg', quod ea que indigent reparatione in castro de Merleberg' et in turri ejusdem castri secundum particulas contentas in literis ipsius constabularii domino regi transmissis, falsa cumbla cooperiri faciat ad presens, ita quod ea salvo et absque detrimento consistere possint in hac instanti hieme; et stagnum regis ibidem modis quibus poterit emendari et reparari faciat, et de molendino de Elcote reparando ad presens sustineat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro quodam capellano.—Rex concessit Willelmo de Radeclive, capello (*sic*) suo ministranti in capella castri Dublin', centum sol. vel x m̃. redditus in beneficio ecclesiastico, quamcito hujusmodi redditus vacare contigerit in Hibernia de donatione regis, ad ipsum capellanum sustentandum. Et mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod ex quo data fuerit ei ad hoc opportunitas, de predictis c s̃. vel x m̃. redditus in aliquo beneficio ecclesiastico de escaetis ad donationem regis pertinente, eidem capellano provideat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Nereford'.—Rex concessit Johanni de Nereford' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, illas x lĩ. annuas, quas Walterus de Pateshull' reddere consuevit advocato de Bethun' de tenemento quod habet ad firmam de eodem advocato in comitatu Bed'. Et mandatum est eidem Waltero quod illas x lĩ. ipsi Johanni singulis annis reddat, sicut predictum est, et sicut eas predicto advocato reddere consuevit. Teste rege apud Glouc', ij die Julii.

Rex perdonavit Ricardo de Wyleg, viridario de Fecham, iram et indignationem quam erga eum conceperat pro bosco Willelmi de Camvill', qui est infra eandem forestam, male custodito. Et mandatum est vicecomiti War' quod eidem Ricardo de terra sua, quam rex in manum suam capi precepit occasione illa, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Et si quid inde ceperit occasione predicta, id ei sine dilatione reddat. Teste apud Cyrenc', iiij die Julii.

Mandatum est Rogero de Clifford' quod habere faciat abbati de Flexl' duas quercus in boris foreste de Den' ubi competentius et ad minus nocumentum foreste capi possint, ad maeremium faciendum ad alam quandam ecclesie sue de Flexl' cooperiendam, de dono regis. Teste ut supra.

Rex concessit abbati et monachis de Den' duas acras prati in Walemora ad incrementum prati sui quod illic habent vicinum; videlicet, duas acras ad perticam nostram in loco propinquiori predicto prato suo. Et

* Corrected from "Ricardo de Wrotham."

1229.

[m. 8.] mandatum est Rogero de Clifford' quod predictas duas acras prati in loco propinquiori prato suo eis assignari faciat ad perticam regis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Mandatum est Rogero de Clifford' quod Henricum Pegenet, qui est in prisona regis apud Sanctum Briavell', et quem Johannes de Monem' cepit apud Monem', liberari faciat vicecomiti Glouc' in pleno comitatu suo coram coronatoribus ejusdem comitatus, liberandum ibidem eidem Johanni in custodia, si presens fuerit, ad habendum eum coram justiciariis ad primam assisam etc. vel ad ipsum liberandum in pleno comitatu suo coram predictis coronatoribus hominibus ipsius Johannis loco suo quos illuc ad hoc mittet, si idem Johannes presens non fuerit ad habendum eum coram predictis justiciariis sicut predictum est. Teste ut supra.

Quia protestatum est coram rege et consilio suo quod ecclesia de Shrewordin', que vacat, spectat ad donum Johannis filii Alani, significatum est H. Herefordensi episcopo quod non obstante presentacione quam rex fecit de Hereberto clerico suo ad eandem ecclesiam, ad presentacionem predicti Johannis idoneam personam admittat. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Sumerset' salutem. Precipimus tibi quod permittas homines de Raddeclive communicare et sectam facere cum hominibus Bristoll', sicut facere consueverunt antequam precipissemus quod tibi tanquam vicecomiti essent intendentes, et de eis aliter te non intromittas quam facere consuevisti ante predictum preceptum nostrum. Teste rege apud Lechel', v die Julii.

Mandatum est Willelmo de Putoc, constabulario Bristoll' quod habere faciat ballivis domini regis Bristoll' meiremium in bosco de Furches ad molendina regis Bristoll' reparanda. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Longel' quod habere faciat fratribus hospitalis Sancti Johannis Baptiste de Dureford', viginti carectatas de sicca busca in foresta de Wychewude de dono regis. Teste ut (*sic*).

[m. 7.] *Pro Ada de Jeland'.*—Rex concessit Ade de Jeland' custodiam terre et heredis Ade de Penelbir', qui de rege tenuit in capite, cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod eidem Ade de tota terra que fuit predicti Ade in balliva sua cum predicto herede, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Witten', vj die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Gray quod habere faciat Alano Ba[illegible]t duas quercus in foresta regis de Chypeham de dono regis, ad parcum suum de Wutton' claudendum. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod non distringat Johannem de Nevill' per terras quas habet in balliva tua, pro debito quod exigitur de Hugone de Nevill, patre ejus, per summonicionem Scaccarii, desicut predictus Hugo aliam terram habet per quam distringi poterit ad solutionem predicti debiti. Teste ut supra.

1229.

[m. 7.] *Pro Rogero de Sumery.*—Dominus rex cepit homagium Rogeri de Sumery, fratris Willelmi Percevall' de Sumery,* de tota terra quam predictus Willelmus Perceval de rege tenuit in capite et que ipsum Rogerum jure contingit hereditario. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod eidem Rogero de tota terra que fuit predicti Willelmi Perceval in balliva sua, et unde Nicholaus filius ipsius Willelmi, cujus heres idem Rogerus est, obiit saisitus, et que ipsum Rogerum jure contingit hereditario, sine dilatione plenam saisinam habere faciat, salvis R. comiti Cestrie et Linc' bladis et catallis suis que habet in eadem terra. Teste rege apud Wudestok', x die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Staff' et Salopie.

Pro priore Sancte Margarete de Merleberg'.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod permittat priorem Sancte Margarete de Merleberg' capere consuetudinem cervisie que vocatur Tolsester in bertona de Merleberg', sicut eam capere solebat temporibus aliorum constabulariorum; videlicet, temporibus H. regis avi nostri, R. regis avunculi nostri, et domini J. regis, patris nostri, usque ad tempus quo recepisti predictum castrum custodiendum per preceptum nostrum. Et tres acras terre et dimidiam quas idem prior tenet de nobis in predicta bertona, reddendo inde nobis per annum vj đ., ipsum in pace tenere permittas usque ad festum Sancti Michaelis anno xiij, et tunc eam capiat in manum domini regis et salvo custodiat donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Hibernia. Pro priore de insula Sancti Patricii.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quod loquelam que est coram eo in curia Dublin' inter Theobaldum Pincernam petentem et Philippum priorem de Insula Sancti Patricii tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Baligosan', ponat in respectum quamdiu idem prior fuerit in Anglia pro electione ecclesie Dublinensis et donec facta electione redierit in Hiberniam. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao Parvo.—Mandatum est eidem justiciario quod omnia placita et querelas que mote sunt in Hibernia versus Nicholaum Parvum postquam idem Nicholaus recessit de Hibernia in veniendo ad nos in Angliam, ponat in respectum usque in octabas clausi Pasche anno etc. xiiij. Appellum autem quod idem Nicholaus facit versus Ricardum Dullard' de morte hominis, in suspenso teneat usque ad adventum suum in Hiberniam in eo statu in quo fuit quando idem Nicholaus de partibus illis recessit veniendo in Angliam. Ita quod interim ipse et plegii sui vel aliquis alius ex suis inde non occasionentur nec in aliquo vexentur. Teste ut supra.

De indignatione remissa quibusdam.—Dominus rex remisit Galfrido Gothitde, Johanni filio Matilde, et Gileberto Dod iram et indignationem quam erga eos conceperat pro pellibus founinis captis cum eis in foresta de Wychewod'. Et mandatum est Thome de Langel' quod ipsos occasione

* Corrected from "le Waleis."

1229.

[m. 7.] predicte transgressionis captos et in prisona regis detentos sine dilatione deliberet, accepta ab eis securitate quod erga regem decetero non forisfacient in foresta regis de venatione sua. Teste ut supra.

Pro Roberto de Sancto Johanne.—Dominus rex commisit Roberto de Sancto Johanne ad se sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit, totam terram quam Ricardus Walensis tenuit de ballio domini J. regis in Uplamburn'. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod tam de terra illa unde idem Ricardus fuit saisitus die quo obiit, quam de terra illa quam idem Ricardus dimisit Joceo de Pluganay de predicta terra, et quam idem Ricardus tenuit de eodem ballio ipsius J. regis, sicut predictum est, et unde Robertus de Plugenay tenet de dono ipsius Jocei tres virgatas terre, et Walterus de Sevekeworth' tenet de dono ejusdem Jocei unam virgatam terre, et Henricus de Scaccario tenet unam virgatam terre et dimidiam de dono ejusdem Jocei, et Alanus de Plugenay tenet unam virgatam terre de dono ejusdem Jocei, sicut plenius constat domino regi per inquisicionem quam inde fieri fecit, et quam regi idem vicecomes misit, eidem Roberto sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel' de proficuo comitatuum Staff' et Salopie.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Henrico de Aldithel' totum proficuum comitatuum Staff' et Salopie ad custodiam eorundem comitatuum et castrorum nostrorum de Salopia et de Bruges, a festo Sancti Michaelis anno regni nostri xij° usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri tercio decimo. Et hoc vobis significavimus ut sic fieri et inrotulari faciatis. Teste rege apud Oxoniam, xij die Julii.

De fustis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod de dono regis faciat habere fratribus predicatoribus Oxonie iiij fusta in balliva sua ad se hospitandum apud Oxoniam, ubi competentius poterit et ad minus nocumentum foreste et propinquius ad cariandum ibidem, ad opus eorundem fratrum. Teste ut supra.

De venatoribus missis ad currendum.—Dominus rex misit magistrum Wydonem et Johannem Stultum, venatores suos, ad currendum ad cervos in balliva Willelmi de Horton'. Misit eciam Philippum de Candevr', venatorem suum, ad currendum ad damos in balliva ejusdem usque ad festum Sancte Marie Magdalene proximo venturum. Et mandatum est eidem Hugoni quod eos ibidem ad hoc currere permittat, et videat quantum venatores capient ad opus regis. Teste rege apud Walingeford', xiij die Julii.

De terra in Heuxton' commissa L. capellano.—Rex commisit L. decano Sancti Martini Lond' totam terram integre, que fuit Rogeri de Thorpel', qui mortuus est, in Heuxton, custodiendam quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod eidem decano sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', xv die Julii.

1229.

[m. 7.] *Pro vinitoribus Walingford'.*—Rex concessit vinitoribus Waling' quod sextercium vini vendatur in villa Waling' pro x denariis, donec rex aliud inde preceperit. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod hanc assisam vini clamari faciat et ibidem teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao Parvo.—Rex R. de Burgo, justiciario suo Hybernie, salutem. Ostendit nobis dilectus et fidelis noster Nicholaus Parvus quod cum nec ipse nec baillivi sui fuissent summoniti ad respondendum de quibusdam consuetudinibus injuste levatis in terra sua de Munnger', ut dicitur, justiciarii nostri Hybernie nichilominus ipsum occasione dictarum consuetudinum amerciaverunt usque ad xx libras. Et ideo vobis mandamus quod diligenter inquiratis utrum ipse Nicholaus ita sine summonicione fuisset amerciatus, sicut asserit; et si ita est, tunc de amerciamento illo tantum faciatis ne iterata querela inde ad nos pervenire debeat. Teste rege apud Westmonasterium, xvj die Julii, anno regni nostri xiij°.

Pro H. de Burgo etc.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod mercatum quod H. de Burgo etc. habere consuevit apud manerium suum de Sutherton', decetero clamari faciat et teneri apud manerium suum de Westhal', sicut prius preceptum fuit teneri apud Sutherton'. Teste ut supra.

De balistis liberando Waltero de Evermue.—Mandatum est Roberto de Camvill' quod omnes balistas que venerunt de castro de Noting' usque Linc' ad muniendum castrum Linc' tempore quo idem Robertus fuit constabularius ejusdem castri sub Nicholaa de Haya, de quibus nec ipsa Nicholaa nec ipse Robertus domino regi postea responderunt, si fuerint in custodia sua, liberet Waltero de Evermue, constabulario castri Linc'; et si fuerint in custodia domine sue vel cujuscunque alterius, diligentiam apponat ut similiter liberentur eidem Waltero, sciturus quod nisi fecerit, omnes terras suas capi in manum suam precipiet dominus rex. Teste rege apud Westmonasterium, xviij die Julii.

Et mandatum est eidem Nicholae quod liberet easdem balistas predicto Waltero ne dominus rex ad hoc apponere debeat manum graviorem. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Walteri de Stradlegh'.—Rex cepit homagium Roberti filii Walteri de Stradleg' de tota terra quam Walterus de Stradleg', pater ejus, de rege tenuit in capite, et que ipsum Robertum jure contingit hereditario. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod eidem Roberto de tota terra quam predictus Walterus, pater ejus, de rege tenuit in capite in balliva sua, et que ipsum jure contingit hereditario, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod permittat servientes R. Cantuariensis electi capere duos damos in foresta Essex' ad opus ipsius electi, de dono regis. Teste ut supra.

1229.

[m. 7.] *Pro Jollano de Everm'.*—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, non obstante precepto regis quod ei fecit de terra comitis Sancti Pauli in Farenham in manum regis capiendam, quam Reymundus de Burgo habuit de ballio regis et quam idem Reimundus dimisit Jollano de Everm', permittat eidem Jollano habere sine inpedimento blada et catalla sua que habet in eadem terra. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

De manerio de Wenden'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod de manerio de Wenden' cum pertinentiis, quod cepit in manum regis per preceptum suum, plenam saisinam habere faciat Henrico filio Aucheri ad respondendum inde per manum suam Benedicto Crespin, Judeo, pro Ricardo de Chileham, de debito quod ipse Ricardus predicto Judeo debet super manerium illud. Teste ut supra.

De balistis reparandis.—Mandatum est Henrico filio Aucheri, constabulario turris Lond' quod viginti et unam balistam de earum quas Bertram de Cryoil, constabularius Dovr', ei liberabit, recipiat et sine dilatione reparari faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Bertram quod eas predicto Henrico liberet reparandas, sicut predictum est. Teste ut supra.

De denariis vinorum venditorum liberandis Johanni de Colemere.—Mandatum est Petro de Ponte quod omnes denarios quos recepit de xij doliis vini regis venditis que fuerunt in custodia sua, sine dilatione liberari faciat Johanni de Colemere ad respondendum inde nobis quando preceperimus. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Linc' quod, non obstante precepto regis quod ei fecit de ipso Petro distringendo ad solutionem eorundem denariorum regi faciendam, pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro episcopo Lincolniensi de feria mutata.—Rex concessit H. Lincolniensi episcopo quod feria que teneri solebat apud manerium suum de Bicleswad' ad festum Assumptionis Beate Marie, decetero teneatur ibidem ad festum Exaltationis Sancte Crucis, sicut teneri solet ad predictum festum Assumpcionis, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Bedef' quod predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De l marcis concessis Ricardo Duket ad se sustentandum in servicio regis in Hibernia.—Rex Ricardo de Burgo etc. salutem. Sciatis quod concessimus Ricardo Duket l m̃. ad se sustentandum in servicio nostro in Hibernia usque ad Pascha anno etc. xiiij, de quibus l m̃. pacari fecimus ei in Anglia x m̃. Et ideo vobis mandamus quod ei de residuo in Hibernia faciatis responderi. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Willelmo de Lacy.—Rex Ricardo de Burgo etc. salutem. Mandamus vobis quod decetero faciatis habere Willelmo de Lacy annuum feodum suum quod percipere consuevit ad Scaccarium nostrum Dublin' de dono nostro. Teste ut supra.

1229.

[m. 7.] *Hibernia. De commodo regis faciendo de terris que fuerunt Thome filii Antonii.*—Mandatum est eidem quod omnes terras de quibus Thomas filius Antonii fuit saisitus die quo obiit, capiat in manum regis, et de eisdem assidendis et dimittendis ad firmam per consilium G. de Turvill', archidiaconi Dublinensis, et Ricardi Duket, commodum regis faciat, sicut ipsi domino regi magis viderint expedire. Teste ut supra.

Hibernia. De todo de Dunmegan'.—Mandatum est eidem quod si expedire viderit commodo et honori regis quod Adam de Stanton' teneat de rege todum de Dunmegan', qui dicitur feodum v militum, per feodum unius militis, tunc todum illum ita ei liberet. Teste ut supra.

Hibernia. De commodo regis faciendo de quibusdam cantredis.—Mandatum est eidem quod de cantredis qui sunt in manu regis non edificati nec habitati, retineat meliorem terram in manu regis et dominicum regis, et de residuo per consilium Ricardi Duket et archidiaconi Dublinensis assidendo et committendo ad commodum regis provideat, et scire regi faciat distincte et aperte quibus et quantum singulis eorum et per quod servicium residuos cantredos illos dimiserint, et rex hoc audito et habito inde consilio placitum suum ei significabit. Teste ut supra.

De Ricardo Duket misso in Hiberniam.—Rex J. Fernensi episcopo salutem. Mittimus Ricardum Duket, de cujus fidelitate et providentia confidimus, ad partes Hibernie ut una vobiscum jura Scaccarii nostri Hibernie conservet, et vobis in consiliis et negociis ejusdem Scaccarii assistat. Et ideo vobis mandamus quod ipsum ad hoc admittatis. Teste ut supra.

De manerio de Chingeford'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, non obstante mandato regis ei facto de manerio de Chingeford' capiendo in manum regis, quod Robertus de Westmonasterio tenet ad firmam de Ricardo de Chileham, permittat eundem Robertum tenere manerium illud donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per Rannulfum Britonem.

Pro uxore Semani balistarii.—Rex concessit Legarde uxori Semani balistarii ad sustentationem suam et puerorum suorum liberationem duorum denariorum quam Johannes le archer percipere solebat in die de elemosina constituta, et quam idem Semanus emit de eodem Johanne. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predicte Legarde predictam liberationem habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 6.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Radulfo filio Nicholai tres quercus in foresta de Wichewud' de dono regis, in auxilio maeremii ad edificationem domorum suarum de Eston'. Teste rege apud Neuport, xxj die Julii.

Pro W. comite de Ferrariis.—Rex vicecomiti Dereb' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro W. comiti de Ferrariis servicium feodi unius militis quod Willelmus de Vernun tenet in Haddon' et quod

1229.

[m. 6.] servicium dominus J. rex, pater noster, eidem comiti dedit et concessit, et homagium ipsius comitis inde cepit, et de quo servicio idem Willelmus ipsi patri nostro intendere solebat antequam illud servicium eidem comiti concesserat. Et ideo tibi precipimus quod de scutagiis feodi illius que ab eodem Willelmo exigis ad opus nostrum, pacem eidem Willelmo habere et de servicio predicto ipsum Willelmum decetero ipsi comiti respondere permittas. Teste rege apud Norhamt', xxv die Julii. Per Radulfum filium Nicholai.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' pro eodem comite de servicio feodi dimidii militis quod idem Willelmus tenet in Adestok'. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Willelmo de Ireby.—Mandatum est vicecomiti Cumbrie quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat Willelmo de Ireby de tota terra ipsius Willelmi in balliva sua, et quam in manum regis cepit per preceptum suum pro transgressione foreste. Et si quid inde ceperit occasione illius transgressionis, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilup' et Willelmo Talebot.—Consimiles literas habent:—Willelmus de Cantilup' junior, directas vicecomiti Buk'; Willelmus Talebot, directas vicecomiti Suff'.

De feria de Newere duplicata.—Rex concessit H. Lincolniensi episcopo quod preter feriam, quam habet singulis annis ad festum Sancte Marie Magdalene apud manerium suum de Newere', habeat singulis annis unam aliam feriam ibidem per quatuor dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die Apostolorum Philippi et Jacobi et per duos dies proximo sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod predictam feriam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri. Teste rege apud Norhamt', xxv die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Leic', Linc', et Eboraci quod feriam illam clamari faciant. Teste ut supra.

Pro leprosis Lancastr'.—Mandatum est Rogero Gernet quod una cum vicecomite Lanc' et per visum viridarii de foresta Lanc', que est in custodia sua, et per visum aliorum proborum et legalium hominum, assignari faciat in eadem foresta leprosis hospitalis Lanc' aliquam portionem certam et competentem ad pasturam ad opus animalium suorum, habendam et tenendam quamdiu domino regi placuerit; ita quod pro pastura illa nullum ab eis denarium capiat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod ad diem et locum quos idem Rogerus ei scire faciet, eidem Rogero ad hoc occurrat, cui rex precepit quod ad assignationem illam faciendam, diem et locum competentem eidem vicecomiti significet. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Henrici et matre ejus.—Monstraverunt domino regi Robertus filius Henrici et Alicia, mater ejus, quod cum tradidissent ad firmam Willelmo de Balderton' duas partes unius virgate terre cum pertinentiis in Balderton', tenendas singulis annis pro voluntate sua,

N 2

1229.

[m. 6.] vicecomes Salopie occasione terre ipsius Willelmi quam cepit in manum regis eo quod idem Willelmus de morte cujusdam hominis rettatus est et pro morte illa in prisona regis detentus est, predictas duas partes illius virgate terre simul cum terra ejusdem Willelmi cepit idem vicecomes in manum regis.

Et mandatum est vicecomiti illi quod, si ita est, predictis Roberto et Alicie de predictis duabus partibus predicte virgate terre sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro priore de Lenton' de quarrera.—Rex concessit priori et monachis de Lenton' unam quarreram in rilleto foreste de Noting' ad effodendum ibidem quamdiu regi placuerit petram ad reparationem turris ecclesie sue, que corruit anno preterito. Et mandatum est Henrico de Lamel' quod competentem eis locum ad hoc assignet. Teste ut supra.

Pro justiciario Scottie de x li. perdonatis.—Rex perdonavit Waltero Olifard, justiciario Scottie, x li. unde amerciatus fuit pro defalta coram justiciario foreste in itinere suo in comitatu Norhamt'. Et mandatum est H. de Nevill' quod eum inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ferr'.—Rex concessit Willelmo de Ferr' vesturam xij acrarum terre de assarto in Estpirie, que capte fuerunt in manum regis per preceptum suum. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod blada illa ei quieta habere faciat. Teste ut supra.

Pro comite Glouc' de bladis de Suggirel'.—Mandatum est vicecomiti Bedef' quod permittat G. comitem Glouc' et Hertford' habere blada sua que seminari fecit in terra de Suggivel', quam rex reddi fecit Waltero de Godarvill', et amovere sine impedimento catalla et instaura sua que habet in eadem terra, et si quid inde amotum fuerit, id ei reddat. Teste ut supra.

Pro Terrico de Stamford'.—Mandatum est ballivis de Lenn' quod permittat (*sic*) Terricum de Stamford' sine impedimento unam navellam apud Lenn' ad xl saccos lane transvehendos ad partes transmarinas. Teste ut supra.

De venatoribus missis ad currendum.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod admittat Guidonem et Johannem Stultum, venatores regis, ad capiendum iiij cervos in foresta de Cet' ad opus regis, quos rex illuc ad hoc mittit. Teste rege apud Hegham, xxvj die Julii.

Eodem modo scribitur custodi foreste de Graveling' de eisdem venatoribus illuc missis ad capiendum tres cervos in foresta de Graveling' ad opus regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Galfrido de Costentin.—Rex R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Sciatis quod pro cantredo quod vocatur Trithweth', quod dominus J. rex, pater noster, dedit et concessit Galfrido de Costentin in escambium pro cantredo illo in Connatia in quo situm est castrum nostrum de Atlon, et quod cantredum de Tritweth' nunc est

1229.

[m. 6.] unum de v cantredis nostris que retinuistis in manu nostra in Connatia, dedimus et concessimus eidem Galfrido xxx feoda militum remotiora a castro nostro de Atlon et viciniora Hiberniensibus, retentis in manu nostra xx feodis militum propinquioribus et vicinioribus predicto castro de Atlon. Et ideo vobis mandamus quod eidem Galfrido assignetis predicta xxx feoda militum in predicto cantredo de Trithweth, retentis in manu nostra predictis xx feodis militum, sicut predictum est, et inter predicta xxx feoda militum et predicta xx feoda nostra certas metas et bundas fieri faciatis, et easdem metas et bundas prout facte fuerint, nobis scire faciatis. Teste ut supra.

De denariis archiepiscopatus Dublinensis.—Mandatum est J. Fernensi episcopo quod omnes denarios quos Robertus Luterel et Galfridus clericus receperunt de archiepiscopatu Dublinensi ad opus L. decani Sancti Martini Lond', et quos liberabunt ad Scaccarium Dublin' sicut rex eis mandavit, ab eis recipi faciat et illos domino regi in Angliam mittat, cum aliis denariis quos domino regi mittet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, per eadem verba.

Et mandatum est eisdem Roberto Luterel et Galfrido, quod de archiepiscopatu Dublinensi de cetero non intromittant, quem rex commisit G. archidiacono Dublinensi et Galfrido de Costentin custodiendum quamdiu regi placuerit, ad respondendum inde ad Scaccarium Dublin'. Denarios etiam quotquot receperunt de predicto archiepiscopatu, liberent ad Scaccarium Dublin', quia rex mandavit predicto justiciario et J. Fernensi episcopo quod denarios illos ab eis recipiant et mittant in Angliam una cum aliis denariis quos domino regi mittent. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Ricardo Duket.—Rex justiciario Hibernie, salutem. Sciatis quod dedimus Ricardo Duket illas x m̄. quas vobis mandavimus nos ei liberasse in Anglia, in parte solucionis l m̄. quas ei concessimus ad se sustentandum in servicio nostro in Hibernia, usque ad Pascha anno etc. xiiij°. Et ideo vobis mandamus quod predictas l m̄. ei plenarie in Hibernia habere faciatis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Thome de Muleton' quod habere faciat Rogero de Quency duos cervos in foresta de Cumbr' de dono regis. Teste ut supra.

Pro uxore Rogeri de Thorpel.—Mandatum est custodi terre et heredis Rogeri de Thorpel quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat Mabilie, que fuit uxor Rogeri de Thorpel junioris, de omnibus terris cum pertinentiis unde idem Rogerus eam dotavit de voluntate Rogeri patris sui. Teste ut supra.

De licencia ducendi duos palefredos in partes transmarinas.—Mandatum est ballivis portus de Portesm' quod permittant Robertum Robillard', hominem Ricardi de Harecurt, sine impedimento ducere duos palefredos ad partes transmarinas ad opus domini sui. Teste ut supra.

1229.
[m. 6.] *Hibernia. Pro Nicholao de Verdun'.*—Mandatum est justiciario Hibernie quod omnes loquelas motas in Hibernia contra Nicholaum de Verdun', ponat in respectum quamdiu idem Nicholaus fuerit cum rege in servicio suo per preceptum suum. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Thurstano de Perepunt.—Rex concessit Thurstano de Perepunt illas duas carucatas terre cum pertinentiis in Uriel que regi escaebant per suspensionem Willelmi de Baskervill', et quas rex prius commiserat eidem Thurstano ad se sustentandum in servicio suo. Ita quod idem Willelmus reddet regi de eadem terra duas marcas per annum, sicut inde prius reddi consuevit, donec rex aliud inde preceperit; de qua terra homagium ipsius Thurstani rex cepit. Et mandatum est justiciario Hibernie quod predictam terram ipsum ita tenere permittat. Teste rege apud Sanctum Neot', xxvij die Julii.

Hibernia. Pro Ricardo de Burgo.—Rex concessit Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, quantum ad regem pertinet, domum illam cum pertinentiis suis quam Willelmus Norensis tenuit de rege in Waterford', reddendo regi per annum ad Scaccarium Dublin' sex denarios per annum. Et mandatum est ballivis Waterford' quod eidem Ricardo de domo illa cum pertinentiis plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex mandavit Hugoni de Nevill' quod habere faciat Christiane uxori Reymundi de Burgo duos damos in foresta de Wauberg' de dono regis. Teste ut supra.

De navi ventura usque Portesm'.—Mandatum est ballivis de Portesm' quod si Walkelinus le Franceis fecerit eis bonam securitatem quod navis quam ducit carcatam marmore abbatis Waltham et arestatam in portu suo occasione precepti regis quod fecit de navibus arestandis, erit apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies parata ire in servicium regis, tunc navem illam deliberare et sine inpedimento abire permittant, significantes per literas suas patentes omnibus ballivis portuum maris per quos navis illa transitum factura est versus partes Lond', quod securitatem illam ab ea ceperint. Teste rege apud Bernewell', primo die Augusti.

De custodia filii et heredis Rogeri de Thorpel cum terra ejus.—Rex concessit L. decano Sancti Martini Lond' custodiam terrarum et heredum Rogeri filii Rogeri Thorpel, qui de rege tenuit in capite, cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod de tota terra que fuit ipsius Rogeri cum pertinentiis in balliva sua eidem L. sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Chipeham, ij die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebrigie et Huntind'. Et mandatum est Mabilie, que fuit uxor ipsius Rogeri, quod heredes ipsius Rogeri, qui sunt in custodia sua, ei faciat liberari. Teste ut supra.

1229.

[m. 6.] *De navibus venturis usque Portesm'.*—Mandatum est ballivis de Jernem' quod, accepta securitate de Henrico Ruffo quod navis illa quam ducit carcatam lana Walteri le Flemeng de Suhamt' et Nicholai de Lecton', et arestatam in portu suo occasione precepti regis eis facti de navibus arestandis, quod erit apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies parata ire in servicium regis, tunc navem illam deliberari faciant et quo voluerit abire permittant. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis de Jernem' quod si Aug' Buchard' invenerit eis bonam securitatem quod navis illa quam ducit et carcata fuit vinis Elye Tatin, hominis Bath' de Podio, et in portu suo arestata est occasione precepti quod rex fecit de navibus arestandis, quod navis illa erit apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies parata ire in servicium regis, tunc navem illam deliberari faciant et ipsum Eliam de vinis predictis pro voluntate sua disponere permittant. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis de Winchel' quod si Radulfus Ruffus de Dunewic' fecerit eis bonam securitatem quod navis quam ducit carcatam vinis Vigerusi et Bidall' de Mer et Bernardi Baran, et arestatam apud Wincheles' occasione precepti etc. erit apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies parata ire in servicium regis, tunc navem illam deliberari faciant. Teste rege apud Walsing', v die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni (*sic*) quod habere faciat Radulfo de Trublevill' duos damos in foresta de Rokingh' de dono regis. Teste rege apud Norwic', x die Augusti.

De nave ventura usque Portesm'.—Mandatum est ballivis portus de Gernem' quod navem Simonis le Drake de comitatu Sussex' piscatoriam, carcatam allece et in portu suo arestatam occasione precepti domini regis de navibus arestandis, ad portum suum de Sorham sine inpedimento abire permittant, accepta ab eodem Simone securitate quod a festo Sancti Michaelis in xv dies erit in predicto portu suo de Sorham cum nave sua parata ire in servicium regis; et literas suas patentes eidem Simoni fieri faciant dirigendas ballivis singulorum portuum per quos transitum fecerit et protestantes quod predictam securitatem ab eo receperitis, ita quod per predictos portus cum predicta nave sua libere transeat et sine inpedimento. Teste ut supra.

Pro abbatibus et monachis ordinis Cysterciensis.—Mandatum est ballivis portus Dovr' quod non obstante precepto regis de navibus arestandis in portu suo, vel alia prohibitione regis facta de mercatoribus de dominico et potestate regis Francorum, permittant abbates de ordine Cysterciensi et monachos ejusdem ordinis, sive sint de Anglia sive aliunde, proficiscentes ad instans generale capitulum* Cisterciense anno etc. xiij°, sine inpedimento transfretare in portu suo cum hominibus, equis et hernesio suo. Teste rege apud Wimundham, x die Augusti, anno xiij°. Per regem.

* Corrected from "concilium."

1229.

[m. 6.] *Pro priore de Bernewell'.*—Rex concessit per cartam suam priori de Bernewell' et canonicis quod habeant inperpetuum unam feriam apud Bernewell' singulis annis per iiij dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die Sancte Etheldrede virginis in estate et per duos dies proximo sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod feriam illam faciat clamari et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 5.] *De terra que fuit Rogeri de Thorpel.*—Rex concessit L. decano Sancti Martini London' totam terram que fuit Rogeri de Thorpel, cum omnibus catallis que fuerunt ipsius Rogeri in ea inventis. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod de tota terra que fuit ipsius Rogeri in balliva sua, cum omnibus catallis que fuerunt ipsius Rogeri in ea inventis, Willelmo le Mestre loco ipsius L. sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Clar', xvij die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebrigie pro eodem L. de saisina terre, que fuit ipsius Rogeri, facienda Hugoni de Burdeleis loco ipsius L.

De damo dato.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Philippe uxori Willelmi de Symilly, nepti H. de Trublevill', unum damum in foresta de Brehull' de dono regis. Teste ut supra.

Rex constabulario castri Dovr' salutem. Monstravit nobis Reimundus Vidan de Burdegala quod cum applicuisset cum vinis suis apud Sandwic', tu capta prisa vinorum suorum cepisti ultra prisam illam xxx dolia de vinis predictis et secundum justum et racionabile forum non fecisti appreciari. Et ideo tibi precipimus quod predicta xxx dolia vini per visum et testimonium proborum et legalium hominum facias racionabiliter appreciari et retineri, et denarios suos ei inde solvi facias. Teste rege apud Hadfeld', xxj die Augusti.*

De longis carectis regis apud Wintoniam.—Rex vicecomiti Suhamt' salutem. Mittimus fidelem clericum nostrum Willelmum Hardel usque Wintoniam, coram quo et coram te venire facias bonos et fideles operarios, fabros et carpentarios ad videndum longas carectas nostras que sunt in castro Wintonie, ut per eosdem defectum earum in fusto vel ferro suppleri facias per visum et testimonium legalium hominum, ipsas innovando vel reparando vel de novo reficiendo, sicut necesse fuerit, ita quod novem carectas ibi habeamus. Liberari enim fecimus eidem clerico nostro denarios nostros ad predicta facienda. Teste rege apud Writel', xxij die Augusti.

Pro Waltero Maillard'.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Waltero Maillard' duo vetera robora folia non ferentia in balliva sua de dono regis. Teste ut supra. Per L. capellanum.

* This entry is crossed out for deletion, the reason being given as "quia ad opus justic'."

1229.

[m. 5.] *De quercubus datis.*—Mandatum est eidem Ricardo, monacho de Colecestr', (*sic*) duos quercus in baillia sua ad reparacionem capelle sue de Bedemaresberegh'. Per dominum regem.

Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Johanni de Stowe duas quercus in bosco de Kingeswod', ad reparationem cujusdam capelle sue de Illegh' de dono regis. Teste ut supra.

De quadam navi de Kaleis'.—Mandatum est ballivis portus Dovr' quod navem de Kaleis' que applicuit in portu suo occasione guerre mote inter comitem Flandrie et comitem Bolonie, carcata rebus et mercandisis, in portu suo salvo custodiri faciant, ita quod de predictis rebus et mercandisis nichil amoveatur aut aliquo modo inde disponatur sine speciali precepto regis. Teste rege apud Havering', xxiij die Augusti.

De damis datis electo Cantuariensi.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod loco decem damorum quos dominus rex dedit venerabili patri R. Cantuariensi electo contra festum consecracionis sue, et quos idem electus nondum habuit, ut dicit, faciat habere eidem electo x damos in foresta baillie sue de dono domini regis. Teste rege apud Havering', xxiij die Augusti.

De quibusdam permittendis transfretare.—Mandatum est ballivis de Portesm' quod Willelmum Bonhome, Bartholomeum Fergant, Petrum Duette et Thomam de Fonte, homines Guale, prepositi de Nantes, transfretare permittant ad partes suas cum hominibus, equis et hernesio suo, accepta ab eis debita et consueta securitate. Teste ut supra.

De perdonatione facta hominibus S. de Malo Leone.—Rex ad instanciam Savarici de Malo Leone perdonavit hominibus de Insula de Wiet c s. ex una parte, qui ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii de itinere justiciariorum in partibus illis, et unam marcam et quinque solidos ex altera parte, qui exiguntur a Paulino serviente ipsius Savarici. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod eis inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Joyiner de London'.—Mandatum est constabulario Castri Dovr' quod sex saccos lane Willelmi Joyiner de Lond', qui fuerunt carcati in quadam navi in portu de Sandwic', quos arestari fecit ea occasione quod rex omnes naves in portu de Sandwic' inventas arestari precepit, si idem Willelmus per sacramentum proborum et legalium hominum, mercatorum et aliorum, probare poterit suos esse, ipsi Willelmo sine dilatione deliberari faciat, retenta navi illa in servicio regis, accepta prius ab eodem Willelmo securitate simul cum probatione predicta quod ipse de precio eorundem saccorum* regi respondebit, si postea possit convinci eos alterius quam suos esse. Teste ut supra.

Pro Sahero filio Henrici de London' et Johanni Garland'.—Mandatum est eidem constabulario quod res et mercandisas Saheri filii Henrici

* Corrected from "rerum et mercandisarum."

1229.

[m. 5.] de Lond' carcatas in quadam nascella de la Pole, quas arestari fecit ea occasione quod rex omnes naves in portu de Sandwic' inventas arestari precepit, et quas idem Saherus per sacramentum etc. ut supra in proximo brevi per omnia. Teste ut supra. Pro Radulfo filio Nicholai.

Consimiles literas habet Johannes Garland', civis Lond', directas eidem constabulario de mercandisis suis que carcate fuerunt in quadam navi de Suhamt' in portu de Sandwic'. Teste rege apud Havering', xxiij die Augusti.

De dato damo.—Mandatum est Henrico filio Aucheri quod habere faciat Henrico de Cornhull', cancellario Sancti Pauli Lond', unum damum in foresta Essex' de dono domini regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx die Augusti.

De quercu data.—Mandatum est parcario de Havering' et forestario bosci forinseci de Havering' quod habere faciat Savarico, hospiti dilecti et fidelis sui Philippi de Albiniaco, j quercum ad stabulum suum de dono suo in bosco forinseco. Teste ut supra.

Pro mercatoribus replegiandis captis apud Lond'.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod si Stephanus Mannotti, Sillate, Jacobus, Tancredus et alii mercatores de Florencia et homines sui capti cum eis et in prisona regis detenti apud Lond' occasione vulnerationis facte per quendam hominem suum cuidam homini Bernardi de Grimesby, ut dicitur, invenerint eis salvos et securos plegios ad standum inde recto coram rege quando et ubi preceperit, tunc eos simul cum rebus et catallis suis occasione predicta arestatis, tam denariis quam aliis, sine dilatione deliberari faciant per eandem plevinam. Et habeant ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege apud Windles', xxxj die Augusti.

Pro Petro le Flemeng de Neele.—Mandatum est ballivis portus de Sandwic' quod omnes res et mercandisas Petri le Flemeng de Neele, quas in portu suo arestaverunt occasione precepti regis quod fecit de mercatoribus extraneis qui non sunt de terra et potestate regis, quod ultra festum Sancte Marie Magdalene proximo preteritum moram non facerent in terra Anglie, sine dilatione deliberari faciant, permittentes ipsum Petrum de rebus et mercandisis ipsis pro voluntate sua disponere et abire quo voluerit sine inpedimento. Teste ut supra.

Consimiles literas habet Stephanus de Croy directas eisdem ballivis de Sandwic'.

De navi Danielis de Dovr' et Stephani de Croy.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod si Daniel de Dovr' invenerit eis bonam securitatem quod navis illa quam ducit carcatam rebus et mercandisis Stephani de Croy et arestatam apud Sandwic' occasione precepti etc. erit apud Portesm' etc., tunc etc.

Eodem modo scribitur ballivis de Winchel' de navi quam Willelmus le Bretun ducit carcatam mercandisis predicti Stephani de Croy et arestatam apud Winchel'.

1229.
[m. 5.] *De nave abbatis de Morgan.*—Mandatum est vicecomiti Devon' quod si frater Thomas de Morgan' fecerit eum securum per sacramentum suum quod navis abbatis de Morgan, quam ducit carcatam sale suo et arestatam infra ballivam suam occasione precepti etc. tunc eam deliberari faciat in quocunque portu inventa fuerit in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Warino de Muntchanes'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, non obstante precepto regis ei facto de terra que fuit Osberti Giffard' in balliva sua capienda in manum regis pro quadam summa pecunie regi debita et salvo custodienda, habere faciat Warino de Muntchanes' saisinam manerii de Ludesden', quod est de feodo predicti Warini, et quod predictus Osbertus de eo tenuit in vita sua, salvis executoribus testamenti ipsius Osberti rebus et catallis in eodem manerio inventis ad testamentum suum exequendum, salvo etiam unicuique jure suo quod habet in eodem manerio. Teste ut supra.

De navi Willelmi de Jenvall' et Hugonis Seman de Depa.—Mandatum est ballivis de Lenn' quod si Willelmus de Jenvall' de Depa fecerit eis bonam securitatem quod navis sua quam ducit carcatam rebus et mercandisis quorundam hominum Rothomagensis archiepiscopi de Depa et de Rothomago, et in portu suo arestata est occasione precepti etc. erit apud Portesm' etc. parata etc. tunc navem illam cum omnibus rebus et mercandisis predictis, deliberari faciant et abire quo voluerit permittant, accepto prius juramento a predicto Willelmo quod res et mercandise predicte sunt predictorum hominum ipsius archiepiscopi de Depa et de Rothomago. Teste rege apud Windles', ij die Septembris.

Consimiles literas habet Hugo Saman de Depa de navi sua carcata mercandisis predictorum hominum et apud Sandwic' arestata.

De navi Jacobi de Burwardcheth'.—Mandatum est ballivis portus de Winchel' quod si Jacobus de Burewardheth' invenerit eis bonam securitatem quod navis quam ducit carcatam rebus et mercandisis de Hibernia, et que arestata est in portu suo occasione precepti domini regis eis facti de navibus arestandis, erit apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies etc. tunc navem predictam cum predictis mercandisis sine dilatione deliberari faciant et quo voluerit abire permittant. Teste ut supra.

De navi Josephi Andree de Dovr' carcata lana Bernardi de Alverton' et aliis mercandisis.—Mandatum est ballivo* portus de Sandwic' quod si Bernardus de Alverton', qui est de terra regis Scotie, ut dicunt, per sacramentum proborum et legalium hominum mercatorum et aliorum probare poterit vij saccos lane arestatos in portu suo, simul cum aliis mercandisis contentis in nave Josep Andree de Dovr', suos esse proprios, et quod sit de Berewico de potestate predicti regis Scottie, tunc predictos vij saccos lane eidem Bernardo deliberet et sine impedimento abire permittat, retenta nave predicti Josep' ad eundum in servicio regis, accepta

* "Ball'" in MS. The verbs "deliberet" and "permittat" show that the word must be singular, though in the entry concerning Peter le Fleming the word is used in the plural.

1229.

[m. 5.] securitate a predicto Bernardo simul cum probatione predicta quod ipse de precio predictorum saccorum domino regi respondebit, si possit postea convinci predictos saccos alterius esse quam suos. Teste ut supra.

De nave Dionisii filii Randulfi et Johanne fil' Willelmi arestata per S. de Malo Leone.—Mandatum est S. de Malo Leone quod navem Dionisii filii Rannulfi quam Aug' Wurut ducit, et navem Joh' fil' Willelmi quam Willelmus Coiop' ducit, que quidem naves sunt de portu nostro de Dunewic' et per ipsum arestate in Pictavia, sine difficultate deliberari faciat et ad portum suum sine inpedimento redire permittat, ita quod se possint preparare ad veniendum cum rege in instanti passagio suo. Teste rege apud Lond', ix die Septembris.

De testamento Osberti exequendo.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, non obstante precepto regis nuper ei facto de omnibus terris que fuerunt Osberti Giffard' in balliva sua capiendis in manum regis et salvo custodiendis pro quibusdam debitis que idem Osbertus regi debuit, permittat executores testamenti ipsius Osberti abducere blada inventa in manerio de Ludesdon', quod fuit ipsius Osberti, quo voluerint, et de omnibus aliis rebus suis et catallis ibidem et alibi in balliva sua inventis, pro voluntate sua disponere ad testamentum ipsius Osberti exequendum; ita quod occasione predicti precepti ad blada, res et catalla predicta manum non mittat. Et si quid inde amotum fuerit vel distractum, id eis reddi faciat. Teste rege apud Windles', ij die Septembris.

De custodia terre et heredis Willelmi de Hasting' relicta ad executionem testamenti O. Giffard', cui rex eam prius concessit.—Rex concessit H. Roffensi episcopo, Henrico de Walepol, Isabelle que fuit uxor Osberti Giffard', et Matildi sorori ipsius Osberti, executoribus testamenti ejusdem Osberti, quod omnes terras et redditus de custodia terre et heredis Willelmi de Hasting', quam rex concessit predicto Osberto per finem quem cum eo fecit in vita sua, habeant et teneant usque ad etatem predicti heredis, ut exitus et proventus terrarum et redditunm ejusdem custodie percipiant usque ad terminum predictum ad executionem testamenti sui faciendam et ad debita sua acquietanda. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de omnibus terris et redditibus ad custodiam illam pertinentibus, et quos idem Osbertus tenuit in balliva sua, executoribus predictis plenam saisinam habere faciat ad testamentum predicti Osberti exequendum et ad debita sua acquietanda, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Oxonie et Berk'.

De nave de Baiona deliberanda.—Mandatum est Galfrido de Lucy et ballivis portus de Portesm' quod navem de Bayona carcatam rebus et mercandisis de Burdegala et de Regula et de aliis villis Wasconie, et arestatam in portu de Portesm', eo quod dicebatur eam esse carcatam mercandisis de Rupella, sine dilatione deliberari faciant et quo voluerit abire permittant. Teste ut supra.

1229.
[m. 5.] *Pro Henrico de Tybbetot de custodia terre et heredis Willelmi de Haya.*—Dominus rex concessit Henrico de Tibotot custodiam terre et heredis Willelmi de Haya, qui de nobis tenuit in capite, cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Essex',* quod de tota terra que fuit ipsius Willelmi et unde saisitus fuit† in baillia sua die quo obiit, plenam ei saisinam habere faciat, non obstante alio mandato etc. Teste rege apud Windles', iij die Septembris.

Et mandatum est ballivis de Colecestr' quod de uno mesuagio in Colecestr' quod fuit predicti Willelmi die quo obiit, plenam saisinam habere faciant.

De damo dato.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod in foresta regis de Brehull' faciat habere Thome Basset unum damum de dono regis. Teste ut supra. Per G. de Craucumbe.

Pro Galfrido le Sauser.—Mandatum est Johanni Marescall' quod si retinere voluerit blada que seminari fecit in terra quam Galfridus le Sauser tenuit in Grendon', et quam rex concessit Thome Basset, tunc sit respondens predicto Galfrido de firma ad terram illam pertinentem de hoc termino Sancti Michaelis anno etc. xiij, sciturus quod si hoc non duxerit faciendum, rex aliud inde precipiet. Teste ut supra.

Pro Henrico de Scaccario.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod habere faciat Henrico de Scaccario blada sua que seminari fecit in terra quam tenuit de Ricardo Walense in Uplamburn', et quam rex postea concessit Roberto de Sancto Johanne ad se sustentandum in servicio suo, non obstante precepto regis eidem vicecomiti facto de saisina ejusdem terre predicto Roberto facienda.

De mercatoribus Lumbardis captis apud Lond'.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod si singuli mercatores de Lumbardia quos tenent in prisona regis pro vulneratione hominis Bernardi de Grimesb', se replegiare voluerint adinvicem ad standum inde recto quando rex preceperit, tunc eos et omnes res et omnia catalla sua et denarios suos quos ceperunt pro eadem vulneratione, per talem plevinam cum plevina Guidonis de Florencia et Aimer' de Florencia, Vailland' de Florencia, et Bonzelac' de Florencia deliberari faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo Pauntulf de perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo Pauntulf' pro bono et fideli servicio suo et ad providendum sibi et preparandum se ad transfretandum nobiscum in Wasconiam, sex li. que ab eo exiguntur ad Scaccarium nostrum de arreragiis relevii sui, et sex li. et xij s. qui ab eo exiguntur ad idem Scaccarium de prestito J. regis, patris nostri, in Hibernia, Wallia, et Berkhamdon'. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xij li. et xij s., ipsum Willelmum quietum esse faciatis. Teste rege apud Windles', iiij die Septembris.

* Corrected from "et ideo illo precepimus."

† The last four words are corrected from "et quam de domino rege tenuit in capite."

1229.

[m. 4.] *De morte cujusdam pueri in comitatu Eboraci.*—Rex Roberto de Lexinton', Briano filio Alani, Roberto de Cokefeld', justiciariis assignatis ad assisas nove dissaisine capiendas in comitatu Eboraci et gayolam Eboraci deliberandam, salutem. Quia per transmissas nobis literas vestras accepimus quod cum quidam puer ix annorum, videlicet, Johannes Talevaz, ductus fuisset coram vobis in itinere vestro apud Eboracum, qui quoddam lignum, ut dicebatur, portabat, et inde esset superhoneratus, et lignum illud cecidisset super quendam puerum duorum annorum et dimidii, ita quod ex casu illo puer ille obiit, et coram vobis testificatum fuisset per patriam quod hoc accidit per infortunium, et Robertus filius Juliani, pater predicti pueri qui obiit, qui presens fuit coram vobis, cognovisset hoc quod ita accidit per infortunium, nos, quantum ad nos pertinet, infortunium illud perdonavimus eidem Johanni; et hoc vobis per literas nostras duximus significandum, ut ipsum ea occasione captum et in prisona nostra detentum a prisona deliberetis. Teste me ipso apud Windesour', iij die Septembris.

De navibus permittendis abire.—Mandatum est ballivis portus de Lenn' quod naves de terra A. regis Scottie, videlicet, navem Willelmi filii Laubin', et navem Ricardi de Depe, et navem Alexandri de Dunewic', carcatas blado, vino et sale et in portu suo arestatas occasione precepti regis etc. non obstante eodem precepto a portu suo recedere et ad partes suas abire sine inpedimento permittant. Literas etiam suas magistris predictarum navium fieri faciant patentes, dirigendas omnibus ballivis portuum maris per quos transitum fecerint, testificantes quod de licencia regis a portu suo recesserunt. Teste ut supra.

Pro Thurstano de Perepunt.—Rex concessit Thurstano de Perepunt illas duas carucatas terre cum pertinentiis in Uriel que regi escaebant per suspensionem Willelmi de Baskervill', et quas rex commiserat prius eidem Thurstano ad se sustentandum in servicio regis, tenendas per idem servicium per quod predictus Willelmus eas tenuit in vita sua, et homagium ipsius Thurstani inde cepit rex. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod ipsum terram illam ita tenere permittat. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Twyt.—Rex cepit homagium Ricardi de Twyt, filii et heredis Ricardi de Twit, de terris quibus predictus Ricardus, pater suus, saisitus fuit die quo obiit ut de feodo, et quas ipse tenere debet de rege in capite, et que ipsum jure contingit hereditario. Et hoc R. de Burgo, justiciario Hibernie, per has literas suas duxit rex significandum. Teste ut supra.

Pro Ricardo Gernun.—Eodem modo scribitur eidem pro Ricardo Gernun, filio et herede Willelmi Gernun.

De venatoribus missis.—Dominus rex mittit Alanum de Nevill' et Rogerum de Stopham cum canibus suis berserettis ad currendum ad damum in foresta de Brehull'. Et mandatum est Johanni de la Hoes', forestario

1229.

[m. 4.] de Brehull', quod ipsos currere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Willelmo de Coigneres de Widone venatore et Johanne Stulto, quos rex mittit cum mota sua ad currendum ad cervum in foresta de Windles'.

Ballivis Johannis de Munem' de Nova Foresta, de Willelmo Luvel et Philippo venatore, missis cum canibus suis daimerettis ad currendum ad damum in Nova Foresta.

Pro Henrico de Hasting'.—Mandatum est priori et sacriste Sancti Edmundi sicut ei prius mandatum fuit, quod habere faciant Henrico de Hasting', senescallo domus sue, liberationes suas debitas et consuetas sicut Willelmus pater suus et alii antecessores sui eas percipere consueverunt tempore vacacionis ejusdem abbatie; videlicet, temporibus H. regis, R. regis et domini J. regis. Teste ut supra.

De facienda inquisicione de receptatoribus. — Mandatum est vicecomiti Eboraci quod in fide qua regi tenetur, statim visis literis istis diligenter inquirat qui in comitatu suo receptant Rogerum filium Leonis, Robertum de Mesnil, Thomam de Apetot et Radulfum de Sefeld', parcarium de Witewell,' utlagatos pro morte Roberti de Haya, ut dicitur, et corpora eorum quos inquisierit eorum esse receptatores, statim capiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Lond' x die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Noting'.

De testamento Warini de Bassingburne.—Mandatum est vicecomiti Cantabrigie quod, non obstante precepto regis nuper ei facto de rebus et catallis que fuerunt Warini de Bassingburn' inventis in terris ipsius Warini salvo custodiendis, catalla predicta faciat habere executoribus testamenti ipsius Warini ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

De navibus de Dunewic'.—Mandatum est probis hominibus et ballivis Dunewic' quod bene placet domino regi quod inveniant ei xl bonas naves de portu suo, bene munitas omni genere armamentorum et bonis gubernatoribus et marinellis ad veniendum in servicium regis, et rogat eos rex quod easdem naves bene munitas, sicut predictum est, venire faciant usque Portesm', ita quod ibi sint ad festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Ricardus filius Ernaldi et Ricardus filius Cecilli, capti et detenti in prisona regis pro transgressione quam fecerunt apud Wigeforde versus Willelmum Monachum contra pacem regis, habent literas vicecomiti Essex' directas quod deliberet eos a predicta prisona, si inveniant ei salvos plegios qui eos manucapiant ad habendum eos coram rege quando preceperit ad standum inde recto. Teste rege apud Lond', xij die Septembris.

1229.

[m. 4.] *De navibus arestandis que xvj equos ferre possunt.*—Mandatum est constabulario Bristoll'* quod omnes naves in portu Bristoll' et in costera illa inventas que xvj eques et amplius ferre poterunt, cum omni festinatione faciant arestari, et a magistris earundem navium bonam securitatem et sufficientem capiat quod erint cum eisdem navibus apud Portesm' in octabis Sancti Michaelis proximo instantis anno etc. xiij°, parati ire in servicium regis quo preceperit. Teste ut supra.

De bobus mittendis usque Porcestr'.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' et Dors' quod l m̃. boum quos emi fecit per preceptum regis ad denarios suos, visis literis istis mitti faciat usque Porcestr', ita quod rex eos ibi habeat in octabis Sancti Michaelis anno etc. xiij°. Teste ut supra.

Pro Geroldo de Prendregest.—Rex cepit homagium Geroldi de Prendregast de terris quas de rege tenet in capite in Hibernia et finem fecit cum rege per lx m̃. pro relevio suo de eisdem terris. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod securitatem capiat a predicto Geroldo de predicto relevio regi reddendo. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Willelmo de Lond'.—Mandatum est eidem justiciario quod permittat Willelmum de Lond', decanum Sancti Patricii Dublin', tenere usque ad reditum suum de Anglia in Hiberniam, manerium regis de Escar, quod habet ad firmam de ballio regis per extensionem per S. de Hal et Ricardum Duket nuper in Hibernia factam, et scire faciat regi utrum expedit ei quod dimittat eidem decano predictum manerium ulterius per eandem firmam tenendum vel non; et quod permittat eum tenere duas acras in Liscailan quamdiu regi placuerit, pro quibus reddit regi per annum duos s̃. similiter per eundem redditum duorum solidorum tenendas vel non. Teste ut supra.

Pro Mauricio de Lond'.—Mandatum est eidem justiciario quod loquelam que est coram eo inter Mauricium de Lond', petentem, et abbatem de May tenentem, de feodis duorum militum in Glinogr', procedere faciat nisi predictus abbas teneat terram illam per cartam predecessorum regis, per quam ipse rex vel heredes sui eidem abbati debeat terram illam warantizare, non obstante mandato regis prius facto de loquela illa ponenda in respectum donec rex aliud inde precepisset. Teste ut supra.

Pro monachis de Bassingwere'.—Mandatum est Roberto de Lexinton' quod permittat abbatem et monachos de Basingwere' habere in pace decimas suas de novo essarto de Blakebroc, non obstante eo quod decime ille capte fuerunt in manum nostram per H. de Nevili' et Brianum de Insula, in ultimo itinere suo ad placita foreste in partibus illis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Johannes de Burtoft, captus et detentus in prisona apud Norwic' eo quod inventus fuit in societate Ade de Forset,

* Corrected from "Wintonie quod omnes quarellos."

1229.

[m. 4.] qui interfecit Wulmar' de Norwic', habet literas quod tradatur in ballium sex probis hominibus usque ad adventum justiciariorum.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Byrkin quod habere faciat Beatrici uxori Walteri de Everm' duos damos in foresta de Shirewod' de dono regis. Teste rege apud Roffam, xiij die Septembris.

Pro Aumarico de Sancto Amando.—Rex commisit Aumarico de Sancto Amando unam virgatam terre et dimidiam et quatuor tofta cum pertinentiis in Sadinton', que fuerunt Ricardi de Rollos, Normanni, et que Thomas de Welham tenuit de dono Willelmi de Lucy, qui ea habuit de ballio domini J. regis etc. ad ipsum Aumauricum sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod eidem Aumarico plenam inde saisinam habere faciat; salvis predicto Thome bladis et catallis suis que habet in eadem terra. Teste rege apud Favereshain, xv die Septembris.

De custodia terre et heredis Warini de Bassingburn'.—Rex concessit W. comiti Marescallo custodiam terre et heredis Warini de Bassingeburn' cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod de tota terra que fuit ipsius Warini in balliva sua, eidem comiti sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ipso rege apud Cantuariam, xviij die Septembris.

Pro mercatoribus de Florencia.—Mandatum est ballivis de Sorham quod permittant Jacobum mercatorem de Florencia abducere sine impedimento ad partes transmarinas in quadam navi, que non sufficit ferre xvj equos vel amplius, secundum mandatum regis alias eis inde directum, catalla et mercandisas ipsius Jacobi et sociorum suorum mercatorum de Florencia. Teste rege apud Cantuariam, xviij die Septembris.

Pro Willelmo May.—Rex concessit Willelmo May, valleto suo, terram quam Gilebertus de Montibus tenuit de rege in comitatu Norhamt', et de qua idem Gylebertus saisitus fuit die quo obiit, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod de tota terra quam idem Gilebertus de rege tenuit et de qua obiit saisitus in balliva sua, eidem Willelmo plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Favereshain, xix die Septembris.

Pro Ricardo et Johanne de Gray.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod habere faciat Ricardo de Gray et Johanni de Gray, fratri ejus, scutagium de feodis militum que comes Britannie tenuit de rege in capite, que quidem feoda spectant ad manerium de Swaffham, quod habent de ballio regis; scilicet, de scuto iij m̃. pro exercitu regis ad primum transfretationem suam quam facturus est ad partes transmarinas post festum Sancti Michaelis anno etc. xiij°. Teste ut supra.

Pro Alicia que fuit uxor Rogeri Brodach'.—Rex vicecomiti Devonie salutem. Veniens ad nos Alicia que fuit uxor Rogeri de Brodach' nobis conquerendo monstravit quod cum idem Rogerus tenuisset de nobis unum

1229.

[m. 4.] ferlingum terre et dimidium in Brodech' per servicium sex solidorum per annum et inde fuisset seisitus die quo obiit, et ipsa Alicia post mortem ipsius Rogeri finem fecisset cum serviente tuo de Depeford' pro relevio suo per viij solidos ad opus nostrum pro Ada filio suo primogenito de saisina ejusdem terre habenda, et idem Adam postmodum ad partes se transferret transmarinas, qui in partibus illis, ut dicitur, mortuus est, et ipsa Alicia audita morte ejus optulisset tibi Ricardum filium suum juniorem, tanquam heredem ipsius Rogeri de eadem terra, tu nolens ipsum Ricardum admittere tanquam rectum heredem ipsius Rogeri, terram predictam cum bladis in manum nostram cepisti. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc custodiam ejusdem terre unde predictus Rogerus obiit seisitus et que ipsum Ricardum hereditarie contingit, eidem Alicie habere facias cum bladis predictis, faciendo inde nobis servicium et relevium que ad eandem terram pertinent. Teste rege apud Faversham, xx die Septembris.

Pro Ricardo de Gray.—Rex perdonavit Ricardo de Gray xiij marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito Hibernie et Berhendon', facto tempore J. regis etc. Johanni de Humet cujus filiam et heredem idem Ricardus habet in uxorem. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Roffam, xx die Septembris.

Pro executione testamenti Osberti Giffard'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat H. Roffensi episcopo et aliis executoribus testamenti Osberti Giffard' omnia catalla, tam blada quam alia, que fuerunt ipsius Osberti in manerio de Eilleford' quod est de feodo regis, que rex eis concessit ad racionabile testamentum suum inde exequendum. Faciat etiam habere eisdem executoribus omnia catalla, tam blada quam alia, que fuerunt ipsius Osberti in manerio de Ludesdon', que heredes ipsius Osberti eis concesserunt ad racionabile testamentum suum inde exequendum. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Willelmo de Mariscis.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod plenam saisinam habere faciat Willelmo de Mariscis de terra cum pertinentiis in Baliscadan, quam prius habuit de ballio regis, quam rex ei commisit ad se sustentandum in servicio regis quamdiu domino regi placuerit, non obstante mandato regis ei facto de dominicis regis in manum suam capiendis. Teste rege apud Derteford', xx die Septembris.

Pro Waltero de Wintonia.—Mandatum est constabulario Dovr' quod unum lestum coriorum Walteri de Wintonia, quod fuit carcatum in quadam navi in portu de Sandwic' et quod arestari fecit ea occasione quod omnes naves in portu de Sandwic' inventas arestari precepit, si idem Walterus per sacramentum proborum et legalium hominum mercatorum et aliorum probare poterit suum esse, ipsi Waltero sine dilatione deliberari faciat, accepta prius ab eo securitate simul cum probatione predicta quod ipse de pretio illius lesti regi respondebit si postea possit convinci illud alterius esse quam suum. Teste etc.

1229.

[m. 4.] *Pro hospitale Dovr'.*—Rex concessit pro se et heredibus suis inperpetuum magistro et fratribus hospitalis Domus Dei Dovr' ad sustentationem eorum et pauperum ejusdem hospitalis x lī. percipiendas singulis annis ad festum Sancti Michaelis de exitibus portus Dovr', salva eis decima quam ipsi percipiunt de eisdem exitibus de dono regis per cartam regis quam eis inde fieri fecit. Et mandatum est ballivis portus Dovr' quod secundum tenorem carte regis quam predicto magistro et fratribus fieri fecit de predictis x lī. annuatim percipiendis de exitibus predicti portus, easdem x lī. eis singulis annis habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Drogheda.—Dominus rex concessit et carta sua confirmavit probis hominibus de Drogheda versus Uriel quasdam libertates et quietancias contentas in eadem carta quam eis inde fieri fecit. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hybernie, quod cartam illam legi et easdem libertates et quietancias eis firmiter observari faciat.

Pro abbate et monachis de Cliva, de manerio de Bramton'.—Rex militibus, liberis hominibus tenentibus de manerio de Brampton', salutem. Sciatis quod commisimus abbati et monachis de Cliva manerium de Brampton' cum pertinentiis tenendum de nobis et heredibus nostris in perpetuum ad feodi firmam, reddendo inde nobis et heredibus nostris singulis annis xxij lī. sicut plenius continetur in carta nostra quam inde habent. Et ideo vobis mandamus quod eisdem abbati et monachis de consuetudinibus et serviciis que nobis facere consuevistis et facere debuistis quamdiu manerium predictum exstitit in manu nostra, intendentes decetero sitis et respondentes. Teste rege apud Lond', xxvj die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti Devonie quod si ipsi inde eisdem abbati et monachis intendere noluerint et respondere, ad id faciendum ipsos distringat. Teste ut supra.

Pro hospitale | *Dovr'.*—Rex custodi warenne de Scapeya salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris magistro et fratribus hospitalis Domus Dei Dovr', quod ipsi et eorum homines, terre et possessiones et tenementa sua contenta imfra warrennam nostram de Scapeya, habeant inperpetuum immunitatem warenne sine visu et contradictione warennorum (*sic*) et omnium ministrorum suorum. Ita quod nullus warennarius vel alius baillivus noster ejusdem warenne quicquam se intromittat occasione ejusdem warenne de terris vel hominibus suis, quos habent imfra predictam warennam; set sint ipsi et eorum successores et homines sui et eorum terre et tenementa imfra predictam warennam contenta liberi et quieti de omnibus exactionibus, occasionibus, demandis, attachiamentis et omnibus aliis que ad warennam pertinent. Et ideo tibi precipimus quod predictam libertatem et quietanciam eis habere permittas, sicut predictum est. Teste rege apud Lond', xxiiij die Septembris.

Rex concessit per cartam suam pro se et heredibus suis sororibus de ordine Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani apud Bocland' quod singulis

1229.

[m. 4.] septimanis inperpetuum capiant in parco regis de Neuton' tres carectatas busce de spinis, alno et arabili, ad focum suum; et quia competentius in estate quam in hieme capere poterunt predictam buscam, concessit eis rex quod a Pascha usque ad festum Sancti Petri ad Vincula buscam predictam capiant in predicto parco ad numerum carectatarum que de toto anno eis competunt secundum predictam concessionem regis. Et mandatum est Ricardo de Wrotham quod predictas sorores predictam buscam capere permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Septembris.

[m. 3.] *Pro Thoma de Bauelingham.*—Rex perdonavit Thome de Baueling-ham xj marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito ei facto in Hibernia tempore domini J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj die Septembris.

De dote uxoris Gileberti de Montibus.—Rex non commisit Willelmo May custodiam terre que fuit Gileberti de Montibus ea intentione ut Amicia, que fuit uxor sua, de dote sua per eum non (*sic*) teneretur exclusa. Et mandatum est ei quod de terra predicta de qua ipse Gilebertus fuit saisitus die quo obiit, ipsi Anicie racionabilem dotem suam per vicecomitem Norhamt', cui rex hoc injunxit, assignari permittat. Teste ut supra.

De custodia terrarum Warini de Bassingburn'.—Rex W. comiti Mar' salutem. Ostensum est nobis ex parte duorum feodorum de quibus Warinus de Bassingburn' terras suas tenuit, quod occasione custodie terre illius quam ipse Warinus tenuit de honore de Richem' in Bassingburn', et quam ei concessimus occasione honoris illius existentis in manu nostra, vos cepistis in manum nostram custodiam omnium terrarum quas ipse Warinus tenuit de aliis dominis suis. Et quia custodiam predicte terre de Bassingburn', racione honoris predicti in manu nostra existentis, aliter tenere non debemus quam dominus ejusdem honoris si esset in manu sua illam teneret, vobis mandamus quod singulis dominis predictis custodiam terrarum predictarum que sunt de feodis suis sine dilatione reddatis, cum nos custodiam terrarum illarum racione predicta de jure clamare non possimus, sicut nec dominus honoris illius illam clamaret. Teste me ipso apud Lond', xxvj die Septembris.

Et mandatum est eidem comiti quod omnia catalla que fuerunt ipsius Warini de Bassingeburn' reddi faciat executoribus testamenti ipsius Warini ad executionem testamenti illius faciendam. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat magistro hospitalis Sancti Bartholomei, Lond', vel certo assignato suo, sex robora folia non ferencia in ballia sua ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

Pro quibusdam mercatoribus Bolonie.—Rex concessit Petro Salo et Alderbaldino mercatoribus Bolonie, et Aimero et Spilato, mercatoribus de Florencia, quod res et mercandisas suas transvehi faciant n portu suo ad

1229.

[m. 3.] partes transmarinas in aliqua navi que non potest ferre xvj equos vel plures. Et mandatum est ballivis portus de Shorham quod hujusmodi navem eis habere permittant. Teste ut supra.

Pro Reymundo de Burgo de perdonatione lxxx lī.—Rex perdonavit Reymundo de Burgo quater xx lī. que ei aretro sunt de cl lī. quas ei liberari fecit de prestito, pro cujus solucione peccunie commiserat R. Cycestrensi episcopo manerium de Derteford', tenendum donec de exitibus ejusdem manerii dicta pecunia regi plene solveretur per manum ejusdem episcopi, unde ipse regi reddidit ad Scaccarium lxx lī, et dictum manerium de Derteford' ei reddidit rex. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis quater xx lī. ipsum Reimundum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Priorissa de Strafford'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod catalla que fuerunt Simonis filii Nicholai fugitivi, hominis priorisse de Strafford', que ab eo exiguntur de itinere justiciariorum qui ultimo itineraverunt in comitatu Midd', eidem priorisse quieta habere faciant secundum tenorem carte H. regis, avi, et carte R. regis, avunculi regis, quas ipsa priorissa inde habet, non obstante quod predicta priorissa forte nunquam saisinam talium catallorum habuit, quia talis casus post confirmacionem predictarum cartarum prius non emersit, sicut rex pro certo didicit. Teste ut supra.

Hibernia; pro Drogheda.—Rex baronibus de Scaccario Dublinne salutem. Conputate burgensibus nostris de Drougheda versus Uriel in fine centum marcarum quem nobiscum fecerunt pro villa sua ad firmam habenda et libertatibus suis habendis, unde cartam nostram habent, quadraginta marcas quas per preceptum nostrum nobis pacaverunt in garderoba nostra in Anglia; ita quod residuas sexaginta marcas nobis reddant ad Scaccarium nostrum Dublinne, termino Pasche anno regni nostri xiij°. Teste me ipso apud Lond', xxx die Septembris, anno regni nostri xiij°.

Pro Aumarico de Noers.—Rex concessit Amaurico de Noers quod boscus ille quem prius concessit ei claudendum in Gaherst, decetero sit parcus et extra regardum, et quod habeat alias habeat (*sic*) libertates quas rex eidem Aumarico concessit per cartam suam ei inde factam. Et mandatum est H. de Nevill' quod fieri sic permittat. Teste ut supra.

Pro abbate de Gresteng'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter Thomam Gulias petentem et abbatem de Gresteng tenentem, de sexties xx acris terre cum pertinentiis in Pevenes', ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii proximo instantis, anno etc. xiij°. Teste ut supra

Pro Ricardo Renger de perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Ricardo Reinger, civi nostro London', cambium nostrum London' et Cantuarie cum cuneis et aliis pertinentiis suis, tenendum pro septingentis marcis annuis

1229.

[m. 3.] nobis reddendis a media Quadragesima anno regni nostri xiij usque ad terminum iiij annorum. Et quia idem Ricardus in predicto cambio negociari non potest ut consuevit propter impedimentum mercatorum, qui de partibus transmarinis venire solent in Angliam cum mercandisis suis ad negociandum in eodem cambio, perdonavimus ei usque ad centum libras trescentas et l marcas quas nobis inde solvere tenebatur de hoc dimidio anno, videlicet, a predicta media Quadragesima usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xiij°. Et ideo vobis mandamus quod predictum Ricardum de predictis cccl marcis quietum esse permittatis, et sic inrotulari faciatis.

Pro hospitali de Bocland'.—Rex Johanni de Monem'* salutem. Sciatis nos concessisse per cartam nostram pro nobis et heredibus nostris sororibus de ordine Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani apud Bocland', quod singulis septimanis inperpetuum capiant in parco nostro de Neweton' tres carectatas busche de spinis alno et arabili ad focum suum; et quod a Pascha usque ad festum Sancti Petri ad Vincula buscam predictam capiant in predicto parco ad numerum carectarum que de toto anno eis competunt secundum concessionem nostram predictam. Et ideo vobis mandamus quod secundum tenorem carte noste predicte eis inde facte, easdem sorores predictam buscam capere permittatis in predicto parco, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Roberto de Borham'.—Robertus de Borham finem fecit, ut plenius in rotulo finium, ut quietus sit de transfretatione cum rege hac vice et ne fiat miles, et pro habendo scutagio suo de feodis militum que de rege tenet in capite, scilicet, de de (*sic*) scuto iij m̄. pro exercitu regis de predicta transfretatione. Et mandatum est vicecomiti Essex'† quod de milicia et de transfretatione pacem ei habere permittat, et faciat ei habere scutagium suum, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Hugone de Pabeham.—Eodem modo scribitur vicecomitibus Bed' et Noting' pro Hugone de Pabenham, ut non fiat hac vice miles et ut non transfretet cum rege, et pro habendo scutagio suo.

Pro Ricardo le Corner.—Rex remisit Ricardo le Corner iram quam erga eum concepit, pro qua precepit omnes terras suas capi in manum regis. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod omnes terras suas predictas cum omnibus rebus et catallis in eis inventis, ei sine dilatione reddat. Et si quid inde captum fuerit, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De quodam clerico prisone.—Rex reddidit H. Lincolniensi episcopo Willelmum Hiberniensem, clericum, quem ballivi Oxonie ceperunt et in prisona regis tenent pro morte hominis, ad tenendum de eo in curia ecclesiastica justiciam ecclesiasticam. Et mandatum est eisdem ballivis quod dictum clericum ipsum episcopo per certum nuncium suum has

* Corrected from "Ricardo de Wrotham." † Corrected from "Bed'."

1229.
[m. 3.] literas eis deferentem, liberari faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, iiij die Octobris.

Pro Engel' de Cygoigny.—Rex perdonavit Engel' de Cygoin' et Andree de Cancell' centum li. que eis transmisse fuerunt usque Hereford' tempore domini J. regis ad pacandum militibus et servientibus in castro Heref' commorantibus, et quinque solidos qui liberati fuerunt servienti pecuniam illam deferenti ad expensas suas, que ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis centum libris et quinque solidis ipsos Engel' et Andream quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro Rogero de Portes.—Rex perdonavit Rogero de Portes xx s. qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito ei facto tempore J. regis in Hibernia. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xx s. eum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo etc.—Rex dedit et carta sua confirmavit H. de Burgo etc. et Margarete uxori sue et heredibus suis de eisdem Huberto et Margarete descendentibus vel aliis heredibus ipsius Huberti, si de heredibus ejusdem Huberti et Margarete de eisdem H. et M. descendentibus humanitus contigerit humanitus contigerit (*sic*), manerium de Cnaresburg' cum castro et honore et feodis militum, cum socna et foresta et cum omnibus ad eadem pertinentibus. Et ideo mandatum est vicecomiti Eboraci quod eis inde sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Osberto Giffard'.—Rex concessit Osberto Giffard' iij virgatas terre in Gillingham, quas Gervasius Baileben, qui fugit pro latrocinio unde rectatus fuit, de rege tenet in capite. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod de predicta terra plenam ei saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Camera.—Rex perdonavit Nicholao de Camera dimidiam marcam de amerciamento Albr' de Stanes uxoris sue, unde amerciata fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Midd' pro vinis venditis contra assisam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro Abbate de Waltham.—Rex concessit abbati de Waltham quod boscos suos de Nasinges et de Eppinges claudere possit fossato et bassa haya, ita quod fere bestie intrare possint et exire. Et mandatum est Ricardo de Muntfichet quod ipsum abbatem ita predictos boscos claudere permittat. Teste ut supra.

Pro Priore Coventr'.—Prior Coventr' finem fecit cum rege ut quietus sit hac vice de servicio suo cum rege mittendo ad partes transmarinas in hac instanti transfretatione sua post festum Sancti Michaelis, anno etc. xiij°, et pro habendo scutagio suo de feodis x militum que de rege tenet in capite; scilicet, de scuto iij m̃. pro exercitu regis ad eundem

1229.

[m. 3.] transfretationem. Et mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod de predicto servicio suo pacem ei habere permittat, et ei faciat habere scutagium suum de predictis feodis in balliva sua, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 2.] *Pro Henrico de Waltham.*—Mandatum est vicecomiti War' quod occasione communis summonitionis qua rex summoneri fecit omnes qui de eo tenent in capite ad transfretandum cum rege in instanti passagio suo, non distringat ad hoc Henricum de Waltham, quia rex eum inde quietum clamavit. Teste ut supra.

Pro monialibus de Pinnell'.—Rex concessit et carta sua confirmavit monialibus de Pinnelegh' donationes, libertates et quietantias contentas in carta H. regis, avi domini regis, quam inde habent. Et mandatum est vicecomiti Warewic' quod confirmacionem domini regis, quam eis inde fieri fecit, in pleno comitatu suo legi faciat, et libertates, donationes et quietantias eis faciat observari. Teste ut supra.

Pro Roberto de Barrevill'.—Rex commisit Roberto de Barrevill' terram illam cum pertinentiis in Stonieston', quam Ricardus de Greinvill' habuit de ballio domini J. regis, patris domini regis, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit.

Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ei de terra illa cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Rex constabulario Divisarum salutem. Precipimus tibi quod habere facias Willelmo de Rughedon' duo robora vetera, folia non ferentia, in foresta nostra de Chipeham ad focum suum de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Luca de Caignes.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod Lucam de Caaines, quem cepit a prisona regis, sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Hugone de Hanckehurst.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod non dissaisiat Hugonem de Hanekehurst, eo quod est in prisona regis, de terra sua in Horsted', set permittat eum in pace tenere predictam terram cum catallis suis ad ipsius sustentationem, quousque a prisona fuerit deliberatus vel justicia fuerit de eo facta. Et siquid de catallis predictis ceperit postquam ipse imprisonatus fuit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis de Gipeswic' quod navem de Norwegia, quam arestari fecerunt in portu suo eo quod homines ejusdem navis erant penitus incogniti, libere et sine inpedimento quo voluerit abire permittant cum rebus et omnibus in navi illa contentis, permittentes similiter homines ejusdem navis qui causa peregrinationis venerunt in terram regis, libere et sine inpedimento exequi votum suum. Teste ut supra.

1229.

[m. 2.] *De tradendis in ballium.*—Mandatum est constabulario Windles' quod si Wassemer Walensis et Pipelota uxor ejus, Petrus Forestarius et Aiulfus de Eggeham, quos tenet in prisona regis pro malo recto unde rectati sunt, invenerint ei xij plegios ad standum recto coram justiciariis ad primam assisam etc. vel ad mandatum regis quando preceperit, tunc eos per plegium ipsorum xij dimittat, sicut predictum est. Et habeat ibi nomina ipsorum xij et hoc breve.

De quercubus datis. — Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Drogoni de Trublevill' canonico Rothomagensi, ad opus Henrici de Trublevill' fratris sui, de dono nostro sex quercus in foresta de Brehull' ad domum ipsius Henrici apud Chilton' faciendam. Teste ut supra.

Pro Alano Basset et Gileberto Basset.—Rex quietum clamavit Alanum Basset de hoc instanti passagio post festum Sancti Michaelis etc. per scutagium suum de quarta parte feodi j militis quod de rege tenet. Et mandatum est custodi honoris Waling' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

De balistis liberandis.—Mandatum est H. filio Aucheri, constabulario Turris Lond', quod de balistis domini regis que sunt in custodia sua, liberet xxx de cornu et l de fusto Willelmo balistario et Roberto balistario deferendas cum rege ad partes transmarinas, et constabulario Dovr' x balistas de cornu et l de fusto ponendas in castro Dovr'. Teste rege apud Westmonasterium, xj die Octobris.

Pro Waltero de Clifford'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod loquelam que in comitatu suo inter Ricardum de Clifford petentem et Walterum de Clifford' qui per preceptum regis transfretatus est cum rege, tenentem, de servicio feodi j militis in Panteleg', ponat in respectum quamdiu ipse Walterus per preceptum regis fuerit cum eo in servicio suo in partibus transmarinis. Teste ut supra.

Pro electo Dublinensi.—Rex provisioni per dominos Cycestrensem, cancellarium regis, et Roffensem et Londinensem episcopos auctoritate Sedis Apostolice facte de L. quondam decano Sancti Martini Lond' in Dublinensem archiepiscopum, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est G. de Turevill' et G. de Costentin, custodibus ejusdem archiepiscopatus, quod de omnibus que ad ipsum archiepiscopatum pertinent, ipsi L. per certum nuncium suum has literas deferentem, plenam saisinam habere faciat, et omnia que de predicto archiepiscopatu receperunt, postquam custodiam inde habuerunt per preceptum regis, ei sine aliquo retenemento plene liberent. Teste ut supra.

Pro constabulario Bristoll' de prisa cervisie in Bristoll'.—Rex concessit Willelmo de Potot, constabulario Bristoll', quamdiu regi placuerit, ad custodiam Alienore cognate regis, prisam cervisie in villa Bristoll'; pro qua respondere consueverit ad Scaccarium regis in firma sua de c s. Et mandatum est ballivis Bristoll' quod predictam prisam cervisie ei habere faciant, sicut predictum est, et rex predictos c s. in firma sua eis faciet allocari. Teste ut supra.

1229.

[m. 2.] *Pro Radulfo filio Nicholai.*—Mandatum est J. de Fleg', vicecomiti Heref', quod totum instaurum quod Radulfus filius Nicholai habet in dominicis maneriis regis comitatus sui, et blada hujus autumpni proximo preteriti, que ipse R. in dictis maneriis fecit seminari, ei sine dilatione reddi faciat, retento tamen de blado illo quantum sufficiat ad terras in dictis maneriis seminandas et ad pastum carucarum dictorum maneriorum, retento etiam de instauro predicto quantum ipse recepit in eisdem maneriis tempore quo rex custodiam illius comitatus ei commisit. Teste ut supra.

De quodam regali faciendo.—Mandatum est W. thesaurario et camerariis quod fieri faciant quoddam regale usque ad summam xx li. ad opus regis Norwegie de dono regis, et regale illud habere faciant fratri Andree priori de Luse, nuncio ipsius regis, deferendum ad ipsum regem. Teste ut supra.

De lata ad domos regis de Camel.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat vicecomiti Sumerset' et Dorset' mayremium in bosco de Hertlegh' ad latam faciendam ad domos domini regis de Camel. Teste etc.

Pro comitissa Oxonie.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam fieri fecisti et nobis misisti, quod sexta pars feodi unius militis cum pertinentiis in Rames', Manest' et in Seyntosid', quam Johannes de Westwye' utlagatus pro morte hominis tenuit de Isabella comitissa Oxonie, exstiterit in manu nostra per unum annum et unum diem, tibi precipimus quod de predicta sexta parte feodi unius militis predicte comitisse sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro monialibus de Derchy.—Rex B. de Insula salutem. Sciatis quod concessimus monialibus de Dereby unum mesuagium et xij acras terre cum pertinentiis in Bistallegh' et Asshope, quas Orm leprosus habuit de ballio W. comitis de Dereb' tempore quo habuit custodiam Pecci. Et ideo vobis mandamus quod de predictis mesuagio et xij acris ipsis monialibus plenam seisinam habere faciatis. Teste ut supra.

Pro Hospitale Sancti Johannis Jerosolimitani.—Rex dedit, concessit et carta sua confirmavit priori et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani quantum ad patronum pertinet advocationem ecclesie ville regis que vocatur Capella Isolde in Hibernia, cum pertinentiis suis, que ad regem spectat donanda, habenda et tenenda de rege et heredibus suis eisdem priori et fratribus et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et mandatum est istud Ricardo de Burg', justiciario Hibernie. Teste rege ut supra.

Pro uxore Henrici le Butiller.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod non obstante mandato regis de terra Henrici le Butiller committenda Aaron le Blund Judeo, et aliis Judeis pro debitis quibus idem Henricus eis tenetur, faciat assignari Matildi uxori ipsius Henrici quandam portionem de terra illa ad se sustentandam. Teste ut supra.

1229.

[m. 2.] *Pro decano et capitulo Eboracensibus.* — Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod diem quem ad instanciam venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi concessimus decano et capitulo Eboracensibus usque in unum mensem a festo Sancti Michaelis anno regni nostri xiij° de quibusdam libertatibus et demandis aliis, sicut continentur in litteris nostris quas alias misimus Roberto de Kocfeld', dum fuit vicecomes noster Eboraci, prorogavimus quousque de partibus transmarinis redierimus et summoneri fecerimus predictos decanum et capitulum de predictis libertatibus et demandis. Et ideo tibi precipimus quod predictis decano et capitulo pacem inde interim habere permittas, sicut predictum est. Teste rege apud Farneh', xiij° die Octobris.

Pro comitissa Sarisburie.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per breve regis inter regem petentem et Elam comitissam Sarisburiensem tenentem de manerio de Audiburn' cum pertinentiis, ponant in respectum quousque rex redierit de partibus transmarinis. Teste rege apud Gudeford', xij die Octobris.

Pro hominibus de Bath'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod demandam quam facit hominibus Bath' de novo eschapio latronum* ponat in respectum usque ad adventum justiciariorum itinerantium in partes illas. Teste rege apud Farneh', xiij° die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Norf' et Thome de Hemmegrave quod septem naves de terra comitis Lotharingie et Branc', que sunt in portu de Jernem' carcate allece, et quas arestari fecerunt in eodem portu, libere et sine inpedimento ad partes suas abire permittant. Teste rege apud Portesm', xv die Octobris.†

Pro Willelmo de Ferr'.—Rex perdonavit Willelmo de Ferr' qui est transfretaturus cum eo, scutagium quinte partis feodi j militis quod tenet de honore Waling'. Et mandatum est custodi ejusdem honoris quod pacem inde ei habere permittat. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod habere faciat Radulfo filio Nicholai scutagium de feodo dimidii militis quod Radulfus de Picheford' tenet de rege in capite in balliva sua de dono regis; scilicet, de scuto iij m̃. pro exercitu ad primum transfretationem regis etc. Teste ut supra.

Pro Hugone de Nevill'.—Rex commisit Hugoni de Nevill' ballivam suam in comitatu Norhamt' custodiendam per se, licet constituerit duos justiciarios foreste. Et mandatum est Waltero de Preston' quod de balliva illa decetero se non intromittat. Teste ut supra.

De regali quod rex fieri precepit.—Rex W. Carleolensi episcopo salutem. Ex quo ita est quod regale quod volumus fieri ad opus regis Norwegie pro minori pretio pro minori pretio (*sic*) decenter fieri non

* "Eschapio latronum" is corrected from "Murdro." † Cancelled, "quia non habuit."

1229.

[m. 2.] potest quam pro l m̃. sicut nobis signavistis, bene placet nobis quod ad regale illud faciendum custum xxxvij lī. ix s̄. et ix d̄. apponatis, dummodo ita decenter fiat et honorifice quod inde grates reportare debeamus. Et ideo vobis mandamus quod regale illud fieri faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Portesm', xvij die Octobris.

Pro filio H. comitis Warewic'.—Rex cepit homagium Thome de Warewic', filii et heredis H. quondam comitis Warewic', de terris quas idem comes de rege tenuit in capite et que ipsum Thomam hereditarie contingunt, et idem Thomas fecit regem securum de c lī. pro relevio suo regi inde debito, ut in rotulo finium. Et mandatum est vicecomiti War' quod de omnibus terris que fuerunt predicti comitis in balliva sua et ipsum Thomam hereditarie contingunt, ei sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc'.

Pro comitissa Warewic'.—Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de manerio de Hedendon' quod est de hereditate Philippe comitisse Warewic' et quod ipse vicecomes cepit in manum regis occasione mortis predicti comitis, eidem comitisse plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Waltero de Hertwell'.—Walterus de Hertwell' finem fecit cum rege ut quietus sit de se milite fieri faciendo* hac vice, et de transfretando hac vice cum rege, et pro habendo scutagio suo de feodis militum que de rege tenet in capite; scilicet, de scuto tres marcas pro exercitu regis ad predictam transfretationem. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod de predicta transfretatione et de se milite ad presens faciendo pacem ei habere permittat, faciens ei habere scutagium suum, sicut predictum est. Teste rege apud Portesm', xviij die Octobris.

De quietantia passagii.—Eodem modo scribitur:—Vicecomiti Cantebrigie pro Willelmo le Rus; vicecomiti Essex' pro Rogero de Sumery filio Milonis de Sumery; vicecomiti Glouc' pro Johanne Cotel'.

De forestis de Ambresl' et de Horewell'.—Rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis quod foreste de Ambresl' et de Horewell' sint inperpetuum deafforestate secundum metas contentas in carta regis quam inde fieri fecit. Et mandatum est Johanni de Monem' quod cartam illam legi et eam firmiter observari faciat secundum libertates in predicta carta contentas, ut predictum est. Teste rege apud Portesm', xviij die Octobris.

Pro Godefrido de Craucumbe.—Rex perdonavit Godefrido de Craucumbe xj li. xvj s̄. et viij d̄. qui exiguntur ab eo ad Scaccarium regis de prestito Hibernie et Scottie ei facto a domino J. rege patre regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Portesm', xix die Octobris.

---

* Corrected from "de milicia sua."

1229.

[m. 2.] *Pro Hospitali de Wilton'.*—Mandatum est custodi foreste de Graveling' quod habere faciat priori et fratribus Domus Dei de Wilton' l carectatas sicce busce ad focum suum in predicta foresta de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero de Evermue.—Rex perdonavit Waltero de Evermue xj lī. duos š. et viij đ. qui ab eo exiguntur ad Scaccarium de prestito Hibernie facto ei tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Trublevill'.—Rex perdonavit Radulfo de Trublevill' xxij m̄. sex š. et viij đ. qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito Hibernie et Wallie ei facto tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro R. comite Cestrie et Lincoln'.—Rex concessit et carta sua confirmavit R. comiti Cestrie et Linc' totam terram quam habuit inter Ribbel et Merse; videlicet, villam de Westdereb' cum wapentaco et omnibus pertinentiis suis, burgum de Leverepul cum pertinentiis, villam de Salford' cum wapentaco et omnibus pertinentiis suis, et wapentacum de Leiland' cum omnibus pertinentiis in dominicis forestis, haiis, homagiis, serviciis et omnibus aliis pertinentiis suis, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad predictas terras, wapentacum, burgum, hayas, forestas pertinentibus, sicut plenius continetur in carta regis ei inde facta. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod de predictis terris, wapentacis, burgis cum omnibus pertinentiis in dominicis forestis, haiis, homagiis, serviciis et omnibus aliis pertinentiis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad predictas terras, wapentacum, burgum, haias, forestas pertinentibus, eidem comiti sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Fressingfeld'.—Rex perdonavit Ricardo de Fressingfeld', qui fuit in Hibernia cum J. rege pro Thoma de Burg', tres m̄. que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito ei ibidem facto pro ipso Thoma. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Vallibus.—Eodem modo scribitur eisdem baronibus pro Johanne de Vallibus, de perdonatione c š. de prestito Hibernie ei facto predicto tempore. Teste ut supra.

De manerio et domibus regis de Wudestok'.—Rex commisit Roberto de Levinton' manerium et domos regis de Wudestok' cum pertinentiis, custodienda quamdiu regi placuerit. Et mandatum est G. de Craucumbe quod predictum manerium cum pertinentiis ei liberet, sicut predictum est. Teste ut supra. De stauro et blado etc. ut in rotulo finium.

1229.

[m. 1.] *Pro constabulario Cestrie.*—Mandatum est B. de Insula quod in foresta regis de Shirewod' extra dominicas haias regis permittat J. constabulario Cestrie capere x damas et i brokettum ponendas in parco suo de Dunyton' de dono regis, nisi idem constabularius alias eos habuerit per preceptum regis tunc temporis directum H. de Nevill', dum fuit capitalis justiciarius foreste. Teste rege apud Portesm', xx die Octobris.

Pro mercatoribus de terra ducis Luvain'.—Mandatum est ballivis portus de Gernem' quod naves de terra ducis de Luveyn, quas in portu suo arestatas, venire faciant usque Portesm', et res et mercandisas in eisdem navibus contentas deliberari faciant mercatoribus quorum res et mercandise ille fuerunt ad faciendum inde quod voluerint. Teste ut supra

Pro Waltero de Evermuth'.—Rex perdonavit Waltero de Evermuth' duas marcas ex una parte et xvj s̄. ex alia, qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito ei facto in Hibernia tempore J. regis etc. et c s̄. de prestito ei facto ad obsidionem castri Bed', et xl. s̄. de amerciamento in ultimo itinere justiciariorum in comitatu Norf'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis denariis ipsum Walterum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Hibernia. Pro decano Dublin'.—Rex ad instanciam Willelmi filii Widonis decani Sancti Patricii Dublin', concessit ei manerium de Desker quod prius tenuit de ballio justiciarii Hibernie, tenendum tota vita sua per incrementum xiij m̄. ultra redditum quem inde prius reddere consuevit, ita quod ipse super idem manerium pulcras domos edificabit; que quidem edificia regi remanebunt quieta simul cum dicto manerio post mortem ipsius decani. Et mandatum est R. de Burg', justiciario Hibernie, quod de predicto manerio cum pertinentiis, simul cum ij acris terre regis vicinis mesuagio ejusdem manerii ad fossata et vivaria facienda, ipsi decano plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

[*Pro*] *canonicis Sancti Patricii, Dublin'.*—Rex commisit priori et canonicis Sancte Trinitatis Dublin' manerium suum de Corcah versus Bre. tenendum ad firmam quamdiu regi placuerit, reddendo inde regi per annum ad Scaccarium quantum homines qui illud modo tenent inde reddunt. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod de predicto manerio plenam saisinam ipsis priori et canonicis habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

[*Pro Radulfo de*] *Fres*[*kenvill'*].—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod, non obstante mandato regis quod ei fecit ut habere faceret Radulfo de Freskenvill' scutagium suum de feodis duorum militum que de rege tenet in capite in ballia sua, habere faciat B. de Insula scutagium de feodis duorum militum que tenet de ipso Radulfo, et que idem Radulfus tenet de rege in capite. Quia scutagium illud ipsi Radulfo faciet rex allocari. Teste ut supra.

Pro abbate de Quarrera.—Mandatum est Thome de Cyrencestr' quod annuum redditum v solidorum quos abbas de Quarrera percipere consuevit, ut dicitur de molendino de Trimelay, quod est in manu sua

1229.

[m. 1.] (*sic*) de ballio regis, eidem abbati reddi faciat eodem modo quo redditum illud recepit antequam terra de Trimelay deveniret in manum suam de ballio regis. Teste rege apud Portesm', xx die Octobris.

De quercubus datis.—Mandatum est J. de Monem' quod habere faciat Hereberto filio Mathei xv quercus in foresta regis de Ceddr' de dono regis ad reparationem molendinorum suorum de Hunspil. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel'.—Henricus de Aldithel' reddidit regi duos spervarios mutarios, videlicet, unum de anno etc. xij et alium de termino Sancti Michaelis anno etc. xiij, quos regi debuit de redditu Novi Burgi. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum de de (*sic*) predictis duobus spervariis quietum esse et sic inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lungesp' filio comitis Sarisburie.—Rex dedit et carta sua confirmavit Willelmo Lungesp' filio Willelmi Lungesp' quondam comitis Sarisburie pro homagio et servicio suo, maneria de Audiburn' et de Wamberg'* cum pertinentiis que fuerunt comitis de partitò, sicut plenius continetur in predicta carta ei inde facta. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predictis maneriis de Audiburn' et de Wamberg' et de medietate manerii de Shriveham cum pertinentiis, eidem Willelmo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Berk' de c s̄. terre in Neubir' et c sol. terre cum pertinentiis in Shriveham, et vicecomiti Bed' de c s̄. terre in Tudingeton' que fuerunt ipsius comitis de part[ito. Teste ut] supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo de Casingham quod habere faciat Johanne uxori Ricardi de Argent' v vetera robora sicca in boscis regis, qui sunt in custodia sua ad fo[cum] . . . .

De tradendo in ballio.—Hugo Kieke captus et detentus in prisona regis apud Notingh' pro morte Ade Rote, unde rectatus est, habet literas directas vicecomiti Notingh' quod tradatur in ballium . . . . ad standum inde recto siquis versus eum loqui voluerit etc. Teste ut supra.

Pro H. comite Heref'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod habere faciant H. comiti Hereford' nomine constabularii ad Scaccarium id quod antecessores sui percipere consueverunt et debuerunt ad Scaccarium n[ostrum] . . . . [tempore Henrici avi] domini regis, et R. avunculi domini regis et domini J. regis, patris domini regis, usque ad guerram motam inter ipsum patrem domini regis, et barones suos Anglie. Teste ut supra.

Pro Johanne de Bello Campo.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod terra Johannis de Bello Campo in Asinton', quam cepit in manum regis per preceptum regis, ei replegiari faciat donec rex aliud inde [preceperit] . . . .

* "et medietatem manerii de Shriveham" is cancelled here.

1229.

[m. 1.] *De septem navibus deliberandis.*—Mandatum est ballivis portus de Gernem' quod septem naves de terra ducis Luvayn quas arestaverunt in portu suo, a portu suo recedere et . . . . eisdem navibus versus partes suas sine inpedimento abire permittant. Teste ut supra.

Pro Hugone Dispensario.—Mandatum est Thome de Birkin' quod in foresta regis de Shirewod' permittat Hugonem Dispensarium capere x damas et ij damos pone[ndos] . . . . [de] dono regis. Teste rege apud Waltham, xxv die Octobris.

Eodem modo scribitur constabulario de Kenilleworth' de ducentis bresmis capiendis in vivario de Kenill' de dono regis ad vivarium suum de Lucto . . . .

Pro Radulfo de Mendlent'.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod terram Radulfi de Mendlent' in ballia sua, quam cepit in manum regis eo quod dicebatur quod fuit in partibus transma[rinis] . . . . quid inde ceperit, ei sine dilatione restituat. Teste ut supra.

[*Pro Re*]*ginaldo de Albo Monasterio.*—Rex perdonavit Reginaldo de Albo Monasterio xl s̄. qui ab eo exiguntur de amerciamento facto coram R. de Lexinton' et sociis suis justiciariis . . . . [Et mandatum] est baronibus de Scaccario quod ipsum Reginaldum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro comite Britannie.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod plenam saisinam habere faciat P. comiti Britannie de omnibus terris suis in balliva sua de quibus idem comes sais[itus] . . . . suam capi precepit, salvis omnibus illis qui terras illas tenuerunt de ballio regis rebus et catallis suis in terris ipsis inventis. Faciat etiam habere eo[dem] . . . . que fuerunt comitis Britannie et quas rex habuit in manu sua aut aliis commisit tempore quo alias terras predictas rex in manum suam capi precepit . . . . apud Wintoniam, xxv die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex et Hertf', Linc', Cantebrigie et Hunt'.

. . . *de terra in Balibren.*—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod de iiij^{xx} et x acris terre in Balibren quas cepit in manum regis eo quod re vera sunt de d[ominico regis] . . . . Suggessisset eas esse de purprestura facta super terram regis de Baliscadan, ipsi Galfrido saisinam habere faciat usque ad festum Sancti Michaelis anno etc x . . . . perquirere possit inde breve de warantia carte versus heredem de Kenewret filium Ryerith', de cujus dono habet terram illam, et ad festum Sancti M[ichaelis] . . . . facta fuerit interim terram illam in manum regis capiat. Teste ut supra.

[*De bren*]*nis datis.*—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat S. de Sedgrave x magnas bremnas et xl parvas in vivario de Fecham de dono regis. T[este] . . . . . .

1229.

[m. 1.] [*Pro Radulfo*] *filio Nicholai.*—Mandatum est Thome de Birkin' quod permittat Radulfo filio Nicholai quod sine inpedimento excoli faciat terram suam de Wilkinefeld' extra coopertum foreste sicut ter . . . . ut supra.

[*Pro Ala*]*no filio Roberti de Brug.*'—Rex concessit Alano filio Roberti de Brug' quod teneat illas viij acras quietas de quolibet redditu et servicio quas rex ei fecit assignari in foresta de Mo[rf] . . . . suarum et terre sue quas amisit per barbecanam castri de Brug.' Et mandatum est Johanni de Monem' quod permittat ipsum Alanum tenere predictas viij acras que . . . . . . sicut predictum est. Teste rege apud Chauton', xxvj die Octobris.

[m. 21*d.*] Memorandum quod perambulatores foreste comitatus Eboraci venerunt et recognoverunt coram rege quod tota foresta de Gautric', et foresta inter Usam et Derewent' et foresta de Farendal' sunt antique foreste, et quod decepti fuerunt in perambulacione foreste alias facta, in qua recognitum fuit quod quedam partes earum forestarum de novo fuerunt afforestate, quas modo ad forestam reduxerunt; et inde confectum scriptum suum sigillis eorum signatum protulerunt. Et mandatum fuit vicecomiti Eboraci quod clamari faceret per totam ballivam suam quod foresta ita custodiretur sicut custodita fuit tempore regis J. in forma qua scriptum fuit aliis vicecomitibus de hujusmodi forestis in dorso rotuli clausi de anno etc. xij°.

Vitalis Engayne attornavit Willelmum de Esture contra Robertum Marescall' de placito conventionis.

Robertus de Beche attornavit Walterum le Fraunc contra Robertum le Cauf de triginta acris terre et tribus mesuagiis in Wynepol'; et contra Laurencium filium Mathei de xxviij acris et j mesuagio in eadem villa; et contra Galfridum Fabrum de Everdon' de x acris terre in eadem villa; et contra Robertum filium Hugonis de v acris terre et j mesuagio in eadem villa; et contra Umfridum de Cranden' et Aliciam uxorem ejus de x acris terre et j mesuagio in eadem villa; et contra Walterum filium Ricardi de v acris terre in eadem villa; et contra Walterum del Broc de v acris in eadem villa; et contra Hugonem filium Stephani de duabus acris in eadem villa; et contra Albricum de Badburg' de ij acris terre in eadem villa; et contra W. priorem de Cruce Rohesie de x acris terre et j mesuagio in eadem villa; et contra Walterum Deywar' et Aliciam uxorem ejus de xv acris terre et j mesuagio in eadem villa; et contra Willelmum le Franceis de ij acris terre et j mesuagio in eadem villa; et contra Rosam filiam Bartholomei de ij acris terre et j mesuagio in eadem villa; et contra Johannem de Fonte de v acris terre et uno mesuagio in eadem villa; et contra Wydonem Maresc' de v acris terre in eadem villa; et contra Thomam le Telyer de j acra terre et j mesuagio in eadem villa; et contra Martinum de Wynepol de duabus acris terre in eadem villa; et contra Henricum filium Guydonis de dimidia acra terre in eadem villa. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod

1229.

[m. 21*d*.] ipsum ad hoc recipiat. Teste J. Batthoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxix die Octobris, anno xiij°.

Suff'.—Ibertus de Heref' attornavit Johannem de Toleslund' contra Thomam de Ardern' de consuetudinibus et serviciis unde idem Thomas eum acquietare debet, ut dicitur.

Hunt'.—Willelmus de Welles, canonicus Lincolniensis, attornavit David servientem suum de Leeton' contra Robertum de Sales de placito nativitatis.

Norhamt'.—Idem attornavit eundem contra Robertum le Wafrer de placito nativitatis.

Wido de Watevill' attornavit Henricum filium Roberti contra Ricardum filium Hereb' petentem et ipsum Wydonem et Margaretam uxorem ejus tenentes de iii virgatis terre in Essel'.

Johannes le Brun attornavit Nicholaum de Tracy contra Ricardum Crestien de nativis.

Essex'.—Willelmus le Bigod attornavit Bartholomeum de Thodeham contra Johannem de Coringh' de sectis et consuetudinibus que ab eodem Johanne exigit.

Cantebr'.—Johannes de Crauden' attornavit Andream de Pernes contra Gilebertum le Tann tenentem de dimidia hida terre et quarta j virgate terre in Crauden'.

Essex'.—Radulfus filius Willelmi attornavit Eliam del Frid contra Hugonem filium Hugonis petentem de xx s̄. redditus in Binesle et in Bures.

Hertf'.—Johannes de Bassingeburn' attornavit Johannem le Parker contra Radulfum le Marescall' de consuetudinibus et serviciis que idem Johannes ab eo exigit etc. in Keleshull'.

Bedef'.—Hugo abbas Rames' attornavit Johannem de Apelton' contra Robertum de Morton de debito xj m̄. etc.

Leyc'.—Margareta comitissa Wyntonie attornavit Johannem Friday et Johannem le Forester contra Godefridum de Quatermar' et Luciam uxorem ejus de octo virgatis terre in Swydelond'.

Leyc'.—Margareta comitissa Wyntonie attornavit Johannem Friday et Brianum le Forestar' contra Ricardum de Rudeston' de novem virgatis terre in Sydeston'.

Essex'.—Nicholaus de Barnton' attornavit Johannem de Bosco contra Gilebertum de Branton' et Johannam uxorem ejus tenentem de j carucata terre in Kelwedon'.

1229.

[m. 21*d.*] *Suhamt'.*—Warinus filius Galfridi attornavit Willelmum de Marisco contra Osill' de Braunden' quam clamat nativam suam etc.

Norf'.—Galfridus Angot attornavit Ricardum Angod contra Rogerum Curtpeil tenentem de septem acris terre in Fincham.

[m. 20*d.*] *Kancia.*—Stephanus Haringod' attornavit Robertum de Camera contra Ricardum le Chamberleng' de feodo dimidii militis in Wyngeham.

Johannes Byset attornavit Johannem de Bonevill' contra Thomam le Chamberlang' de conventione inter eos facta de una carucata terre in Wodemerstorn'.

[m. 19*d.*] *Suff'.*—Adam le Franceis et Hamo le Pelerin attornaverunt Amfridum filium Ricardi contra Johannem filium Willelmi et Nicholaum, fratrem ejus, de terra in Reden'.

[m. 18*d.*] Dominus rex constituit Stephanum de Sedgrave ad gaiolam Norhamt' deliberandam. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod ad diem et locum quem predictus Stephanus ei scire faciet, venire faciat coram eo et illis quos ad hoc secum associabit, omnes prisones ejusdem gaiole et omnes atachiatos contra eos vel occasione eorum. Et habeat ibi hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Decembris.

Wiltes'.—Prior de Bradenestok' attornavit Walterum de Caune et Radulfum de Parco contra Matildem, que fuit uxor Galfridi le Vel, et Robertum filium ejus, de terra in Settre.

Suff'.—Ricardus de Argent' et Johanna uxor ejus attornaverunt Johannem de Kancia contra Hugonem de Polstede deforciantem, de tercia parte c s̄. redditus in Polsted'.

Staff'.—Thurstanus Dispensator attornavit Ricardum venatorem contra Henricum le Waleis et Johannem fratrem ejus, quos idem Thomas clamavit nativos suos.

Ebor'.—Frater Robertus de Sanford,* magister Milicie Templi in Anglia, attornavit Robertum de Ulecotes contra magistrum hospitalis Sancti Petri Eboraci de quodam ponte prostrato in Walinfen.

Oxon'.—Prior Sancte Fretheswide Oxonie attornavit Thomam de Brehull' contra H. comitem War' et Philippam uxorem ejus, tenentes de pastura ad tres carucas boum et trescentas oves et ad xx vaccas, et de dimidia hida terre in Merston' et uno mesuagio in suburbio Oxonie.

Wiltes'.—Idem prior attornavit etc. Willelmum de Kniteton' contra Walterum Werchehail et Ricardum Wyard', quos clamat esse nativos suos.

* Corrected from "frater Robertus vices gerens."

1229.

[m. 18d.] *Lanc'*.—Willelmus de Tunstall' attornavit etc. Willelmum filium Engrith' contra Gilebertum de Kellet de j carrucata terre in Tunstall'.

Berk'.—Ricardus de Coupeland' et Johanna uxor ejus attornaverunt Robertum de Doniton' contra Philippum de Sandervill' petentem de manerio de Doniton' cum pertinentiis.

Dominus rex constituit vicecomitem Glouc' justiciarium una cum Thoma de Berkelay et Willelmo del Puntdelarche ad gaiolam regis de Glouc' deliberandam de Waltero Ridel, qui est in prisona ibidem. Et mandatum est eidem vicecomiti quod una cum eis certis die et loco dictam gaiolam deliberari faciat. Teste rege apud Oxoniam, xxx die Decembris.

Ricardus de Farendon' attornavit Pentecosten de Oxonia contra Albricum de Oxonia, capellanum, tenentem de quodam mesuagio in suburbio Oxonie.

Ebor'.—Willelmus de Albin' attornavit Rogerum Bugun et Willelmum Prat contra Ricardum de Watervill' deforciantem de consuetudinibus et serviciis etc. que idem Willelmus exigit a predicto Ricardo etc. in Naburn' et in Dalton'.

Linc'.—Idem attornavit Willelmus de Barkeston' contra Willelmum de Colevill' et Gilebertum de Gaunt de consuetudinibus etc. ut supra in Aburn' et in Brunebroc'.

Cantebr'.—Prior Lewensis attornavit

[m. 17d.] Omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis Falkesius de Breaut' salutem. Ad universitatis vestre noticiam volo pervenire quod, cum excommunicatus essem pro detentione Henrici de Braybroc', justiciarii domini regis, et incarceratione ipsius in castro Bedeford', et pro detentione ejusdem castri contra dominum regem et alia turbatione regni, ego postmodum ad cor revertens absolucionis beneficium petii humiliter ac devote, et in primis totam summam pecunie quam tunc temporis habui, domino regi concessi et dedi pro parte satisfactionis de dampnis sibi illatis. Aurum etiam et argentum tam in pecunia quam in vasis, arma etiam et equos, omnes etiam terras, possessiones et redditus quos habui, firmas etiam custodias et vadia, volo quod dominus rex habeat sibi similiter pro parte satisfactionis ad faciendam voluntatem suam. Et quoniam mihi gratia facta est in eo quod absolutus fui antequam pro posse meo satisfecissem omnino, consensum adhibui quod si castra de Plymton' et de Stokescurey, que reddidi domino regi, ei restituta non fuerint infra xv dies, ego in pristinam sententiam recidam appellacione remota. Juravi etiam super Sancta Ewangelia quod nichil amplius, quod scirem, habui die conceptionis literarum istarum in vasis vel pecunia, auro vel argento, armis vel equis, in Anglia vel alibi; et si in hoc falsum dixero, volo quod nichil mihi prosit absolucio set excommunicatus sim appellacione remota, sicut prius. Et si occurrerit postmodum memorie mee quod aliquid amplius habeam et non transmisero illud statim domino regi,

1229.

[m. 17d.] volo quod statim appellacione remota recidam in sentenciam memoratam. Idem etiam fiat si aliquo tempore per me vel per alium movero domino regi guerram aliquam vel turbationem vel aliquid machinatus fuero contra ipsum; et haec omnia ad instantiam meam et preces et de mera voluntate mea et spontanea processerunt. In cujus rei testimonium has literas meas patentes sigillo meo signavi. Actum London', anno Domini mccxxiij°, in crastino Beati Bartholomei Apostoli.

Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione pupplice clamari et omnibus de ballia tua scire facias, qui terras sive tenementa sive mercata sive libertates habent vel habere clamant de dono vel concessione et confirmatione antecessorum nostrorum regum Anglie vel de precepto nostro, et cartam vel confirmationem nostram inde non habent, ad nos veniant omni dilatione et occasione postpositis citra Purificationem Beate Marie anno etc. xiij°, ad ostendendum nobis quo waranto terras, tenementa sive mercata, sive libertates illas habeant vel habere clament, sicut ea diligunt retinere vel recuperare. Scire etiam facias omnibus de ballia tua et pupplice clamari, quod quicunque cartam sive confirmationem nostram inpetrare voluerit aliquo tempore de terris, tenementis, libertatibus, mercatis sive de re quacunque, ad nos veniant (*sic*) infra eundem terminum ad inpetrandum inde cartam sive confirmationem nostram. Teste me ipso apud Walingford', xj die Januarii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex J. constabulario Cestrie salutem. Sciatis quod instanti media Quadragesima anno regni nostri xiij°, erimus apud Eboracum in occursum dilecti et fidelis nostri A. regis Scottie de arduis negociis nostris et suis cum eo ibidem tractaturi. Et quia idem rex petiit a nobis ut veniendi ad nos ibidem salvum sibi conductum faceremus, vobis mandamus quatinus die Dominica proxima ante predictam mediam xl^mam^ sitis apud Berewicum super Twedam in occursum ipsius regis, una cum dilectis et fidelibus nostris Johanne filio Roberti, Briano filio Alani, Rogero Bertram', Gileberto de Umframvill', Rogero de Merlay, quibus idem mandavimus ad predictum regem salvo ad nos conducendum. Teste etc. apud Westmonasterium, xxj die Januarii.

Eodem modo predictis sicut prenotatum est.

Rex vicecomiti Surr'. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes de tota ballia tua, et de qualibet villa quatuor legales homines et prepositum, et de quolibet burgo xij legales burgenses per totam balliam tuam, et omnes alios qui coram justiciariis itinerantibus venire solent et debent, quod sint apud Lameth' die Dominica proxima post Purificationem Beate Marie coram Stephano de Segrave, W. de Lond', Willelmo de Insula, et Ricardo Reynger, quos justiciarios nostros constituimus, audituri et facturi preceptum nostrum. Facias etiam tunc venire coram eisdem omnia placita corone que placitata non sunt, et que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis ad omnia placita; et omnia attachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas et omnia placita que posita sunt ad primam assisam coram

1229.

[m. 17*d*.] justiciariis, cum brevibus assisarum et placitorum; ita quod assise ille et placita pro defectu tui vel summonitionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri per totam balliam tuam quod omnes assise et placita que fuerunt atterminata et non finita coram justiciariis nostris apud Westmonasterium, vel coram justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram justiciariis nostris illuc missis ad assisas nove dissaisine capiendas et gaiolas deliberandas, tunc sint coram eisdem justiciariis nostris apud Lameth' in eodem statu in quo remanserunt per preceptum nostrum, vel per preceptum predictorum justiciariorum nostrorum itinerantium, vel per justiciarios nostros de Banco. Summone etiam per bonos summonitores omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itinerationem predictorum justiciariorum in partibus illis, quod tunc sint ibidem coram predictis justiciariis nostris cum brevibus de assisis et placitis que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo, sicut responderi debet coram justiciariis itinerantibus. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij die Januarii.

Memorandum quod rex concessit abbati Abbend' terminum usque in unum mensem a die Sancti Hillarii ad respondendum ad Scaccarium regis de quibus prius respondisse debuit in octabis Sancti Hillarii.

Rex concessit vinetariis Oxonie quod sine occasione vendant sextercium vini sui pro x denariis usque ad Pentecosten anno etc. xiij°. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ea sic vendi permittat. Teste rege apud Oxoniam, x die Januarii.

Leic'.—Hugo de Morwic' attornavit Alanum de Heton' contra Willelmum Chauvin' petentem de ij virgatis terre in Luiestorp'.

Leticia de Valeynes attornavit Johannem de Beaumeis et Hamonem de Valeynes contra Hugonem Cocum et Edivam uxorem ejus de ix acris terre in Hernethorn.

Hertf'.—Prior de Mereton' attornavit Petrum le Coliere contra Laurentium piscatorem de quodam gurgite levato in Stansted' ad nocumentum etc.

[m. 16*d*.] Venerabili in Christo patri R. Dei gracia titulo Sancti Angeli diacono cardinali et Francie legato, H. etc. rex Anglie etc. salutem, et sinceram in Domino dilectionem. Grates paternitati vestre referimus super literis vestris quas nuper nobis per dilectum et familiarem nostrum abbatem de Cliva transmisistis, et de mandato quod idem abbas ex parte vestra ore nobis exposuit. Sane quamvis per eundem, quando illum ad vos misimus, vestre paternitati signassemus quandam pacis formam inter illustrem regem Francie et nos ineundam, idem reversus in nullo nos reddidit certiores an dicta forma a predicto rege Francie approbata, vel etiam an illi esset adhuc patefacta. Et quoniam ad sedem apostolicam super tanto negotio non expedit mittere sub incerto, ad vos mittimus predictum abbatem et dilectum et fidelem nostrum magistrum W. de Cantilup', rogantes quatinus nos certificetis per eosdem que forma certa pacis regi placuerit memorato, ut sic demum nuntii certi Romam mittantur qui nego-

1229.

[m. 16*d*.] tium illud sub certa forma procurent secundum quod a partibus providebitur, melius eidem negotio convenire. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Februarii.

Rex H. de Trublevill' senescallo suo Wasconie salutem. Sciatis quod ita convenit inter nos et venerabilem patrem Gerardum archiepiscopum Burdegalensem; videlicet, quod idem archiepiscopus commisit nobis castrum suum de Culturis cum omnibus pertinentiis suis, tenendum per unum annum; videlicet, a festo Annunciationis Dominice anno regni nostri xiij° usque in unum annum completum; et nos reddemus eidem archiepiscopo pro predicto castro c lī. Turonenses, quas percipiet apud Burdegalam ad festum Sancti Michaelis anno eodem per manum vestram vel per manum alterius, qui fuerit senescallus noster Wasconie, de firma civitatis Burdegale. Et preterea nos commisimus eidem archiepiscopo terram de Mestrag, et terram de Campis tenendas in manu sua per eundem terminum. Completo vero anno predicto nos per vos vel per alium qui tunc fuerit senescallus noster Wasconie, predicto archiepiscopo memoratum castrum cum omnibus pertinentiis restituemus in eo statu quo illud recepimus, et similiter idem archiepiscopus restituet nobis predictas terras de Mestrag et de Campis, et nos per vos vel per alium senescallum nostrum qui tunc fuerit, plenam justiciam exhibebimus memorato archiepiscopo super eisdem terris de Mestrag et de Campis, quas dicit de jure spectare ad ecclesiam suam Burdegale. Et sciendum quod nos predictum castrum tempore predicto custodiri faciemus sine destructione vel vasto hominum vel aliarum quarumcunque rerum ad idem castrum pertinentium. Et ideo vobis mandamus quod hanc conventionem firmiter ex parte nostra faciatis observari, sicut predictum est. Teste rege apud Strafford', xxx die Januarii.

Essex'.—Isabella comitissa Oxonie attornavit Robertum filium Galfridi contra Robertum filium Walteri de averiis ipsius comitisse captis etc.

Staff'.—Gilebertus de Stavenesby attornavit Thomam filium Henrici contra abbatem de Hales de averiis captis etc.

Johannes filius Galfridi adtornavit Galfridum de Camera contra Adam de Peryton' de consuetudinibus etc.

Gilebertus de Staveneby attornavit Thomam le Clepe contra Gilbertum abbatem de Hales de averiis ipsius abbatis captis et detentis etc.*

Linc'.—Willelmus de Norhamt' attornavit Willelmum filium Radulfi contra Hugonem Pedenveine de conventione inter eos facta de uno mesuagio in Linc'.

Cornubia.—Walterus de Nimet attornavit Rogerum de Hoeber contra Ivonem de Warderoba et Johannam uxorem ejus, tenentes de j acra terre in Trewinet'.

* This entry is crossed out.

1229.

[m. 16*d*.] *Kancia.*—Willelmus de Fleg' attornavit Johannem clericum contra Willelmum de Averenches de catallis ipsius Willelmi captis.

Rex R. comiti Cestrie et Linc' salutem. Noveritis quod plures ad nos sepius perveniunt rumores quos vobis et aliis fidelibus nostris in eorum novitate communicare non possumus. Inter cetera vero quidam ad nos nuper pervenit rumor, commodum et honorem nostrum pariter et vestrum et omnium aliorum fidelium nostrorum specialiter tangens, qui quidem cum eum vobis manifestaverimus plurimum vobis erit letus et jocundus. Fidelitatem igitur vestram, quam plurimum habemus commendatam, rogamus attentius quatinus in fide qua nobis tenemini in equis et armis et aliis necessariis taliter et ita honeste vobis providere curetis ut, cum dante Domino tempus affuerit oportunum, quod per Dei graciam instabit in proximo, honorifice cum corpore nostro transfretare possitis ad partes ad quas in propria persona sumus transfretaturi. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Februarii.

Rex baronibus suis de Sandwic' salutem. Sciatis quod plures ad nos sepius perveniunt rumores etc. usque 'letus et jocundus' et postea sic:—Pro quo fidelitatem vestram rogamus attentius in fide qua nobis tenemini, quatinus provideatis nobis in navibus vestris preparandis. Ita quod cum tempus viderimus oportunum, quod per Dei graciam instabit in proximo, parate sint ad transfretandum cum corpore nostro ad partes ad quas in propria persona sumus transfretaturi. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

Eodem modo scribitur magnatibus et portubus scriptis in parvo rotulo de summonitione facta.

Lincoln'.—Matildis uxor Willelmi filii Jordani attornavit Willelmum virum suum contra Willelmum filium Aunceline et Alanum filium Johannis de terra in Asgereby.

Glouc'.—Abbas de Winchecumb' attornavit Hugonem le Butiller contra Johannem de Eston' de averiis ipsius Johannis captis.

Oxonia.—Elyas de Redberg' attornavit Johannem le Rus contra Aliciam que fuit uxor Hamonis de Norhamt' et Ricardum filium ejus de consuetudinibus etc.

[m. 15*d*.] Robertus de Angervile attornavit Osbertum de Sparkeford' et Symonem de Heseworth' contra Hamonem Lenveisie de feodo unius militis in Sprouton'.

Essex'.—Johannes de Florentin attornavit Willelmum de Lawe contra Willelmum de Nasinges de xl acris terre cum pertinentiis in Godichestre.

Gilbertus de Aquila attornavit Gilbertum le Barrer et Remigium de Bosco contra Symonem de Hydenye de l acris terre in Wylindon'.

Abbas Abbend' de loquela que est inter dominum regem et ipsum de libertatibus et aliis habet terminum in octabis clausi Pasche.

1229.

[m. 15*d*.] Mandatum est vicecomiti Dereb' quod assisam nove dissaisine quam Rogerus de Dereb' aramiavit coram justiciariis ad primam assisam etc. versus Radulfum Musard' de tenemento in Lucchirch', venire faciat usque Noting' in crastino clausi Pasche coram R. de Lexinton', quem rex constituit justiciarium, simul cum hiis quos sibi associaverit ad assisam illam capiendam. Et habeat ibi athachiamenta etc. et hoc breve et aliud breve. Teste rege apud Croinden', xvij die Februarii.

[m. 14*d*.] H. Dei gracia rex etc. dilecto consanguineo suo O. duci de Bruneswic' salutem et sinceram in Domino dilectionem. De deliberatione corporis vestri a manibus inimicorum vestrorum qui vos captos detinebant, grates referimus Altissimo. Quia licet non sine dispendio et decremento tenure vestre liberati sitis, satis majus tamen habemus deliberationem vestram quam aliquarum rerum vel terrarum vestrarum amissionem. Nec vos latet qualiter et quam injuste potestas inimicorum nostrorum et vestrorum violenta jampridem nos et vos detinuit a jure nostro et vestro hereditario exclusos et exheredatos, et tamen confidimus in Domino, qui non destruit sperantes in se, quod jura nostra et vestra, que nobis et vobis permisit subtrahi, per graciam ejusdem in brevi recuperabimus. In proximo enim quidam vobis innotescent rumores, commodum et honorem nostrum et vestrum specialiter respicientes, qui vobis cum eos audieritis prosperante Domino non modicum erunt leti et jocundi. De eo quod nos rogastis ut fedus conjugale non iniremus inter sororem nostram et ducem de Danchalt', cujus consanguinei se vobis in carcere vestro graves exhibuerint inimicos et adversarios, vobis significamus quod hoc sine consilio vestro et voluntate nullatenus facere curabimus, quoniam in hiis et aliis vestro volumus frui consilio. Scire etiam vos volumus quod prompti sumus et semper parati ad quecumque commodum vestrum respiciunt et honorem, quem a nostro non reputamus alienum. Rogamus autem vos quatinus circa Pentecosten aliquem de vestris ad nos transmittatis, per quem statum et velle vestrum nobis significetis et nos per eundem esse nostrum et voluntatem vobis renuntiabimus. Teste rege apud Guldeford', vj die Marcii.

Rex R. comiti Tholose sic transire per bona temporalia ne amittat eterna. Mittimus ad vos dilectum et familiarem clericum nostrum magistrum Philippum de Ardern', in cujus ore quedam posuimus vobis plenius reseranda de diminutione gravaminis nostri et tribulacionis vestre; quibus si fidem duxeritis adhibendam, credimus et speramus in Domino quod ad honorem Dei et sancte ecclesie, necnon et ad vestrum cedent commodum et honorem pariter et nostrum. Teste rege apud Mortelak,' iiij° die Marcii.

Rex eidem sic transire etc. Mittimus ad vos dilectum et fidelem nostrum Willelmum Reim' Columb', civem nostrum Burdegale, qui per aliquantum temporis moram nobiscum in Anglia nuper fecit, et qui cum ad vos venerit plenius vos certificabit; in cujus etiam ore quedam posuimus vobis exponenda ad honorem Dei et sancte ecclesie et commodum vestrum et honorem pariter et nostrum, que propter viarum pericula scripto non duximus commendare. Teste rege apud Farnham, viij die Marcii.

1229.

[m. 14*d*.] Domino suo et consanguineo L. Dei gracia regi Francorum illustri, H. rex Anglie etc. salutem. A memoria vestra non credimus excidisse quod pridem misimus ad vos dilectum et fidelem nostrum Philippum de Albin' et quosdam alios de familiaribus nostris pro emendis super interceptionibus contra formam treugarum hinc inde factis faciendis et recipiendis, quas quidem in nullo emendari fecistis, licet interceptiones vobis et vestris factas digne fecerimus emendari, et adhuc si opus fuerit sumus facturi. Et quia dictas treugas in animam vestram jurari fecistis, serenitatem vestram duximus attentius exorandam et commonendam quatinus nobis et nostris interceptiones factas condigne faciatis emendari, mittentes aliquas personas credibiles si placet et fide dignas de familiaribus vestris ad comitem Marchie et senescallum nostrum Pictavie, qui dictas emendas ab eis fieri videant et facient. Certi enim sumus indubitanter quod ipsi comes et senescallus super premissis nullas aliter facere emendas curabunt. Teste rege apud Westmonasterium, iiij die Marcii.

H. Dei gracia rex Anglie etc. dilecto consanguineo suo et amico speciali O. duci de Brunneswic' salutem, et sincere dilectionis integritatem. Audito nuper ex relatione devoti vestri magistri G. clerici vestri, quod a carcere et vinculis, quibus detenti fuistis, prospere et sine corporis vestri dampno et dispendio soluti estis per Dei graciam et liberi, successibus vestris et honori plurimum congratulantes, Altissimo, qui in angustia vestra dignatus est vos misericorditer respicere, et ab eadem liberare, grates retulimus copiosas. Gavisi quidem et jocundi nimis effecti super predictis juxta peticionem vestram domino Pape scripsimus, regratiantes eidem pro vobis super gratiam quam vobiscum egit dum in captivitate teneremini. Necnon et personam vestram propensius duximus ei commendare, et pro vobis tanquam pro nobis ipsis affectuose supplicantes, rogare quod gratiam et favorem quem erga personam vestram gessit ex interventu nostro circa vos augere velit et continuare, honori vestro et sublimacioni vestre intendendo et principibus Allemannie specialiter pro amore nostro vos commendando. Et ut negocium istud felicius effectum mancipapetur, dilectum nostrum et devotum vestrum predictum magistrum G. de cujus diligencia et fidelitate certam fiduciam optinemus quod studiosius quolibet alio pro vobis laborabit, ad curiam Romanam destinavimus, cupientes ex animo quod directa pro vobis predicta peticio nostra eo favore exaudiatur quod et vobis ad perpetuum honoris cedat incrementum et nobis exultacionis exinde detur occasio. Ut etiam peticioni vestre nobis facte pro supradicto clerico satisfaceremus, concessimus eidem quinque marcas annuas de camera nostra percipiendas, donec data opportunitate uberius divino et intuitu vestro ei providere possimus. Teste me ipso apud Merleberg', iiij° die Aprilis.

Reverentissimo (*sic*) domino et patri in Christo karissimo G. Dei gracia summo pontifici H. eadem gracia rex Anglie etc. salutem et tam devotam quam debitam tanto domino et patri reverenciam. Quod vestra dignata fuit paternitas vestras misericorditer partes interponere pro deliberacione dilecti consanguinei nostri O. ducis de Bruneswic' illustris a carcere in quo detinebatur vinculis mancipatus; sanctitati vestre ad quantas possumus assurgimus graciarum actiones. Et cum non fuerit inter Christianos principes aliquis quem sedis apostolice non contingat graciam

1229.

[m. 14d.] implorare; paternitati vestre pro dicto consanguineo nostro devotissime duximus supplicandum, quatinus ipsum, intuitu consanguinitatis nostre propensius habentes commendatum, graciam vestram circa eum continuare velitis, honores ejus cum tempus affuerit si placet promovendo et ipsum principibus imperii commendando. Confidenter enim credimus et in Domino speramus quod ipsum inter omnes imperii principes filium invenietis devotiorem, et mandatis sedis apostolice, cui deliberacionem suam penitus asscribit, pronius obsequentem. Teste ut supra.

Rex Thome de Ingoldestorp' et Matheo Cristien, custodibus episcopatus Elyensis, salutem. Precipimus vobis quod in fide qua nobis tenemini et per sacramentum proborum et legalium hominum qui melius sciant et velint dicere veritatem, diligentem fieri faciatis inquisitionem utrum temporibus predecessorum nostrorum regum Anglie aliquo tempore, vivente episcopo Elyensi, contingeret prioratum Elyensem interim vacare et per mortem prioris ejusdem loci episcopus ejusdem loci custodiam ejusdem prioratus de jure haberet et consuevit habere, et si temporibus predecessorum nostrorum regum Anglie, aliquo tempore vacante sede Elyensi, prioratus Elyensis vacaret et predecessores nostri custodiam ejusdem prioratus de jure haberent et consueverunt habere, ratione vacationis sedis Elyensis, sicut eam habere consueverunt episcopi ejusdem loci sede non vacante, et utrum, vacante sede Elyensi, monachi ejusdem loci consueverunt eligere sibi priorem vel expectare eligendi sibi priorem quousque episcopus ibidem preficeretur; et inquisitionem inde factam sub sigillis vestris et sigillis eorum per quos etc. nobis sine dilatione mittas et hoc breve. Permittatis etiam predictis monachis habere rationabile estoverium suum per ballivos suos et per visum alicujus de vestris interim de terris, rebus, redditibus et possessionibus ejusdem prioratus; ita quod nichil inde amoveatur per vos vel per aliquos de vestris sine speciali precepto nostro. Teste rege apud Guldef', vj die Martii.

Norhamt.'—Adam de Curtenay attornavit Hugonem de Bernak' et Galfridum fratrem ejus contra Robertum de Gipesmere et Aliciam uxorem ejus de custodia trium virgatarum terre in Bulewic'.

Wilt'—Willelmus de Hamme attornavit Robertum de Irpeham contra priorem Sancti Swithuni Wintonie de amensura pasture in Hamme.

Sussex'.—Hugo Saunzaver attornavit Johannem de Heiset' contra Johannem de Che[illegible]n' de una hida terre cum pertinentiis in Ragat'.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod ponat per vadia et plegios omnes heredes Willelmi de Thorinton' exceptis illi (*sic*) qui homagia sua regi fecerunt de terris que fuerunt ipsius Willelmi, et que eos hereditarie contingunt, et de quibus idem vicecomes recepit literas regis de facienda eis saisina de predictis terris, quod sint coram rege a die Pasche in xv dies, facturi regi homagia sua, et responsuri quare non venerunt etc.

1229.

[m. 14*d*.] H. de Boun, comes Hereford', attornavit coram domino rege Herveum de Maningford' contra Petronillam de Wilton' de quodam debito quod eadem Petronilla exigit ab eodem comite.

Rex dilecto et fideli suo R. de Burgo, justiciario suo Hybernie, salutem. Ad audienciam nostram nuper pervenit quod cum David de Rupe duos haberet filios, quorum primogenitus in vita ipsius patris sui uxorem duxit, de qua duas procreavit filias, ipsum tandem decedere contigit vivente adhuc predicto patre suo. Cum igitur ipse David in fata concederet et Geroldus de la Roche, filius ipsius David junior, tanquam heres et superstes suus in terra ipsius patris sui se poneret et in ea se teneret, neptes sue filie, scilicet, Reimundi fratris sui primogeniti, tandem eum inde traxerunt in placitum per breve de recto in curia dilecti et fidelis nostri W. Marescalli, comitis Penbr', nec adhuc desistunt ipsum inplacitare. Et quia non est consuetudo vel lex in terra nostra Anglie quod filia fratris alicujus primogeniti fratrem juniorem patri suo succedentem hereditarie in casu predicto super hereditate sua possit vel debeat impetere, vobis mandamus quod predictam loquelam in curia prefati comitis ex parte nostra firmiter faciatis prohiberi, ballivis ipsius comitis districte precipientes quod in loquela illa nullatenus procedant, quia leges et consuetudines terre nostre Anglie in hoc, sicut in aliis in terra nostra Hybernie, volumus observari. Teste me ipso apud Merleb', xxv die Martii anno regni nostri xiij°.

[m. 13d.] Willelmus de Redburn', Adam de Novo Mercato, Walterus de Soureby et Willelmus de Barton' constituti sunt justiciarii ad audiendum appella Jordani de Riton', Johannis Fatui, Godefridi de Pikering' et Willelmi le Sauvage, probatorum, qui sunt in gaiola apud Eboracum, et ad faciendum inde quod ad justiciarios pertinet secundum legem et consuetudinem etc. Et mandatum est eis quod certis die et loco quos vicecomes Eboraci per preceptum domini regis eis scire faciet, conveniant ad eadem appella audienda et ad justiciam inde faciendam, sicut predictum est; et quod provideant quod salva sint domino regi proficua de predictis appellis proveniencia.

Et mandatum est predicto vicecomiti quod certis die et loco predictis justiciariis scire faciat, assumptis secum coronatoribus comitatus sui, venire faciat coram eisdem justiciariis predictos probatores et omnes attachiatos contra eos occasione appellorum predictorum. Teste rege apud Merleberg', iij die Aprilis.

Dilecto domino et consanguineo L. Dei gracia regi Francorum illustri, H. eadem gracia rex Anglie etc. salutem. Super interceptionibus et injuriis gentibus vestris contra formam treugarum inter vos et nos captarum illatis quas eis emendari vestra postulavit serenitas, dominationi vestre significamus quod semper ad hoc fuimus et sumus parati, quod manifeste ex eo patet, quoniam interceptiones gentibus vestris factas de quibus ad nos aliqua delata est querela emendari fecimus, nec tamen alicui de nostris super interceptionibus eis irrogatis hucusque alique facte sunt emende. Rogamus igitur serenitatem vestram ut emendas secundum formam treugarum predictarum inprisiis et gentibus nostris fieri faciatis. Mittemus autem in brevi ad partes vestras nuncios nostros ad emendas

1229.

[m. 13*d*.] gentibus vestris faciendas, et ad emendas nos et nostros contingentes recipiendas. Vos vero, si placet, ad dictarum emendarum tractatum talem ipsis nunciis nostris locum assignare velitis, qui eis merito non debeat esse suspectus, et ad quem sine periculo corporum vel rerum sibi et suis securus pateat accessus. Teste rege apud Merleberge, j die Aprilis.

Walterus de Preston', David de Esseby, Robertus de la Salcey et Johannes de Hulecot' constituti sunt justiciarii ad capiendum assisam nove disseisine quam Thomas de Atrio arramiavit versus

Suff'.—Beatricia filia Radulfi et Aldith' filius Johannis attornaverunt Ricardum filium Ern' contra Ricardum de Haivill' et Aliciam uxorem ejus, et Ricardum de Ratlesden' et Adelunam uxorem ejus de duabus virgatis terre in Bradeleg'.

Norhamt'.—Walterus de Godarvill' attornavit Johannem Morin' contra Robertum molendinarium de Aldrinton' de arreragiis xxx s̄. de annuo redditu xij s̄. molendini ipsius Walteri in Aldrinton'.

Buk'.—Galfridus le Sauvag' attornavit Ricardum Prangenel et Simonem Straunge contra Hugonem de Castillun' petentem de duabus acris terre cum pertinentiis in Lechamsted'.

Wilt'.—Henricus prior de Farleg' attornavit Willelmum de la Bataille contra Walterum de Sumerford' tenentem de manerio de Parva Brocton' cum pertinentiis.

Hybernia.—Rex dilecto et fideli suo R. de Burg', justiciario Hybernie, salutem. Sciatis quod Ernisius de Dunheved' et Johanna uxor ejus attornaverunt coram nobis Galfridum de Blakeford' loco suo ad lucrandum vel perdendum in loquela que est coram vobis inter ipsos Ernisium et Johannam petentes et Robertum de Mandevill' tenentem de vij carucatis terre cum pertinentiis in Adtruill'. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Galfridum loco predictorum Ernisii et Johanne ad hoc recipiatis. Teste apud Merleberg', iij die Aprilis, anno regni nostri xiij°.

Rex justiciario Hybernie salutem. Sciatis quod Johanna, uxor Ernisii de Dunheved', attornavit coram nobis Galfridum de Blakeford loco suo, ad lucrandum vel perdendum in assisa mortis antecessoris que summonita est coram vobis inter Willelmum de Fraxinis et Margaretam uxorem ejus petentes et predictos Ernisium et Johannam tenentes de tenemento in Adlumeny. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Galfridum loco predicte Johanne ad hoc recipiatis.

Pro Sarisburiensi electo.—Rex vicecomiti Surr' salutem. Precipimus tibi quod non vexes vel vexari permittas venerabilem patrem R. Sarisburiensem electum vel dominicos homines suos in baillia tua de maneriis suis propriis, exigendo ab eis theloneum vel alias consuetudines contra libertates quas idem electus habet per cartam nostram et cartas

1229.

[m. 13*d*.] predecessorum nostrorum regum Anglie. Teste apud Merleberg' ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis Glouc', ballivis Wintonie, ballivis Wilton', ballivis Suhampton', ballivis Merleberg', ballivis Divisarum, et vicecomitibus Sumers' et Dorset' pro eodem electo.

Berksir'.—Gervasius persona de Neubir' attornavit Nigellum de Tatham contra Thomam de la Wyke et Katerinam uxorem ejus de sex solidis redditus in Neubir'.

[m. 12*d*.] Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et omnes liberetenentes de balliva tua quod sint coram dilecto et fideli nostro Hugone de Nevill', capitali justiciario foreste, Briano de Insula, et magistro Henrico de Cern', sociis suis, ab octabis clausi Pasche in tres septimanas ad placita foreste nostre, sicut solent et debent venire. Summone etiam de qualibet villa comitatus tui infra metas foreste nostre existente quatuor homines cum preposito et forestarios villarum quod tunc ibi sint. Summone etiam omnes forestarios nostros et viridarios quod ibi habeant omnia atachiamenta sua, tam de viridi quam de venatione, tam de illis atachiatis qui manent infra forestam ballive sue quam de illis atachiatis qui manent extra forestam ballive sue, post ultima placita foreste emersa et que nondum terminata sunt. Summone etiam omnes reguardatores de balliva tua quod ibi habeant omnia reguarda sua sigillis suis sigillata, et agistatores quod sint ibi cum agistamentis suis. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste rege apud Windles', xxv die Aprilis, anno etc. xiij.

Eodem modo scribitur omnibus aliis vicecomitibus Anglie, in quorum ballivis est foresta, quod faciant summoneri etc. ut supra ad dies et loca que ipsi Hugo.

Eboracum.—Abbas de Melsa attornavit fratres Nicholaum de Ridale et Michaelem de Burnes, monachos suos, contra Willelmum de Strutevill' petentem de l acris bosci cum pertinentiis in Ruwe.

Idem abbas attornavit eosdem contra Galfridum filium Reginaldi petentem de dimidia carucata terre et uno tofto cum pertinentiis in Quarum.

Kancia.—Johanna de Aubervill', petens, attornavit Osbertum de Weybrade contra Stephanum Harengod de xv marcis.

Essex'.—Ricardus abbas de Strafford' attornavit fratrem Willelmum de Westmonasterio, monachum suum, contra Warinum filium Fulcher' de divisis factis inter terram ipsius abbatis in Ginges et terram ipsius Warini in Tillebir', et contra Robertum de Wudeham de averiis ipsius abbatis captis etc.

Essex'.—Willelmus de Muntchenesy attornavit Radulfum de la Haye contra Radulfum Morel et Agnetem uxorem ejus de consuetudinibus et serviciis que idem Willelmus ab eis exigit de libero tenemento quod de eo tenent in Lindwude.

1229.

[m. 12*d*.] *Norf'*.—Abbas de Sibbeton' attornavit Ricardum Chancelose et Walterum cocum contra Thomam de Keres' de quadam falda levata in Croxton' ad nocumentum etc. in eadem villa.

Hertf'.—Oliverus le Moine attornavit Walterum de Gedding contra Andream le Goiz de serviciis unde idem Andreas, qui medius est inter ipsum Oliverum et Galfridum de Scalar', etc.

Oxonia.—Thomas Basset attornavit Johannem filium Willelmi contra Robertum Brun, Robertum Bolt, Willelmum Durand, Robertum Blanchef', Robertum filium Nigelli, Agnetem et Gunnildam filias Rannulfi piscatoris, Idoniam filiam Willelmi et Agnetem filiam Mathei, quos clamat esse nativos suos.

Suff'.—Nicholaus de Cundy attornavit Johannem de Beaumes contra Adam Ingulf' et Salernam uxorem ejus et Mabiliam de Fonte de iiij acris terre in Sumerleton'.

Semannus filius Odonis attornavit predictum Johannem de Beaumes contra Robertum filium Constantin' et Margaretam uxorem ejus, tenentes de uno mesuagio in parva Gernem', et contra Alanum Beghild' de uno mesuagio in eadem villa, et contra Margaretam filiam Agnetis de uno mesuagio in eadem villa, et contra Robertum Cappe de uno mesuagio in eadem villa.

Essex'.—Stephanus filius Ricardi Ricardi (*sic*) attornavit Petrum de la Mare contra Agatham de Middelton' tenentem de xxx acris terre in Parva Heyne.

Willelmus Basset, Willelmus de Luditon', Johannes Durvassal, et Willelmus de Wilmecot' constituti sunt justiciarii ad gaiolam de Kenillewurth' deliberandam de prisonibus in ea detentis; et mandatum est eis quod die Lune proxima post Ascensionem Domini conveniant apud Kenillewurth' ad gaiolam illam deliberandam, facturi etc. Teste rege, apud Westmonasterium, vj die Maii.

Mandatum est vicecomiti Warewic' quod omnes prisones ejusdem gaiole et omnia attachiamenta eorum predictis die et loco coram eis venire faciat.

[m. 11*d*.] *Cantebrigia*.—Martinus abbas de Burgo attornavit Ricardum de Saltfleteby contra Simonem Log et Walterum et Willelmum fratres ejus de nativitate.

Eboracum.—Idem attornavit eundem Ricardum contra Radulfum de Saxeflet' de nativitate.

Hybernia.—Ermisius de Doneheved attornavit Johannem Pateric contra Willelmum de Fresnes de quarta parte manerii de Adlimini cum pertinentiis.

1229.

[m. 11*d*.] *Suhamton'*.—Dyonisia que fuit uxor Philippi le Erceyesk' attornavit Henricum le Werd' contra Johannem de Lillebon' de xij solidatis redditus in Suhamton'.

Suff'.—Willelmus de Sancto Georgio attornavit Hubertum de Rishal' contra Willelmum de Colevill' de Aspal, de custodia Matillidis, filie et heredis Petri de la Heose, quam idem Willelmus ei deforciat.

Eboracum.—Abbas de Rivallis attornavit fratrem Alanum, monachum suum, contra Willelmum de Ros, Petrum de Jarpunvill', Willelmum de Furnell', Galfridum de Garton', Walterum filium Reginaldi et alios de averiis ipsius abbatis captis etc.

Suhamt'.—Rogerus Wasceliu' attornavit Nicholaum Achard' contra Willelmum de Brome de averiis ipsius Willelmi captis etc.

Dorset.—Abbatissa de Cadomo attornavit Magistrum J. de Cadomo Senescallum suum*

Abbas de Burgo attornavit Ricardum de Salfleteby versus Rogerum filium Roberti de Haregrave de serviciis et consuetudinibus que idem abbas ab eo exigit de tenemento suo in Haregrave.

[m. 10*d*.] Mandatum est Hugoni de Nevill' quod omnia averia et animalia que sunt in parcis domini regis de Gillengeham, Haneleia, Brikestok', Clive et de Geitinton', cujuscunque fuerint, amoveri faciat. Ita quod nullius averia in eis remaneant nisi averia et animalia dominica domini regis, et pasturam predictorum parcorum bene et salvo custodiri faciat ad boves et animalia que ad parcos illos mittentur ad impinguandum contra hyemem ad larderium domini regis faciendum. Et scire faciat ballivis predictorum parcorum quod cum animalia predicta ad partes illas missa fuerint, illa recipiant et salvo custodiant.

Eodem modo scribitur constabulario de Kenilwurth' pro rege de parco de Kenilwurth'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norhampton' pro rege de parco Norhampton'.

Eodem modo scribitur Willelmo de Coingners pro rege de parco de Gildeford'.

Eodem modo scribitur Godefrido de Craucumb' pro rege de parco de Wudestok'.

Eodem modo scribitur Henrico filio Aucheri pro rege de parco de Havering'.

Matilldis uxor Roberti le Buteler attornavit loco suo Simonem Drueri etc. in loquela que est in comitatu Hertf' inter Robertum le Buteler et ipsam Matilldem petentes, et Reesiam de Norton' tenentem de tertia parte viginti et trium solidatarum redditus et unius mesuagii cum pertinentiis in Norton'.

* This entry is crossed out.

1229.

[m. 10*d*.] Mandatum est vicecomiti Leic' quod assisam que summonita est coram justiciariis ad primam assisam etc. ad convincendum per xxiiij milites juratos assisam nove disseisine que capta fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus inter Avelin' de Pratell' querentem et Simonem de Endredeb' et Willelmum de Endredeb' deforciantes, de communia pasture ipsius Avelin' in Endredeb' que pertinet etc. in Lubestorp', venire faciat coram S. de Sedgrave et sociis suis quos sibi associabit in crastino Sancte Trinitatis apud Leic'.

Rex vicecomiti Middels' salutem. Summone per bonos summonitores omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et liberetenentes de balliva tua et de qualibet villa iiij legales homines et prepositum, et de quolibet burgo xij legales burgenses per totam ballivam tuam, et omnes alios qui coram justiciariis itinerantibus venire solent et debent, quod sint apud Westmonasterium die Martis proxima post octabas Sancte Trinitatis coram dilectis et fidelibus nostris Thoma de Mulet', Galfrido de Lucy, Roberto de Lexint', Willelmo de Raleg', Willelmo de Lond' et Ricardo Reinger, quos justiciarios nostros constituimus, audituri et facturi preceptum nostrum. Facias etiam tunc venire coram eisdem omnia placita corone que placitata non sunt et que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis ad omnia placita et omnia attachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas, et omnia placita que posita sunt ad primam assisam coram justiciariis, cum brevibus assisarum et et (*sic*) placitorum. Ita quod assise ille et placita pro defectu tui vel summonicionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri per totam ballivam tuam quod omnes assise et omnia placita que fuerunt atterminata et non finita coram justiciariis nostris apud Westmonasterium, vel coram justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram justiciariis nostris illuc missis ad assisas nove disseisine capiendas et gaolas deliberandas, tunc sint coram prefatis justiciariis nostris apud Westmonasterium in eodem statu in quo remanserunt per preceptum nostrum vel per preceptum predictorum justiciariorum nostrorum itinerantium vel per justiciarios nostros de banco. Summone etiam per bonos summonitores omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itinerationem predictorum justiciariorum in partibus illis, quod tunc sint ibidem coram predictis justiciariis nostris cum brevibus de assisis et placitis que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo sicut responderi debet coram justiciariis itinerantibus. Et habeas etc. Teste rege apud Fulcham, xxvij die Maii.

Norhampton'.—Galfridus de Leiham' attornavit Radulfum de Leiham' contra Emmam de Withirinton' de uno mesuagio cum pertinentiis in Makeseye et xij acris terre et iiij acris prati cum pertinentiis in Leiham'.

Essex'.—Abbas de Westmonasterio attornavit fratrem Petrum de Sarisburia, monachum, contra Johannem Wudegar' de consuetudinibus et serviciis que idem abbas ab eo exigit de libero tenemento suo quod de eo tenet in Bamflet.

1229.

[m. 10*d*.] *Essex'*.—Johannes Travers attornavit Robertum de Stilstede contra Ricardum de Roinges de serviciis que Rogerus Galliun ab eodem Johanne exigit de libero tenemento suo quod de predicto Ricardo tenet in Birchangre, unde idem Ricardus medius est etc.

Hertford'.—Abbas Sancti Albani attornavit fratrem Walterum de Redburn' monachum suum, et Radulfum le Serjant, contra Bartholomeum Goldfinch de uno mesagio in villa Sancti Albani, et contra Willelmum Bidun de quadam carta quam ab eo exigit.

Middlesex'.—Walterus de Camera attornavit Walterum de Hurl' contra Robertum Wischard' de dimidia virgata terre cum pertinentiis in Bedefunt'.

Leirestr'.—Willelmus de Martewas attornavit Radulfum Araby contra Willelmum de Bracebruge et Amiciam uxorem ejus de tribus virgatis terre et dimidia cum pertinentiis in Nouesle.

Norf'.—Robertus filius Radulfi attornavit Andream Wacelin et Nicholaum de Mundham versus Everdum de Vernun et abbatem de Dorh', de quater viginti et quatuor acris terre cum pertinentiis in Carleton'.

Sumerset'.—Willelmus de Atrio et Alicia uxor ejus atornaverunt Thomam de Atrio contra Henricum del Ortiay deforciantem, de custodia terre que fuit Ricardi de Oily in Hambrug'.

Oxonia.—Iidem attornaverunt eundem contra Rogerum de Oilly deforciantem, de eodem etc. in Kenecot', Estcot', et Walde.

Eboracum.—Robertus Maulnvel attornavit Robertum filium Willelmi in loquela etc. inter ipsum Robertum et Julianam uxorem ejus tenentes et Walterum Haket et Avelinam uxorem ejus petentes, de tercia parte x bovatarum terre in Gattaneb'.

Surr'.—Robertus de Watevill' attornavit Hugonem de Parco contra abbatem de Cruce Sancti Lefred' tenentem de una carucata terre in Esser'.

[m. 9*d*.] *Norhamt'*.—Adam de Periton' attornavit Henricum Ferrant contra priorem Sancte Fretheswithe, Oxonie, et alios de consuetudinibus etc. que idem Adam ab eis exigit etc. in Muleton'.

Ailredus filius Eilulf' attornavit Johannem filium Alvredi contra Alanum filium Burchard' de dimidia virgata terre in Keilmers.

Willelmus le Taillur attornavit Robertum filium Ricardi contra Nicholaum Malemains de conventione de una carucata terre in Burton'.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod, assumptis secum xij legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona accedat usque Beckebir' et Beggesor', et per sacramenta eorundem fieri faciat perambulationem

1229.

[m. 9d.] inter terram Hugonis de Beekebir' in Beckebir' et terram Thome de Beggesor' in Beggesor'. Ita quod perambulatio illa fiat per rectas et certas divisas et metas, quia predicti Thomas et Hugo posuerunt se coram rege in perambulatione illa; et eandem perambulationem distincte et aperte factam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, habeat coram justiciariis ad primam assisam etc. quibus mandatum est quod sic eam stare et esse faciant; et habeat ibi nomina illorum xij et hoc breve. Teste rege apud Wigorniam, x die Junii.

Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis etc. quod sic mandatum est vicecomiti et quod sic stare faciant perambulationem illam.

Mandatum est vicecomiti Eboraci et coronatoribus ejusdem comitatus quod sine omni dilatione sint apud Eboracum in instanti die Sancti Johannis Baptiste, ad essonia capienda de omnibus placitis que ad diem illum posita fuerunt et summonita coram rege in adventu suo ad partes illas per justiciarios regis de Banco; et loquelam R. comitis Cestrie et Rannulfi filii Roberti, et loquelam Juliane que fuit uxor Stephani Stiward' et Rogeri Gulafr', et omnes alias loquelas que ad terminum illum atterminate fuerunt coram rege apud Eboracum, ponant coram rege ad eundem locum in crastino Assumptionis Beate Marie anno etc. xiij°, ut de die in diem sine essonio sint in eodem statu quo fuerunt quando posite fuerunt coram rege apud Eboracum ad predictum terminum Sancti Johannis; et diem dent omnibus essoniatoribus et juratoribus qui coram eis venerint ad eundem terminum Assumptionis Beate Marie. Et habeant tunc coram rege nomina predictorum essoniatorum et juratorum ad certificandum regem de omnibus loquelis predictis, et hoc breve; ita quod pro defectu vestri non remaneant. Teste rege apud Wygorniam, x die Junii.

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod omnes assisas de nova disseisina que aramiate sunt in comitatu suo coram justiciariis ad primam assisam etc. venire faciat apud Glouc' die Veneris proxima post festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xiij° coram Stephano de Sedgrave et sociis suis, quos rex ad hoc justiciarios suos constituit, et habeat ibi hoc breve et omnia alia brevia earundem assisarum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' de assisis nove disseisine faciendis venire coram eisdem ibidem die Mercurii proxima post festum Sancti Johannis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hereford' de assisis etc. venire faciendis coram eisdem ibidem die Jovis post idem festum Sancti Johannis.

Suff'.—Michael de Neweton' attornavit Sewalum de Neweton' in loquela que est inter ipsum Michaelem, Robertum de Wildervill', et Stephanum de Brokedis petentes et Henricum le Parker tenentem, de* duabus carucatis terre in Tatinton et Burdenise.

* Omitted in MS.

1229.

[m. 9*d*.] *Wilt'.*—Gilebertus Basset' attornavit Robertum Kempe contra Eliam de Wrokeshal' de conventione inter eos facta de manerio de Wraxhal'.

[m. 8*d*.] *Suhamt'.*—Alanus Basset et Alina uxor ejus attornaverunt Willelmum le Veel et Matheum de Hamton' contra Willelmum del Punt del Arche [de] manerio de Neweton' cum pertinentiis.

Glouc'.—Thomas de Berkel' attornavit Adam Russel contra Petrum burgensem tenentem de una virgata terre in Fraunton.

Berkes'.—Walterus abbas de Cyrencestr' attornavit Allexandrum de Bureford', canonicum suum, et Michaelem de Mora contra Nicholaum filium Willelmi et Ceciliam uxorem ejus, Ricardum filium Willelmi et Oreng' uxorem ejus de decem hidis terre cum pertinentiis in Eston'.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod omnes assisas de nova disseisina que arramiate sunt in comitatu Oxonie coram justiciariis ad primam assisam etc. et omnes prisones gaiole regis Oxonie, et omnes atachiatos contra eos vel occasione eorum cum omnibus que ad hujusmodi atachiamenta pertinent, venire faciat usque Oxoniam a die Lune proxima post festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xiij° in xv dies, coram S. de Sedgrave et sociis suis quos ad hoc justiciarios suos rex assignavit. Et habeat ibi athachiamenta et hoc breve et omnia alia brevia assisarum predictarum. Teste rege apud Hereford', xix die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norhamt' de assisis nove disseisine et de prisonibus gaiole Norhamt' in forma prescripta faciendis venire usque Norhamt' coram S. de Sedgrave etc. ut supra, in crastino Sancte Marie Magdalene. Teste rege apud Wudestok', x die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci de assisis nove disseisine et gaiolis deliberandis apud Eboracum in crastino Assumptionis Beate Marie coram Roberto de Lexinton', Willelmo de Stutevill', Briano filio et Roberto de Cokef'. Teste rege apud Norhamt', xxvij die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Salopie et Staff', de assisis nove disseisine et gaiolis etc. deliberandis apud Saloppiam a crastino Sancti Jacobi Apostoli in xv dies coram H. de Burg' justiciario et aliis etc. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Precipimus tibi quod statim visis literis istis per totam ballivam tuam clamari facias et prohiberi ne quis mercator extraneus de cujuscunque terra fuerit, qui non sit de terra et potestate nostra, moram faciat cum rebus et catallis et mercandisis suis in terra vel potestate nostra Anglie, ultra instans festum Sancte Marie Magdalene anno etc. xiij°; et quod infra terminum illum quilibet mercator alienigena, qui non sit de terra et potestate nostra, cum rebus et mercandisis suis a terra et potestate nostra Anglie exeat, sicut se ipsos, res et catalla et mercandisas suas velint indempnes conservari, et ne ad eorum corpora, res et catalla et mercandisas suas, si ultra terminum illum in terra sive potestate nostra Anglie contra hanc prohibitionem nostram inveniantur, nos capere debeamus. Teste rege apud Witteneiam, v die Julii.

1229.

[m. 8d.] Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie, et vicecomitibus Lond', ballivis Wintonie, Cantuarie, Oxonie, Stamford', Wigornie, Exonie, Bristoll', Norht', Glouc', Suht', Lenn', Leic', Norwic', Linc', Hereford.'

[m. 7d.] *Berk'*.—Robertus abbas de Abbendon' attornavit Robertum de Haurad et Robertum de Bedenested' contra Thomam de Gymeg' de averiis captis.

Buk'.—Rogerus de Grey attornavit Robertum de Martiwast contra Petrum de molendino tenentem de uno mesuagio in Buk'.

Norhamt'.—Prior Sancte Fretheswithe attornavit Johannem de Brehull' contra Adam de Faxton' de consuetudinibus et serviciis in Multon'.

Oxonia.—Beatricia uxor Roberti Mauduit attornavit Reginaldum le Clerc contra Johannem Prutfot de consuetudinibus etc. que exigit a predicto Johanne in Fulking'.

Rex ballivis suis de Dunewic' salutem. Sciatis quod treuge que capte fuerunt inter nos et regem Francorum, terminabuntur in instanti festo Sancte Marie Magdalene anno etc. xiij°, et quod plures galie et bargie, sicut pro certo didicimus, jam sunt per costeram maris de tota potestate regis Francorum parate ad capiendum et depredandum naves de potestate nostra ad quascunque partes se transferre voluerint. Et ideo vobis mandamus quatinus statim visis literis istis clamari faciatis et firmiter prohiberi per totam villam de Dunewic' quod nulla navis que sit de portu vestro a susceptione literarum istarum a portu vestro exeat ad transfretandum ad partes transmarinas, donec aliud mandatum a nobis susceperit. Nec permittatis quod aliqua alia navis de terra nostra, que non sit de portu vestro, exeat de eodem portu nisi prius bonam vobis fecerit securitatem quod se alibi non transferet nisi ad portum a quo exivit, et quod inde non recedet donec aliud inde preceperimus. Omnes autem alias naves que sunt in portu vestro vel venient ad portum vestrum, de cujuscumque terra fuerint, sive de Wasconia sive aliunde, arestari faciatis, ita quod a portu vestro non exeant donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Westmonasterium, xvij die Julii.

Eodem modo scribitur ballivis Wincheles', Sandwic', Rumenal', Sorham, Sefford', Portesm', Jernem', Heth', Dovr', Hasting', Suht', Pevenes', Gipewic', Lenn'.

Rex ballivis portus de Sorham salutem. Precipimus vobis quod non permittatis quod aliquis mercator extraneus, qui non sit de potestate nostra, ad partes transmarinas a portu suo se transferat usque ad instans festum Sancte Marie Magdalene anno etc. xiij° sine speciali precepto nostro. Omnes etiam res et mercandisas suas et catalla sua, que ultra terminum illum in portu vestro inventa fuerint, vel ad portum vestrum venerint, arestari et in manum nostram capi et salvo custodiri faciatis, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Julii.

Eodem modo scribitur ballivis Dovr', Portesm', Suhamt', Lond', Gipewic', Dunewic', Jernem', Lenn'.

1229.

[m. 7*d*.] *Leicestr'*. — Adam de Napton' attornavit Philippum de Napton' contra abbatem de Croekeden' et Gilebertum le Chapelein de terra in Pulten' et Menstreton'.

Norhamt'. — Thomas de Wappenbir' attornavit Galfridum de Wilenhal' contra Robertum de Sancto Germano tenentem de duabus carucatis terre in Brocton.'

Buk'.—Nicholaus de Verdun attornavit Ricardum de Stok' contra Andream de Bradeshull' de consuetudinibus etc. in Bradeshull'.

Norhamt'. — Ricardus filius Reginaldi attornavit Gilebertum filium Reginaldi contra Willelmum filium Henrici tenentem de una virgata terre in Stanford'.

Simon de Harewedon' attornavit Matheum de Haregrave contra Simonem le Forester petentem de una virgata terre in Harewedon'.

Sumerset'.—Hugo de Perers attornavit Laurentium de Sancto Mauro contra abbatem de Keynesham petentem de una virgata terre in Pebbelawe.

Eboracum.—Ranulfus filius Henrici attornavit*

Abbas de Dala et Willelmus comes de Ferrariis venerant coram rege et posuerunt se super perambulationem faciendam inter terram ipsius abbatis in Stanleg' et terram ipsius comitis in Spondon' in comitatu Dereb'.

Simon de Harewedon' attornavit Matheum de Haregrave

[m. 6*d*.] *Hybernia*.—Rogerus filius Pagani attornavit Ricardum filium Pagani contra abbatem de Dunbrothy de iiij carucatis terre in Bawymoel, et contra Adam Cristofr' de iij carucatis terre in eadem villa, et contra Walterum de Abernun de ij carucatis terre in eadem villa. Littere iste directe fuerunt justiciario Hybernie.

Bedeford'.—Ysabella filia Baldwini attornavit Hugonem Agu de Wilden' contra Willelmum filium Mathei de dimidia virgata terre et duobus mesagiis cum pertinentiis in Divelho.

Norwic'.—Amisius Vineter attornavit Ranulfum de Broc contra Ricardum le Flemeng' et Simonem de Hunstaneston' de uno mesuagio in Norwic'.

Rex maiori et vicecomitibus Lond' salutem. Precipimus vobis quod, non obstante precepto nostro generali quod vobis et aliis ballivis in terra nostra nuper fecimus de mercatoribus extraneis qui non sunt de terra et potestate nostra, quod a terra nostra Anglie exirent cum rebus et mercandisis suis, ita quod ultra festum Sancte Marie Magdalene proximo pre-

* This entry is cancelled.

1229.

[m. 6d.] teritum moram non facerent in terra nostra Anglie, permittatis omnes mercatores extraneos qui non sunt de dominico et potestate regis Francorum, licet ultra terminum predictum moram fecerint in terra nostra, sine occasione et impedimento cum rebus et mercandisis suis a terra nostra exire et recedere, ita quod nulli predictorum mercatorum occasione predicti precepti nullam faciatis vel fieri permittatis dampnum aut gravamen. Teste rege apud Norhamt', xxv die Julii.

Rex vicecomiti Dors' salutem. Miittimus ad partes tuas Galfridum de Lucy ad eundum una tecum per omnes portus ballive tue et arestandum omnes naves inventas in eisdem portubus, et ad capiendam bonam et sufficientem securitatem de magistris navium illarum quod erunt cum eisdem navibus apud Portesm' ad festum Sancti Michaelis proximo instantis, parati ire in servicium nostrum quo preceperimus. Et ideo tibi precipimus quod una cum ipso Galfrido ad dictos portus cum summa festinacione in propria persona accedas, et dictas naves in eis inventas simul arestetis, et quod erunt apud Portesm' ad predictum terminum bonam et sufficientem securitatem capiatis. Omnes autem naves in portubus illis inventas et quot equos singule earum deferre valeant, et nomina magistrorum illarum navium distincte et aperte facias inbreviari, ita quod unum scriptum inde penes te retineas et ipsi Galfrido remaneat aliud. Teste rege apud Hecham, xxvj die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norf', Suff', et Essex', de se et Thoma de Hemmegrave, Linc' de se et Johanne de Baiocis, Kancie et Sussex de se et Roberto de Auberviil', Suht' et Dors' de se et Galfrido de Lucy, Devonie et Cornubie de se et Roberto la Such'.

Mandatum est ballivis de Wincheles' quod si Matheus de Podio invenerit eis bonos et salvos plegios quod navis sua arestata per preceptum regis apud Wincheles' erit apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies parata ire in servicium regis cum eo, vel si idem Matheus salvos plegios ad hoc invenire non poterit, commiserit in custodia Henrici le Poun, prepositi de Winchel', Petrum et Garsium et Ernaldum cognatos suos tanquam obsides qui manucapiant quod navis apud Portesm' erit ad predictum diem parata in servicium regis ire, tunc predictam navem deliberari faciant et quo voluerit abire permittant. Teste rege apud Sanctum Neot', xxviij die Julii.

In curia de Cantebrigia.—Wido piscator et Matildis uxor ejus attornaverunt Henricum filium Widonis contra Walterum de Cotes et Aliciam uxorem ejus de uno mesuagio in Cantebrigia.

Cantebrigia.—Galfridus de Hadfeld' attornavit Johannem de Hafeld' contra Ricardum de Wintonia et Aliciam uxorem ejus tenentes de j mesuagio cum pertinentiis in Cantebrigia.

Norf'.—Gilebertus filius Moisi, Willelmus filius Moisi, Gilebertus filius Thurmod', Baldr' filius Reginaldi, Siward' de Oxeburg' et Matilda uxor ejus, Ricardus filius Reginaldi et Gilebertus filius Petri attornaverunt Hakun' filium Thurmod' contra Stephanum filium Oky petentem de lxx acris terre in Oxeburg' et Caldecot'.

1229.

[m. 6d.] Nicholaus de Marham attornavit Simonem de Seham contra Robertum Tok' et Agnetem uxorem ejus deforciantes, de custodia terre et heredis Willelmi filii Nicholai.

Norf'.—Godefridus, Johannes, Galfridus, Godman', et Adam filii Walteri attornaverunt Galfridum Dаunte contra Aunger' de Flet' tenentem de ij acris terre in Cougham, et contra Johannem Rugheved' tenentem de tribus rodis terre in eadem villa.

Suff'.—Alicia, que fuit uxor Willelmi filii Geroldi, attornavit Henricum filium suum contra Willelmum filium Johannis tenentem de medietate xiij acrarum terre in Blundeston', et x acrarum marisci in Beleton', et contra Idoneam, quondam uxorem Henrici de Alneto, tenentem de medietate xiij acrarum terre in Blundeston' et x acrarum marisci in eadem villa et Flix', et contra Willelmum filium Osberti tenentem de medietate iij acrarum terre in Blundeston'.

Rex dilecto et fideli suo R. comiti Cestrie et Linc' salutem. Sciatis quod de mandato quorundam amicorum nostrorum de partibus transmarinis et de consilio comitum et baronum nostrorum Anglie, firmiter proposuimus auctore Domino transfretare, ita quod a die Sancti Michaelis in xv dies erimus apud Portesm' prompti et parati naves nostras ascendere. Et ideo vobis mandamus, firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus sicut nos et honorem nostrum pariter et vestrum diligitis, sitis ad nos predictis die et loco te xx° militum, ita parati equis et armis ad transfretandum cum corpore nostro, quod grates vobis inde scire debeamus. Teste me ipso apud Sanctum Neot', xxvij die Julii.

Eodem modo scribitur comitibus et baronibus.

Et episcopis et abbatibus de habendo ibi servicio suo.

Rex vicecomiti Kancie salutem. Precipimus tibi quod in fide qua nobis teneris, visis literis istis, scire facias omnibus illis de comitatu tuo qui de nobis tenent in capite per servicium militare, et similiter illis qui terras Normannorum vel Britannorum tenent de ballio domini J. regis patris nostri vel nostro, quod sicut tenementa sua que de nobis tenent diligunt, sint apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies anno etc. xiij°, parati equis et armis et aliis necessariis ad transfretandum cum corpore nostro. Teste rege apud Lond', x die Septembris.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

[m 5d.] Rex rogavit senescallum Wintoniensis episcopi quod in boscis domini sui propinquioribus Suhamt' fieri permittat mille cleias, et priorem Sancti Swituni Wintonie quod totidem in bosco suo de Menes et aliis boscis suis propinquioribus Porec' fieri permittat, et abbatem de Bello Loco quod in bosco suo de Suberton' fieri permittat d cleias, et Thomam de Gimeg' quod in bosco suo propinquiori Porec' fieri permittat d cleias ad supplendum defectum trium millium cleiarum que deficiunt ad munitionem navium regis, preter ducentos pontes qui similiter deficiunt. Et mandatum est G. de Lucy quod predictos ducentos pontes fieri faciat in foresta de Bera, ad quos et cleias predictas faciendos rex liberari fecit Hereberto clerico ad partes illas remisso, rogando quod

1229.

[m. 5d.] idem G. ad hoc diligentiam apponat. Teste rege apud Bukeham, xj die Augusti.

Rex abbati de Fontibus salutem. Sciatis quod de mandato quorundam amicorum nostrorum de partibus transmarinis et de consilio comitum et baronum Anglie, firmiter proposuimus auctore Domino transfretare. Ita quod a die Sancti Michaelis in xv dies erimus apud Portesm', prompti et parati naves nostras ascendere.

Rex respectum dedit Galfrido Dinant de se milite faciendo usque ad instans passagium regis, videlicet a die Sancti Michaelis in xv dies. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Galfrido interim inde pacem habere permittat. Teste rege apud Havering', xxv die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumerset' pro eodem.

Norf'.—Avicia que fuit uxor Ulfketil' Godsib attornavit Willelmum filium Rogeri contra Willelmum Godsib tenentem de tertia parte xxx acrarum terre in Fincham.

Suff'.—Avelinus filius Willelmi* et Alicia uxor ejus attornaverunt† Osbertum virum ipsius Alicie loco suo contra Willelmum de Hereford' et Margaretam uxorem ejus, tenentes de iiij acris terre in Burg', et contra Jocelinum de Burg' tenentem de iiij acris terre in eadem villa, et contra Johannem filium Margarete tenentem de sex acris terre in eadem villa, et contra Johannem le Tanur tenentem de de (*sic*) una acra terre et dimidia in eadem villa, et contra Sewalum de Kirkeb' et uxorem ejus tenentes de j acra terre in eadem villa et contra Henricum de Kirkeb' tenentem de dimidia acra terre in eadem villa, et contra Nicholaum le Tanur tenentem de una acra terre in eadem villa, et contra Haconem le Parmenter tenentem de dimidia acra terre in Burg', et contra Rogerum de Gapenton' tenentem de dimidia acra terre in eadem villa, et contra Mabiliam Cocstan tenentem de una acra terre in eadem villa, et contra Eudonem clericum tenentem de duabus acris terre in eadem villa, et contra Rogerum filium Reginaldi tenentem de tribus acris marisci in eadem villa.

Norff'.—Milesanta uxor Rogeri de Geslea attornavit ipsum Rogerum virum suum contra Thomam Burd' de tercia parte lx acrarum terre in Staunford'.

Galfridus de Reynesham et Alicia uxor ejus attornaverunt Simonem filium Galfridi contra Walterum de Stratton' et Gunnildam uxorem ejus tenentes de ix acris terre in Stratton'.

Salopia.—Ilarius Trussebut attornavit Robertum Trussebut et Ricardum de Clare contra Johannem de Harleg' petentem de ij partibus iij hidarum terre et dimidie in Harleg'.

* "Osb' fil' Johannis" is cancelled here.

† "Predictum" is cancelled here.

1229.

[m. 5d.] *Suff'*.—Johannes, Willelmus, Thomas, Ricardus, Elyas, Robertus, Rogerus et Bartholomeus attornaverunt Henricum de Russebrok' et Willelmum filium Michaelis contra Johannem de Sancto Edmundo tenentem, de medietate quatuor acrarum terre in villa Sancti Edmundi.

Ricardus de Langetot attornavit Rogerum de Stowe contra Robertum de Dunmawe tenentem, de una roda prati in Stowe.

Essex'.—Hubertus de Sering et Sarra uxor ejus, Alicia et Agnes sorores ipsius Sarre, attornaverunt Petrum de Haselingberg' contra Stephanum de Bedewell' tenentem de v acris terre in Hallingberg'.

Surr'.—Thurgisius de Illegh' attornavit Adam de Garston' in loquela que est in comitatu Surr' inter ipsum Thurgisium et Ceciliam uxorem ejus petentes et Johannem abbatem de Boxle tenentem, de tercia parte ccc acrarum terre in Chissenden'.

Willelmus de Wydiworth' et Walterus Russell', inter quos recordatio assise nove disseisine summonita fuit coram domino rege, habent diem ad audiendum predictam recordationem a die Sancti Michaelis in iij septimanas; nisi rex transfretaverit, coram rege, et si transfretaverit, coram justiciariis de Banco. Et predictus Willelmus ponit loco suo Galfridum de Hethe et predictus Walterus Willelmum de Wyke.

Suthampt'. Sussex'.—Radulfus de Clere attornavit loco suo Walterum de Vitewrth' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est inter ipsum Radulfum petentem et Jordanum de Werkervill' deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que idem Radulfus ab eo exigit de tenemento in Suberton', et in loquela que est inter ipsum Radulfum petentem et Milesentam de Monte Fichetti de placito terre in Plumton'.

Rex vicecomiti Salopie salutem. Scias quod ita convenit coram dilecto et fideli nostro H. de Burgo, comite Kancie, justiciario nostro, inter Maddocum filium Griffini et Willelmum Pantulf super contencione orta inter eos de boscis de Fennehirst' et de Hadlegh', quos idem Willelmus clamat pertinere ad manerium suum de Dudinton', et quos ipse Maddocus e contrario dicit esse pertinentes ad terram suam de Maillor Seisenee, scilicet quod per sacramentum xij legalium Anglicorum quos ipse Maddocus eliget, et quos tu ad hoc venire facies, et per sacramentum xij legalium Walensium quos predictus Willelmus eliget et quos L. princeps Norwallie ad hoc venire faciet, fiat certa perambulatio per certas metas et divisas inter terram predicti Maddoci de Maillor Seisenee et terram predicti Willelmi de Dudinton'. Et ideo tibi precipimus quod predictos xij Anglicos, quos ipse Maddocus ad hoc eliget, ad diem competentem venire facias ad perambulationem illam faciendam una cum predictis xij legalibus Walensibus, quos ipse Willelmus ad hoc eliget, et quos ipse L. ad diem quem ei scire facies de mandato nostro ad hoc venire faciet. Perambulationem autem illam per predictos xij Anglicos et xij Walenses factam, sicut predictum est, ex parte ipsius Willelmi stare et teneri facias. Nos enim mandavimus predicto principi quod ipsam ex parte predicti Maddoci stare et teneri faciat. Teste rege apud Windles', primo die Septembris.

1229.

[m. 5d.] Eodem modo scribitur predicto L. ut supra, et quod ipsam ex parte ipsius Maddoci stare et teneri faciat.

Cantabrigia.—Osbertus de Stradeset' et Matilda uxor ejus attornaverunt Radulfum de Bareshal' et Robertum de Holm' contra Ricardum de Muntfichet de divisa facienda.

Berk'.—Fulco filius Warini attornavit Alanum de Farham et Johannem de Appelford' contra Henricum de Waneting' de placito nativitatis.

Devon'.—Rogerus Beupel attornavit Sampsonem Hereward' contra Hamelinum de Tappeleg' et Beatriciam uxorem ejus tenentes, de iij ferlingis terre et dimidio cum pertinentiis in Tappeleg', et contra Adam le Ireis tenentem de uno ferlingo terre in Baddingcot', et contra Galfridum de Baddincot' tenentem de uno ferlingo terre in Almarisdon'.

Salopia.—Fulco filius Warin' attornavit Paulinum de Ambrebir' contra Philippum de Burewardel' de ij carucatis terre in Bradel' et ij carucatis terre in Edulvescot'.

Suff'.—Alvredus de Faring' et Isabella uxor ejus attornaverunt Thomam de Faring' contra Robertum filium Reginaldi de Dunewic' petentem de iv s. redditus in Holeton'.

Staff'.—Fulco filius Warini attornavit Philippum filium Terrici contra Philippum de Burwardel' tenentem de duabus carucatis terre in Esseleg'.

Buk'.—Adam de Bello Campo attornavit Ambrosium de Tillesworth' contra Willelmum de Chalkemere de, consuetudinibus et serviciis in Edelvesberg'.

Suff'.—Amfr' de Fering'

[m. 4d.] Mandatum est Johanni de Gatesden'* quod averia hominum de Basingstok' que capi fecit pro arreragiis que per summonitionem Scaccarii ab eis exigit de firma de Basingstok' de pluribus annis, que quidem arreragia solverunt ballivis suis tunc temporis ut dicit, eisdem hominibus replegiari faciat usque super proximum compotum suum ad Scaccarium Sancti Michaelis anno etc. xiij°; et ponat per vadium et salvos plegios omnes illos qui ballivi fuerunt ejusdem ville annis predictis, et quos ipsi homines ei plenius nominabunt, quod sint coram baronibus de Scaccario apud Westmonasterium super predictum compotum suum, ostensuri quare non reddiderunt regi arreragia illa que predicti homines eis solverunt annis predictis, et ipsos inde non dum acquietaverunt ut dicunt; et habeat ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege apud Windlesor', iiij die Septembris.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti pro hominibus de Aulton'.

* Corrected from "vicecomiti Suhamt'."

1229.

[m. 4*d*.] *Cantebrigia.*—Bego de Kenovill' attornavit Radulfum de Mantevill' contra Radulfum filium Elye petentem, de una carucata terre in Horset'.

Oxonia.—Willelmus abbas de Stanleg' attornavit Michaelem de Herst contra Thomam filium Radulfi petentem, de ij virgatis terre in Hormintou'.

Surr'.—Willelmus abbas de Cruce Sancti Lefred' attornavit fratrem Petrum, monachum suum et* Fulkonem camerarium, contra Robertum de Watevill' de j carucata terre in Essere.

Kancia.—Johannes abbas de Ponte Roberti attornavit Rogerum filium Gileberti contra Reginaldum de Bernevall' et Margaretam uxorem ejus petentes, de xv s. redditus in Sandhurst'.

Wilt'.—Ricardus de Wiltesir' attornavit Odonem Bernardi† contra abbatissam de Wilton' de consuetudinibus et serviciis que ipsa ab eo exigit etc. in Berewic'.

G. comes Glouc' attornavit Ricardum de Lada in inquisitione que summonita est de advocatione decanatus de Wimburn'.

Linc'.—Willelmus de Cantilupo junior attornavit Willelmum Maumiry contra Willelmum de Heynton', nativum et fugitivum suum.

Sussex'.—Prior Lewensis attornavit Robertum de Lindes' et Johannem de Horsted' contra Simonem de Molend' de consuetudinibus etc. in Hinberhorn'.

Rex vicecomiti Berk' salutem. Scias quod erimus, auctore Domino, apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies anno etc. xiij, cum exercitu nostro, parati ad transfretandum. Et ideo tibi precipimus quod, visis literis istis, clamari facias per totam ballivam tuam quod omnes mercatores victualium veniant usque Portesm' cum victualibus suis; videlicet, pane, vino, cervisia, carnibus, feno, avena et omni alio genere victualium, et firmiter prohibeas quod nullum mercatum teneatur in balliva tua quamdiu fuerimus in partibus predictis expectando opportunitatem transfretandi. Teste rege apud Cantuariam, xvij die Septembris.

Eodem modo* scribitur vicecomitibus Surr,' Sussex', Suhamt', Somerset, et Dors', Wilt'.

Mandatum est Willelmo Talebot, Galfrido de Lucy, Waltero de Burgo et Waltero de Brackel' quod habere faciant R. comiti Cestrie et Linc' navem Walteri le Flemeng, que vocatur *La Haytee*, ad transfretandum cum rege in servicium suum. Teste rege apud Favresham, xix die Septembris. Et pro Willelmo de Vesey de navibus ad transfretandum se quinto militum.

Eodem modo scribitur eisdem pro J. constabulario Cestrie de quadam nave ad transfretandum etc. Et pro J. comite Hunt' de navibus

* Omitted in MS. † Corrected from "de Barry."

1229.

[m. 4d.] ad transfretandum. Et pro Rogero de Quency de navibus ad transfretandum.

Eodem modo scribitur eisdem pro Willelmo de Ferrariis, comite Dereb', de navibus habendis ad transfretandum.

Mandatum est ballivis Jernem' quod habeant coram rege apud Lond' die Martis proxima post instans festum Sancti Michaelis anno etc. xiij°, corpus Johannis Hereb' capti et detenti in prisona regis apud Jernem' pro morte Willelmi filii Gileberti Salerne, quem ipse interfecit. Diligentem etiam fieri faciant inquisitionem interim per testimonium vicecomitis Norf' et aliorum proborum et legalium hominum ville sue, cujusmodi res et catalla idem Johannes habuit et quantum valeant et in cujus manu sint. Ita quod predictis die et loco regem inde plenius certificare possit; et habeant ibidem predicto die sectam illorum qui ipsum Johannem appellant de morte ipsius Willelmi, et hoc breve. Teste rege apud Roffam, xx die Septembris.

Rex hominibus de Meaudon salutem. Sciatis quod navem quam nobis invenire tenemini ad passagium nostrum in hoc instanti passagio nostro, liberari precepimus dilecto et fideli nostro Willelmo de Stutevill' ad transfretationem suam. Et mandamus vobis quod ipsi Willelmo sitis intendentes et respondentes, provisuri quod ipsa navis bonis marinellis et armamentis necessariis sit ita munita ne pro defectu vestri ad vos nos capere debeamus. Teste apud Lond', xxiij die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti Essex' et Thome de Emmegrave de navi illa facienda liberari eidem Willelmo.

[m. 3d.] Rex ballivis portus de Lenn' salutem. Precipimus vobis quod in fide qua nobis tenemini et sicut vos ipsos res et tenementa vestra diligitis, nullatenus permittatis quod aliqua navis que ferre potest xvj equos vel plures a portu vestro se transferat versus Pictaviam vel ad alias partes transmarinas, nisi usque Portesm' ad eundum nobiscum in servicium nostrum, scituri indubitanter quod si scire poterimus quod hujusmodi naves a portu vestro se transferant aliter contra hanc prohibitionem nostram preterquam usque Portesm' ad eundum in servicium nostrum, ut predictum est, ad corpora, catalla et tenementa vestra et ad villam vestram graviter nos capiemus, ita quod gravatos nos sentietis. Teste rege apud Lond', xxvij die Septembris.

Bed'.—Prior Dunstapl' attornavit Willelmum de Weng', canonicum suum, contra Ricardum Mace deforciantem, de consuetudinibus que idem prior ad eo exigit etc. in Dunstapl'.

Suff'.—Willelmus del Auney attornavit Johannem de Beannes contra Simonem de Perepunt, Thomam Latimer, Moisem de Gyselham et Robertum filium Ricardi tenentes, de una carucata terre in Benaker, et de xxx acris terre in Kersingeland', et de xl acris terre in Giselham.

Noting'.—Matilda de Luvetot attornavit Johannem le Constable de divisis faciendis inter terram ipsius Matildis, Willelmi Basset et Matildis

1229.
[m. 3d.] uxoris ejus in Normanton', et terram Roberti de Dayvill' et Dionisie uxoris ejus in Skeggeb'.

Bed'.—Henricus Agn attornavit Galfridum del Teil contra Matheum de Divelhou tenentem, de dimidia virgata terre in Divelhou.

Wilt'.—Willelmus Talebot attornavit Willelmum de Glaston' et Willelmum de Fyring' contra Petronillam de Fugheleston' de quodam debito.

Linc'.—Magister Milicie Templi attornavit Johannem Grosse Teste inter Simonem filium Simonis Trussebut petentem, et Galfridum de Holt tenentem, de ij bovatis terre in Messenden', unde idem Galfridus traxit ad warantiam predictum magistrum.

Idem magister attornavit Robertum de Kant' contra Simonem Trussebut de warantia carte.

Linc'.—Willelmus Bardulf' attornavit Alexandrum de Lafford' contra Reginaldum filium Galfridi et Isabellam sororem ejus, et Hildam Puse, de hoc quod clamat ipsos esse nativos suos.

Cornubia.—Willelmus de Boterell' attornavit Rogerum le Sor contra Bernardum Kenstok' de uno mesuagio in Treveren, et contra Johannem filium Ranulfi tenentem, de j mesuagio in eadem villa.

Norhant'.—Johannes filius Dermod' et Claricia uxor ejus attornaverunt Radulfum de Blakeford' contra Robertum de Waleton' deforciantem, de quadam carta quam ab eo exigunt.

Eboracum.—Philippus de Kyma attornavit Willelmum de Neuton' contra Ricardum de Alingham, quem idem Philippus clamat nativum etc.

Dereb'.—Hugo filius Radulfi attornavit Robertum le Vavasur contra Johannem filium Thome de consuetudinibus et serviciis etc. in Sippeleg'.

Eboracum.—Galfridus de Everle attornavit Adam de Rydal' contra Galfridum de Gedding' tenentem de ij bovatis terre in Everle.

Norhamt'.—Ricardus de Gray attornavit Robertum Champeneis contra Willelmum filium Johannis de placito nativi.

Notingh'.—Willelmus Russel et Isabella uxor ejus attornaverunt Willelmum Hog et Reginaldum Prest contra ballivos de Ratford' de theloneo et aliis consuetudinibus et serviciis, que ipsi ballivi exigunt ab hominibus predictorum Willelmi et Isabelle de Ratford', Neubigg' et Ordeshal'.

Notingh'.—Willelmus Russel' et Isabella uxor ejus attornaverunt Eustachium de Salnoure et Willelmum de Stanleg' contra Hugonem filium Mauveisin, Fulconem filium Galfridi, Robertum filium Matilldis,

1229.

[m. 3*d*.] Robertum le Musner, Edusam de Ordeshal' et Nicholaum filium Galfridi de secta quam predicti Willelmus et Isabella exigunt ab eis ad molendinum suum de Ordeshal'.

Notingh'.—Walterus de Glauuorth' attornavit Willelmum Brien contra Willelmum filium Ade et Joettam uxorem ejus et Emmam filiam Reginaldi de consuetudinibus et serviciis que idem Walterus ab eis exigit de libero tenemento in Clawurth'.

[m. 2*d*.] Mandatum est ballivis portus Sorham quod habere faciant Nichole de Wannevill', sorori Willelmi de Cantil', unam naviculam que ferre possit vij vel viij equos ad ipsam, cum hominibus, equis et harnesio suo, transferendam. Teste rege apud Westmonasterium, x die Octobris.

Rex justiciariis de Banco salutem. Mandamus vobis quod loquelam que est coram vobis per preceptum nostrum inter Willelmum Buzun petentem et Johannem de Erlegh' tenentem, de ij carucatis terre cum pertinentiis in Sumerton', qui de nobis tenet in capite, et profecturus est nobiscum ad partes transmarinas in servicium nostrum, ponatis in respectum quousque a partibus illis redierimus, nisi loquela illa sit de assisa nove disseisine vel de dote unde mulier que petens est nihil habet. Teste rege apud Portesm', xviij die Octobris.

Eodem modo scribitur eisdem de loquela que est coram eis inter Willelmum de Sancto Johanne et Willelmum de Percy, qui profecturus etc.

Eodem modo scribitur:—

Vicecomiti Wilt' de loquela que est in comitatu illo inter Petronillam que fuit uxor Hervici de Wilton' et H. comitem Hereford', qui de rege tenet et qui profecturus est etc. ut supra.

Justiciariis de Banco de loquela que est inter Thomam de Camvill' et Eliam de Boutan', qui de rege tenet et profecturus etc. ut supra.

Vicecomiti Glouc' de loquela que est in eodem comitatu inter W. Wigorniensem episcopum et H. comitem Heref' etc.

Vicecomiti Noting' de loquela que est in comitatu illo inter Ricardum Putrel et Ricardum de Muccgros, qui tenet de rege in capite et profecturus etc. ut supra.

[m. 1*d*.] Mandatum est ballivis portus Suhamt' quod si Thomas le Grant fecerit eos securos per bonos et salvos plegios quod erit apud Portesm' in crastino Pasche anno etc. xiiij, paratus cum nave sua ad transfretandum cum corpore regis, tunc ipsum Thomam abire permittant cum nave sua sine impedimento, quo voluerit. Teste rege apud Porcestr', xxij die Octobris.

. . . . salutem. Sciatis quod cum fuissemus apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies, parati parati (*sic*) ad transfretandum, sicut firmiter proposueramus, venit illuc ad nos comes Britannie . . . . nobis fecit ibidem de Britannia tenenda de nobis. Cumque de transfretatione nostra inter

1229.

[m. 1d.] comites et barones nostros longus haberetur tractatus, tandem per consilium predictorum [comitum et baronum . . B]ritann' distulimus passagium nostrum usque ad instans clausum Pasche anno etc. xiiij°, unde non oportet quod ad presens ad nos veniatis in Angliam sicut prius vobis mand[atum est. Cum vero favent]e Domino indubitanter sumus transfretaturi ad predictum terminum clausi Pasche, vobis mandamus firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini quatinus nullo modo . . . . apud Lond' die Dominica in Ramis Palmarum anno etc. xiij° (*sic*), te quinto militum ita parati equis et armis ad transfretandum cum corpore nostro, quod vobis ad multiplices graciarum actiones . . . . Teste rege apud Winton', xxvj die Octobris anno etc. xiij°.

. . . . venirent
. . . . in xv dies et
. . . . videlicet

Matheus filius Griffini se altero.
Philippus de Barr' se altero.
Willelmus de Lasey se altero.
Theobaldus Pincerna se tercio.
Willelmus de Marisco se altero.

Walterus de Lasey se quinto.
Hugo de Lasey se v°.
Walterus de Rideleford se altero.
Mauricius filius Geroldi se tercio.
Gilebertus Prendegast se altero.
Willelmus de Wigornia se alterio vel solus bene paratus.
Johannes de Clahull' se altero.
Stephanus de Hereford' solus.
Hugo Tyrel se altero.
Patricius de Curey se altero.

Ricardus de Sancto Michaele solus.
Johannes filius Thome solus.
Geroldus de Rupe solus.
Johannes filius Dermot solus.
David Basset.
Nicholas Parvus.

. . . . G]alweya et Alano de Galweya quod ipsi sint ad eundem terminum cum equis et armis ad transfretandum cum rege.

14 HENRY III.—Part I.

1229.

[m. 23.] *De damis datis.*—Mandatum est Willelmo de Coigneres quod habere faciat Waltero de Kirkeham duas damas in foresta de Windles' de dono regis. Teste rege apud Guldeford, xxix die Octobris, anno etc. xiiij.

De bissis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Hereberto filio Mathei tres bissas in foresta de Cettr' de dono regis. Teste ut supra.

De xij coffinis reponendis.—Rex W. Carleolensi episcopo salutem. Mittimus ad vos viij coffinos cum jocalibus nostris, mandantes quatinus eos salvo reponi facias in turri nostra Lond', sicut prius ibidem fuerunt. Teste rege apud Guldeford', xxix die Octobris, anno etc. xiiij.

De custodia castrorum Glouc' et Bristoll' et comitatus Glouc'.—Rex pro custodia castrorum Bristoll' et Glouc' et comitatus Glouc', que Willelmus de Putot custodiet ad custum suum, et pro exhibitione Alienore cognate regis morantis in predicto castro Bristoll', et omnium aliorum tam militum servientum quam aliorum morantium tam in predicto castro Bristoll' quam in predicto castro Glouc', quibus omnibus necessaria inveniet preterquam x servientibus peditibus morantibus in predicto castro Bristoll', qui erunt ad liberationes regis ; concessit eidem Willelmo dominus rex, quamdiu ei placuerit, proficuum comitatus Glouc' et exitum bertone sue Bristoll' et sexaginta marcas per annum et cervisiam de prisa Bristoll', que valet per annum c. s̄. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et irrotulari faciant. Teste rege apud Mereton', primo die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Thome Basset tres damas in foresta de Brehull' de dono regis. Teste rege ut supra.

De apris et lays datis.—Mandatum est Rogero de Clifford quod habere faciat W. comiti Marescallo quatuor apros et quatuor lains in foresta de Den' de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ij die Novembris.

Pro Anketillo Mallore.—Rex concessit Anketillo Mallore custodiam terre et heredis Willelmi de Mulethorp qui de rege tenuit in capite, et maritagium ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de omnibus terris, que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua, de quibus fuit saisitus die quo obiit, et de herede ejusdem Willelmi, ipsi Anketillo plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, iiij die Novembris.

1229.

[m. 23.] *De nundinis extra Divisas.*—Mandatum est constabulario castri Divisarum quod permittat R. Sarisburiensem episcopum libere et sine impedimento habere nundinas suas extra villam Divisas in placia que vocatur Suthbro', secundum tenorem carte regis quam inde habet. Teste ut supra.

Pro Ricardo Suward' et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod talem saisinam habere faciat Ricardo Syward* et Philippa comitisse War', uxori ejus, de manerio de Hedindon' cum pertinentiis, qualem Henricus quondam comes War' inde habuit die quo obiit. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia constat regi per inquisitionem inde factam quod Alicia, que fuit uxor Willelmi de Clona, appellat Henricum le Moneur et Matheum de Ludelawe de morte ipsius Willelmi viri sui, odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Salopie quod, si ipsi Henricus et Matheus invenerint ei xij liberos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant etc. ad primam assisam etc. Teste ut supra.

De castro de Walingford'.—Rex commisit R. comiti Cornubie, fratri suo, castrum Walingford' cum honore Walingf' tam in dominicis serviciis et feodis militum ad predictum honorem pertinentibus quam omnibus aliis pertinentiis suis, simul cum manerio de Watlinton' cum pertinentiis suis, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, retentis in manu regis donationibus prebendarum capelle Walingf'. Et mandatum est Philippo de Albiniaco quod predicto comiti de predicto honore cum omnibus pertinentiis suis et de manerio de Watlinton' cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, ij die Novembris.

De quadam coga.—Quia Mattheus de Puteis et Petrus Guillelmi, tactis sacrosanctis, juraverunt quod coga eorum quam ballivi de Portesm' in portu suo arestaverunt, non est de terra regi guerrina, nec aliqui de inimicis regis partem habent in coga illa nec in rebus et mercandisis in ea contentis, et quod si prosperam auram habuerint erunt apud Portesm' cum coga illa ad clausum Pasche parati ire in servicium regis; mandatum est ballivis portus de Portesm' quod cogam ipsam eis deliberent, et ipsos sine inpedimento abire permittant quo voluerint. Res autem et mercandises in coga illa inventas per visum et testimonium proborum et legalium hominum liberari faciant quatuor de legalioribus et discretioribus hominibus de portu suo salvo custodiendas, ita quod nihil inde amoveatur donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Novembris.

Pro Thoma de Samford'.—Rex cepit homagium Thome de Samford, fratris et heredis Hugonis de Samford', de terris quas idem Hugo tenuit de rege in capite, et que ipsum Thomam jure contingunt hereditario. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de omnibus terris predictis eidem Thome plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, vij die Novembris.

* Corrected from "de Syfrewast'."

1229.

[m. 23.] *Pro Stephano de Sedgrave.*—Rex concessit Stephano de Sedgrave pro custodia castri Northamt' et comitatuum Norht', Bedef', et Buk', totum proficuum eorumdem comitatuum a tempore quo custodiam predicti castri et predictorum comitatuum habuit per preceptum regis, usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xiij°. Concessit etiam rex eidem Stephano quod a predicto festo Sancti Michaelis quamdiu predictos comitatus Norht', Bedef', et Buk', cum castro Norht', et comitatus Warewic' et Leic', cum castro de Kenilleworth', custodierit de precepto regis, habeat, preter ea que pertinent ad custodiam predictorum castrorum, proficuum omnium predictorum comitatuum ad custodiam predictorum comitatuum et predictorum castrorum, et ad exhibitionem filie Lewellini cognate regis et familie sue, quam habet in custodia de precepto regis, et ad sustentationem suam in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic inrotulari et fieri faciant. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Henrico filio Aucher', constabulario turris London', ij damas in balliva sua de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Novembris.

Pro Gileberto de Sanes.—Rex perdonavit Gileberto de Sanes lxiiij solidos qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito ei facto in Wallia, tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro abbate de Mirivall'.—Rex concessit abbati et monachis de Mirivall' quod habeant usque ad Pentecosten anno etc. xiiij°. averia sua in pastura regis de Fairfeld' et de Maistanesfeld', una cum domibus suis quas habent in eadem pastura. Et mandatum est Briano de Insula* quod, non obstante mandato regis ei facto de averiis eorum a pastura illa amovendis in crastino Sancti Martini anno etc. eodem, permittat averia illa sine impedimento esse in predicta pastura una cum domibus suis usque ad predictum terminum, sicut ibidem fuerunt ante primum mandatum regis. Et si quid de catallis vel averiis ipsorum per ipsum vel ballivos suos captum fuerit occasione predicti mandati regis, id eis sine dilatione reddi faciat; taliter se inde intromittens, ne rex ad eum se graviter capere debeat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel'.—Rex perdonavit Henrico de Aldithel' xxviij libras et dimidiam marcam quas petiit sibi allocari† ad Scaccarium pro defectu instauri maneriorum regis in comitatibus Salopie et Staff', et anno etc. xij°; et xxviij li. et dimidiam marcam de eodem de anno etc. xiij°. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis lvj libris et una marca ipsum Henricum quietum esse faciant. Vult etiam rex et mandat baronibus de Scaccario quod predicte xxviij li. et dimidiam marcam de cetero nulli vicecomiti Salopie et Staff' computentur. Teste ut supra.

* Corrected from "baronibus de Scaccario."

† "quas petiit sibi allocari" is corrected from "qui ab eo exiguntur."

1229.

[m. 23.] Rex dedit Henrico de Aldithel', ad operationem castri sui de Radeclive, calcem quam Andreas filius Huberti per preceptum regis fieri fecit ad opus regis. Et mandatum est ballivis Salopie quod predictam calcem ei habere faciant. Teste ut supra.

De mercandisis deliberandis.—Ostendit regi Fretherieus mercator de Stavere quod cum res et mercandise sue fuissent discarcate apud Lenn, eo quod ipsa navis arestata fuit ad eundum in servicio regis in transfretatione sua, ballivi de Lenn' res et mercandisas suas ea occasione arestaverunt. Et mandatum est eis quod si ita est, tunc predictas res et mercandisas ei deliberari faciant. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si Hamo Daly, Simon Spirewit, Lucas Stoche, Simon Stoche et alius Simon Stoche, Johannes filius Osberti et Ricardus de Hornemot' de Smocham, qui capti fuerunt pro malo recto unde rectati fuerunt et detenti in prisona Cantuariensis apud Otteford' archiepiscopi, a qua evaserunt, invenerint ei plegia ad standum inde recto ad primam assisam etc. tunc eos per plegiacionem illam esse permittat usque ad adventum etc. et interim permittat eos tenere terras et domos suas et catalla sua; et habeas (*sic*) ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Roberto Stater.—Mandatum est constabulario Dovr' quod unam lestam coriorum et dimidiam et tres saccos lane qui fuerunt in navi Willelmi de Wreeling de catallis Roberti Stater, burgensis regis Scottie de Berewic', qui discarcati fuerunt et arestati apud Rumenal, sine dilatione nuncio ejusdem Roberti deliberari faciat. Teste ut supra.

Hibernia.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod capiat sufficientem securitatem de Ernisio de Dunheved et Johanna uxore ejus et Roberto de Maundevill' de x marcis regi reddendis ad Scaccarium Dublin', pro habenda licentia concordandi in curia domini regis de placito terre in Hibernia quod summonitum fuit coram domino rege; videlicet, de ipso Ernisio v marcas et de ipso Roberto v marcas.

De forgiis in foresta de Den' levandis.—Mandatum est Johanni de Munemuth' quod, assumptis secum dilecto etc. Rogero de Clifford' cui idem etc. et aliis discretis et legalibus hominibus de foresta regis de Dene, in propria persona accedat ad forestam ipsam ad videndum in quibus locis ejusdem foreste competencius possint forgie levari, et per visum predictorum tot forgias quot expedire videat levari; et itinerare faciat in eadem foresta de subbosco, mortuo bosco et veteribus roboribus, que folia non ferunt, exceptis quercubus, fagis et castenariis fructum ferentibus. Ita quod per forgias ipsas denarios ad opus regis quotquot poterit perquirat, assignans ex parte regis, tam idem Johannes quam predictus Rogerus, clericos et laicos discretos et legales ad exitus predictarum forgiarum recipiendos et colligendos et distincte et aperte inrotulandos. Et omnes exitus predictos in aliquo loco securo sub bona et salva custodia et sub sigillis predictorum legalium hominum reponi faciat, donec rex aliud inde preceperit. Scire

1229.

[m. 23.] etiam faciat baronibus de Scaccario nomina eorum quos ad forgias predictas custodiendas et exitus predictos recipiendos et colligendos assignaverit. Tam fideliter et ita diligenter etc. Teste ut supra.

[m. 22.] Eodem modo mandatum est Rogero de Clifford', et quod ad diem quo idem Johannes ei scire fecerit ex parte regis, una cum ipso ad forgias ipsas levandas et ad commodum regis inde fideliter faciendum diligenter intendat; et assignet ex parte regis simul cum assignatis ipsius Johannis clericum aliquem de quo tanquam de se ipso confidat, et laicos discretos et legales ad exitus predictarum forgiarum recipiendos et colligendos et distincte et aperte inbreviandos. Et omnes exitus predictos in aliquo loco securo sub bona et salva custodia et sub sigillis predictorum legalium hominum reponi faciat, donec rex aliud preceperit. Scire etiam faciat baronibus de Scaccario nomina eorum quos ad forgias predictas custodiendas et exitus recipiendos et colligendos assignaverit. Taliter etc. Teste ut supra.

Pro Philippo Britone de domo data.—Rex dedit Philippo Britoni domum illam in Lond' que fuit Willelmi filii Alulfi, et que devenit in manum suam occasione cujusdam debiti quod ipse debuit Samueli episcopo Judeo, salvo monialibus de Haliwell' annuo reditu xx s. quem habent in eadem domo. Et mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod de predicta domo eidem Philippo predictam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro episcopo Dunholmensi.—Rex concessit R. Dunholmensi episcopo et carta sua confirmavit quod ipse et successores sui habeant unum saltatorium ad parcum suum de Creic, de longitudine septies xx pedum. Et mandatum est B. de Insula quod permittat ipsum episcopum predictum saltatorium facere et habere de predicta longitudine, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Rannulfo Britone.—Rex concessit et carta sua confirmavit Randulfo Britoni totum redditum et servicium quod Rogerus de Eston' regi debuit de xij acris terre in essarto de Dedington', et totum redditum et servicium quod Willelmus filius Randulfi de Blauerwik nobis debuit de tribus acris terre in essarto de Dodington', et totum redditum et servicium quod homines de Dudinton' nobis debuerunt de xxx acris terre in essarto de Dudington. Concessit etiam eidem Rannulfo et carta sua confirmavit xij acras terre cum pertinentiis in Stokholt ad perticam suam: et quod habeat totum predictum redditum et servicium et predictas xij acras quietas de vasto et regardo et de omnibus que ad vastum et regardum pertinent, sicut plenius continetur et perpendi potest in carta sua quam eidem Rannulfo inde fieri fecit. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod sic fieri permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo scissore.—Rex totum id quod ei aretro fuit de annuo redditu unius pellicei grisii quem Willelmus scissor regis, eidem regi debuit pro domo illa in Wintonia que vocatur Linea Selda, quam habet de dono J. regis etc., perdonavit eidem Willelmo usque ad festum Sancti Michaelis

1229.

[m. 22.] anno etc. xiiij. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predicto reddítu usque ad predictum terminum ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Novembris.

Pro episcopo Carleolensi.—Rex donavit W. Carleolensi episcopo, thesaurario suo, ad se sustentandum etc. c marcas quas regi tenebatur reddere ad Scaccarium in parte solutionis debiti quod E. quondam Londoniensis episcopus regi debuit pro blado de manerio de Stubeheth, quod emit de executoribus testamenti ipsius episcopi, et in quas intravit, reddere ad Scaccarium regis pro predictis executoribus. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis c marcis quietum esse, et ita inrotulari faciat. Teste ut supra.

Pro Andrea de Grendon.—Quia constat regi per inquisicionem quam fieri fecit a vicecomite Dereby quod Nicholaus capellanus, qui utlagatus est pro morte Gilleberti garciferi Willelmi Oter, tenuit unam bovatam terre in Northbir', et quod terra illa extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Andrea de Grendon; mandatum est eidem vicecomiti quod predicto Andree de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Alano de Lindon'.—Quia constat regi per inquisicionem factam per preceptum regis* quod boscus Alani de Lindon', qui jacet inter manerium ipsius Alani de Eston' et magnum chiminum regis de Staunford, continet tantum octo acras et quod non erit ad nocumentum foreste regis si essartatur; mandatum est B. de Insula quod permittat ipsum Alanum predictum boscum libere et sine impedimento assartare. Teste ut supra.

Pro Hibernia. Pro Ricardo le Corner.—Rex justiciario Hibernie salutem. Datum est nobis intelligi quod cum nuper dedissemus vobis in mandatis de terris Ricardi le Corner capiendis in manum nostram; assignati ipsius Ricardi finem fecerunt nobiscum per xx marcas ad opus nostrum, et duo dolia vini que nobis promiserunt, et unum dolium vini ad opus Ricardi Duket, pro habendo respectu de dissaisina terrarum suarum facienda. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Ricardum et suos de predictis xx marcis et tribus doliis vini pacem habere permittatis. Et si quid inde captum fuerit, id ei sine dilatione reddi facias. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Windles' quod habere faciat Willelmo de Millers, constabulario Windles', iiij damas in predicta foresta de dono regis. Teste rege apud Windles', xiij die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Birkin' quod in foresta de Shirewod' faciat habere W. Carleolensi episcopo xx damas et ii damos ponendos in parco de Meleburn'. Teste ut supra.

* Corrected from "quam Hugo de Nevill' fecit."

1229.

[m. 22.] *Pro Roberto de Sancto Medardo.*—Rex mittit baronibus de Scaccario Robertum de Sancto Medardo, clericum, ad scribendum ad Scaccarium regis loco Nicholai de Nevill', nomine R. Cycestrensis episcopi, cancellarii regis. Et mandatum est eisdem baronibus quod, accepta ab eodem Roberto debita et consueta securitate, ipsum ad hoc recipiant. Teste ut supra.

Pro Petro filio Hereberti.—Rex perdonavit Petro filio Hereberti xx marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro ij amerciamentis, de quibus amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Salopie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Petrum de predictis xx marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Bistlesham, xiij die Novembris.

Hibernia. Pro archiepiscopo Cassellensi.—Ostensum est regi ex parte Cassalensis archiepiscopi quod cum ipse per escambium optinuisset unam carucatam terre cum pertinentiis in Kilmor' a Roberto Baron; idem Robertus aramiavit versus ipsum archiepiscopum assisam nove dissaisine et per eandem assisam saisinam ejusdem terre versus ipsum archiepiscopum, dum erat in Anglia, falso recuperavit, occasione cujus dissaisine R. de Burgo justiciarius Hibernie, ipsum archiepiscopum amerciavit ad xx libras ut dicitur. Et preterea cum idem archiepiscopus post mortem David Beket, qui de eo tenuit terram quandam de anno in annum, ipsam terram racione feodi sui cepisset in manum suam, D. Ingenehuyn, que fuit uxor ipsius David, per assisam nove dissaisine, quam tulit super ipsum archiepiscopum, recuperavit saisinam prefate terre tanquam inde fuisset dissaisita ut de libero tenemento suo, occasione cujus dissaisine similiter amerciatus fuit idem archiepiscopus ad xx libras. Et quia manifestum est quod dictus archiepiscopus in neutro dictorum casuum dissaisinam perpetravit, nec vult rex quod innocens dampnificetur; mandatum est eidem justiciario Hibernie quod, si ita est, tunc de predictis amerciamentis ipsum quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilup'.—Quia Willelmus de Cantilup' tenet de rege in capite feoda in Camel que prius tenuit de H. de Burgo etc., dum manerium de Camel fuit in manu sua; mandatum est vicecomiti Sumerset' quod habere faciat eidem Willelmo scutagium suum de predictis feodis; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu regis ad primam transfretationem regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Launcelere.—Rex perdonavit Johanni Launceleve ij marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito facto Rogero Lanceleve patri suo in Hibernia tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis ij marcis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Duncan.—Rex concessit Dunecano de Eiflan' quod teneat terram quam H. quondam Dubblinensis archiepiscopus ei assignavit in Lathran, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est justiciario Hibernie quod ipsum Dunecanum terram illam sine impedimento tenere permittat. Teste ut supra.

1229.

[m. 22.] *Pro Hereberto filio Mathei.*—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod habere faciat Hereberto filio Mathei blada sua que seminari fecit in terra de Hunespil, quam Willelmus de Clivedon' et Ada uxor ejus recuperaverunt versus eundem Herebertum per inquisicionem quam rex de terra ipsa fieri fecit. Teste rege apud Rading', xv die Novembris.

Pro Matheo filio Hereberti.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Matheo filio Hereberti x damas in Nova Foresta regis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hamone Crasso.—Mandatum est W. comiti Marescallo, custodi episcopatus Menevensis, quod habere faciat Hamoni Crasso saisinam de terra que dicitur Castrum Lupi, que est de feodo episcopatus Menevensis, de ballio regis tenenda quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

Pro Huberto Huese.—Mandatum est ballivis foreste de Gravening' quod habere faciant Huberto Huese sex vetera robora folia non ferentia in predicta foresta de Gravening' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo le Cuteler de London'.—Mandatum est Rogero Wascelin', senescallo P. Wintoniensis episcopi, quod si Radulfus le Cuteler de Lond' invenerit invenerit (*sic*) ei plegia ad standum recto de verberatione et vulneratione Ricardi Kyhit, qui mortuus est ut dicitur, unde ipse Radulfus rectatus est, et occasione cujus recti ipse catalla sua arestavit, ut dicit; tunc omnia catalla sua predicta ei deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Matheo filio Hereberti.—Mandatum est senescallo P. Wintoniensis episcopi quod pacem habere permittat Matheo filio Hereberti de scutagio suo de feodis ij militum, que tenet de eodem episcopo in Huntiton; scilicet, de scuto iij marcis pro exercitu regis ad primam transfretationem suam; quod quidem scutagium rex ei dedit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est W. de Coigneres quod habere faciat Bertram de Crioil iij damas, et Galfrido de Lucy duas damas, in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

De firma manerii de Meleburn'.—Rex concessit W. Carleolensi episcopo, thesaurario suo, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, xvij li. ix s. viij d.* quos reddere solebat singulis annis ad Scaccarium de firma manerii de Meleburn'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Walingf', xvj die Novembris.

De custodia castri Carleoli et comitatus Cumberland'.—Rex pro custodia comitatus Cumberland' et castri Carleoli, que W. Carleolensis episcopus, thesaurarius regis, custodiet ad custum suum, et ad ipsum epis-

* Corrected from "viij s. x d."

1229.

[m. 22.] copum sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, concessit ei quamdiu ei placuerit proficuum predicti comitatus Cumberland' et exitum quatuor acrarum terre de dominico nostro, et proficuum maneriorum regis que solebant esse in manibus vicecomitum donec vicecomites per preceptum regis reddiderunt compotum de proficuo comitatuum, occasione cujus reddiderunt separatum compotum de proficuo hujusmodi maneriorum comitatuum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ita inrotulari et fieri faciant. Teste ut supra.

De assisa ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod assisam quam Isabella comitissa Oxonie aramiavit coram eis per preceptum regis versus homines de Walingford', ad recognoscendum utrum homines ejusdem comitisse de Craumers' de jure debeant et soleant antiquitus tenere mercatum de victualibus ut de pane et cervisia, in eadem villa de Craumerse, quod quidem predicti homines dicunt esse ad nocumentum et contra libertatem ville Walingf', ponant in respectum usque in unum mensem a die Sancti Hillarii, anno etc. xiiij. Teste ut supra.

Pro episcopo Lincolniensi. — Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Rotel' quod omnes assisas nove dissaisine aramiatas versus H. Lincolniensem episcopum de parco suo de Lidinton' vel de re aliqua que fuerit in eodem parco, quem ipse clausit de licentia J. regis etc. unde habet cartam ipsius J. regis et confirmacionem domini regis, et quem rex ei warantizare tenetur, ponant in respectum ita quod nullam assisam illarum capiant donec a rege aliud habuerint mandatum speciale. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Gileberto Marescallo, fratri comitis W. Marescalli, iiij damas in foresta de Brehull', de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xviij die Novembris.

Mandatum est Petro Mymekan' quod habere faciat magistro Nicholao de Farnham quatuor magna robora in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Petro filio Hereberti x damas et duos brokettos in balliva sua de dono regis, ponendos in quodam parco suo. Teste ut supra.

De prisonibus custodiendis apud Walingf'.—Mandatum est constabulario Walingf' quod prisones quos Henricus de Scaccario, vicecomes Berk', ei liberabit, recipiat et in gaiola castri Walingf' poni et salvo custodiri faciat, sicut consueverunt antequam castrum Walingford' commissum esset R. comiti Cornubie. Teste ut supra.

Pro episcopo Johanne de busca ei data.—Mandatum est Petro Mimekan' quod habere faciat episcopo Johanni, studenti apud Oxoniam, x carectatas busce de dono regis. Teste ut supra.

1229.

[m. 22.] *Pro hominibus de Portesm'.*—Rex concessit et carta sua confirmavit hominibus de Portesm' pro se et heredibus suis, quod ipsi et heredes sui imperpetuum habeant et teneant villam suam de Portesm' cum omnibus pertinentiis suis ad feodi firmam, reddendo inde per annum ad Scaccarium Sancti Michaelis per manum suam xx li. Et mandatum est Galfrido de Lucy quod ipsis hominibus ipsam villam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suht'.

Pro R. comite Cornubie.—Rex dedit R. comiti Cornubie scutagium suum de feodis duorum militum que tenet de H. Lincolniensi episcopo et ipse de rege in capite in comitatu Oxonie; scilicet, de scuto ij marcas pro exercitu de Kery, et scutagium suum de eisdem feodis; scilicet, de scuto iij marcas pro exercitu regis contra primam transfretationem regis. Et mandatum est eidem episcopo quod de predictis scutagiis pacem eidem comiti habere permittat. Teste ut supra.

Pro abbate de Flexl'.—Mandatum est Rogero de Clifford' quod permittat abbatem de Flexl' habere forgiam suam itinerantem ad subboscum et mortuum boscum et vetera robora in foresta de Den', sicut forgie regis ibidem itinerabunt, quas rex in eadem foresta levari precepit. Teste rege apud Wudestok', xx die Novembris.

[m. 21.] *Pro hominibus Oxonie de calce.*—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod retentis ad operationem castri Oxonie xl quarteriis de calce, quam fieri fecit per preceptum regis in quodam rogo apud Forsthull', totum residuum ejusdem calcis liberet probis hominibus Oxonie in auxilium ville sue claudende, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xx die Novembris.

De loquelis ponendis apud Westmonasterium.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Sussex' quod omnes loquelas, que summonite sunt coram eis inter R. Cantuariensem archiepiscopum et W. comitem Warenn', et inter Galfridum de Say et eundem comitem de communa piscarie, nisi sint assise nove dissaisine, ponant coram eis apud Westmonasterium in reditu itineris sui ad diem competentem quem providebunt. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilup'.—Rex concessit Willelmo de Cantilup' manerium de Bughedon' cum pertinentiis ad se sustentandum, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod plenam eidem Willelmo inde saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Rex concessit Willelmo de Cantilup' exitus manerii de Bughedon' et de Hauerberg' de annis xij et xiij°, et idem manerium eidem W. commisit ad se sustentandum, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis exitibus ipsum quietum esse, et hoc ita inrotulari faciant. Teste ut supra.

Quia Willelmus de Cantilup' coram rege cognovit quod ipse non est heres Fulconis de Cantil' avunculi sui, nec aliquod jus hereditarium

1229.

[m. 21.] clamat nomine suo; mandatum est baronibus de Scaccario quod de debito quod ab ipso Willelmo exigunt pro ipso Fulcone, ipsum Willelmum quietum esse faciant.

Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat W. de Cantil' iiij robora vetera folia non ferentia in foresta de Chipeham ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De domo data Galfrido de Bath'.—Rex dedit Galfrido de Bathonia quandam domum cum pertinentiis in Bath', que est escaeta sua, eo quod Robertus parvus, qui eam de rege tenuit in capite, utlagatus est pro morte uxoris sue unde rectatus est, habendam et tenendam de rege et heredibus suis eidem G. et heredibus suis per servicium j denarii regi per annum reddendi ad Pascha per manum ballivi Bath'. Et mandatum est vicecomiti* Somers' quod eidem Galfrido de domo illa cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wudestok', xxiij die Novembris.

Pro Andrea de Grendon'.—Rex perdonavit Andree de Grendon', qui habet in uxorem Sibillam, neptem et heredem Ricardi de Barentin', vj marcas qui ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito Hibernie eidem Ricardo facto in Hibernia tempore J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

[schedule.] Rex R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Mandamus vobis quod de quadringentis et lxvj libris quas thesaurarius et camerarii nostri Dublin' receperunt apud Dublin' de exitibus archiepiscopatus Dublinensis sede vacante,† retineatis ad opus nostrum ducentas marcas quas L. Dublinensi electo accommodavimus ad iter suum faciendum versus curiam Romanam, et c marcas quas nobis debet idem electus de fine ccc marcarum quem nobiscum fecit pro deafforestanda foresta archiepiscopatus Dublinensis, de termino Sancti Hillarii anno etc. xiiij. Et residuum predictarum cccc et lxvj lī. eidem electo habere facias de dono nostro, ad se sustentandum et ad debita sua acquietanda. Teste rege apud Wudestok', xxiij die Novembris, anno eodem.

[m. 21.] *Pro Waltero le Waleis.*—Rex perdonavit Waltero le Waleis iij marcas et dimidiam, que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito ei facto in Hibernia tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Wudestok', xxiiij die Novembris.

Pro Philippo de Albin'.—Mandatum est baronibus de Scaccario demandam quam per summonicionem Scaccarii faciunt terre que fuit Willelmi de Kaen, quam Philippus de Albin' habet de ballio regis, ponant in respectum quamdiu terra illa fuerit in manu ipsius Philippi de precepto regis. Teste ut supra.

* vic̃ in Ms.

† "et nobis transmittunt in Angliam," is cancelled here.

1229.
[m. 21.] *De busca et carbone contra Natale.*—Rex ad instans festum Natalis Domini erit apud Eboracum. Et mandatum est B. de Insula quod precipiat ballivis regis de foresta partium illarum ut buscam et carbonem sufficienter contra adventum regis ibidem sine mora venire faciant. Teste rege apud Wudestok', xxvij die Novembris.

Pro Willelmo Talebot.—Rex concessit Willelmo Talebot quod habeat illas duas marcas de dono regis, quas rex nuper de thesauro suo liberari fecit eidem Willelmo de prestito. Et mandatum est thesaurario et camerariis* quod ipsum Willelmum de predictis ij marcis quietum faciant inrotulari. Teste ut supra.

Pro abbate de Osen'.—Rex non vult quod abbas de Osen' in aliquo vexetur vel occasionetur racione essonii quod fecit coram J. de Monem' et sociis suis de communi summonicione apud Oxoniam in die Sancte Katerine, cum presens esset in domo sua de Osen'. Et mandatum est eis quod ipsum de predicto essonio penitus quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur B. de Insula et sociis suis pro eodem.

Pro Randulfo Briton'.—Rex concessit per cartam suam Randulfo Britoni quod xij acras terre cum pertinentiis in Stocholt, quas habet ad perticam regis de dono W. prioris et conventus de Lungevill' in augmentum terre sue de Stocholt, habeat solutas et quietas de vasto et regardo et de omnibus que ad vastum et regardum pertinent, sicut plenius continetur in predicta carta quam inde habet. Et mandatum est B. de Insula et sociis suis quod secundum tenorem predicte carte ipsum predictas xij acras quietas de vasto et regardo et de omnibus que ad vastum et regardum pertinent, habere permittant. Teste ut supra.

Pro abbate de Abbendon'.—Abbas de Abbendon ad petitionem regis concessit ei buscam in bosco suo de Saghe ad duos rogos faciendos ad operationem ville Oxonie claudende, et ad unum rogum faciendum ad operationem castri Oxonie. Et rex concessit eidem abbati quod ipse placiam illam in qua dicta busca capta fuit, que quidem continet xxvj acras et dimidiam, libere et sine impedimento posset essartare. Et mandatum est B. de Insula et sociis suis quod ipsum abbatem non vexent occasione illius assarti vel occasionent, permittentes ipsum dictum essartum pacifice tenere. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo de Horton' quod habere faciat priori hospitalis Sancti Johannis de Brackel' vj bona robora ad focum suum in foresta de Witlewod', de dono regis. Teste rege apud Brackel', xxviij die Novembris.

De mina querenda.—Quia datum est regi intelligi quod mina poterit inveniri in foresta regis de Chipeham ad ferrum faciendum; injunctum

* Corrected from "baronibus de Scaccario."

1229.

[m. 21.] est Johanni de Munem' quod minam illam in foresta illa queri faciat; et si contingat inveniri, tunc faciat forgias inveniri itinerare in foresta illa ad ferrum faciendum. Et mandatum est constabulario Divisarum quod ita fieri permittat. Teste rege apud Selveston', xxix die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Rogero de Cliff' quod habere faciat Johanni de Monem' iij quercus de dono regis in foresta de Den' in auxilium grangiarum suarum de Hop', que combuste fuerunt, reparandarum. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Willelmo Talebot unum bonum robur ad focum suum de dono regis in foresta de Clarendon'. Teste ut supra.

De maeremio dato.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat priori hospitalis Sancti Johannis de Brackel' maeremium ad xx copulas de dono regis in balliva sua ubi competentius capi possit, ad unam cameram faciendam in qua transitum faciens per Brackel' rex possit hospitari. Faciat etiam habere eidem priori de dono regis planchias in foresta regis de Witlewod ad eandem cameram planchiandam. Teste ut supra.

Pro Nigello de Mubray.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loquelam que est coram eis inter regem et Nigellum de Mobray de mina more de Calestan, ponant in respectum usque in unum mensem a die Sancti Hillarii, anno etc. xiiij. Teste ut supra.

De xx doliis vini arestandis ad opus regis apud Eboracum.—Quia rex non habet sufficientiam vinorum in celario suo Eboraci, mandatum est vicecomiti Eboraci quod de melioribus vinis que poterit invenire in civitate Eboraci, faciat arestari ad opus regis xx dolia vini. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est S. de Sedgrave quod habere faciat abbati Sancti Jacobi, Norht', in parco regis de Hanl' duas quercus de dono regis ad operationem turris ecclesie sue. Teste apud Norht', iij die Decembris.

Mandatum est B. de Insula* quod in bosco de Ferminwod† ultra ductum de Brikestok', faciat habere Henrico de Longo Campo iiij quercus de dono regis ad cheverones faciendos. Teste ut supra.

Pro Johanne Scolloc et Willelmo Godgrom.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod si aliqua liberatio duorum denariorum per diem vacans fuerit in manu regis, ipsam Johanni Sculloc habere faciant. Alioquin liberationem duorum denariorum per diem quam primo vacare continget, eidem Johanni habere faciant. Liberationem etiam unius denarii per diem quam Willelmus Godgrom habuit et quam rex precepit

* Corrected from H. de Nevill'. † Corrected from Fordinton'.

1229.

[m. 21.] capi in manum suam, si adhuc vacans fuerit ita quod rex eam alii postea non dederit, eidem Willelmo reddi faciant; et si alii data fuerit, tunc ei habere faciant liberationem unius denarii per diem quam primo vacare continget. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Dublinensi electo.—Rex R. de Burgo justiciario Hibernie salutem. Sciatis nos concessisse per cartam nostram dilecto nobis in Christo L. Dublunensis ecclesie* et successoribus suis archiepiscopis Dublunensibus, quod omnes terre subscripte inperpetuum sint deaforestate, tam de venacione quam de omnibus aliis que ad forestam et ad forestariam pertinent; scilicet, terra que vocatur Stanskeivin, et terra que vocatur Ferthir, et terra que vocatur Coilac cum pertinentiis; que quidem terre sunt de dominico archiepiscopi et ecclesie Dublunensis et que quondam fuerunt de dominico episcopatus Glindalacensis et Thome quondam dicti abbatis Glindalacensis, sicut terre predicte se extendunt ex parte orientali usque ad terram nostram de Obruin et Othet, et deinde ex parte australi usque ad Wikingelou', terram baronis de Nas, et deinde usque Arclou terram Theobaldi pincerne, et deinde usque Omail terram Philippi filii Resi; et est de dominico Walteri de Ridlesford'; et deinde ex parte occidentali usque ad terram de Nas, et deinde usque Rathmor, terram Mauricii filii Geroldi, et deinde ex parte aquilonari usque ad terram nostram de Tachsagard, et deinde usque Balathe terram Walteri de Ridlesford', et deinde usque Cranack' terram Ricardi de Sancto Michaele, et deinde per cilium montis usque Senekil terram archiepiscopi Dublunensis. Et ideo vobis mandamus quod predictum Lucam et successores suos archiepiscopos Dublunenses omnes predictas terras cum omnibus boscis et pertinentiis suis infra predictas metas contentas sic deaforestatas, sicut predictum est, sine omni contradictione nostra et omnium ballivorum nostrorum et vestrorum et aliorum in pace habere et possidere permittatis. Teste rege apud Norhamt', iiij die Decembris.

De prisone deliberando.—Rex vicecomiti Norht' salutem. Precipimus tibi quod Willelmum Brun, captum et in prisona nostra detentum pro transgressione foreste nostre, a prisona illa sine dilacione deliberari facias, quia ipsum de transgressione illa quietum clamavimus. Teste ut supra.

De bissis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in balliva sua de Nova Foresta faciat habere Hereberto filio Mathei duas bissas et unam damam, de dono regis. Teste rege apud Geytinton, vj die Decembris.

De custodia terre et heredis Roberti de Sancto Johanne.—Rex concessit H. de Burgo, comiti Kancie, custodiam terre et heredis Roberti de Sancto Johanne, qui de rege tenuit in capite per servicium militare, usque ad etatem predicti heredis, cum maritagio ejusdem heredis.

Et mandatum est vicecomiti Kancie quod ei de omnibus terris que fuerunt ipsius Roberti in balliva sua die quo obiit, plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Geytinton', vij die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex'.

* *Sic in MS.* No doubt an error for "electo."

1229.

[m. 21.] *De roboribus datis.*—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Matheo filio Hereberti* iiij robora sicca et vetera in foresta de Melkesham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero de Besebroc.—Rex concessit Waltero de Besebroc quod boscum suum qui vocatur Le Rys juxta Parvam Neweton' infra forestam regis de Geytinton', qui est de feodo comitis Johannis et infra libertatem suam, et est extra reguardum, et qui continet iij acras ad perticam regis et ad pedem suum, secundum inquisicionem quam rex fieri precepit per viridarium et forestarium, sine impedimento essartare possit et excolere. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod ipsum Walterum predictum boscum essartare et excolere sine impedimento permittat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Gise.—Rex commisit Johanni de Gyse terram quam Ricardus Walensis tenuit de ballio regis in Lamburn', et quam Robertus de Sancto Johanne postea habuit similiter de ballio regis, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit; reddendo inde regi ad Scaccarium suum singulis annis xl solidos sicut predictus Ricardus reddere consuevit. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Johanni sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Colecestr' quod habere faciat Ricardo de Sancto Johanne, capellano H. de Burgo etc. quatuor quercus in bosco de Kingeswod' ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est constabulario Porecestr' quod xv dolia vini que sunt in custodia sua in castro Porekestr', sine dilatione liberari faciat vicecomiti Suht', carianda quo rex ei preceperit. Teste rege apud Geytinton,' vij die Decembris.

Mandatum est constabulario turris Lond' et G. camerario Lond' quod de novis vinis Wasconie que primo ventura sunt apud Lond', retineant ad opus regis xxx dolia vini, et ea salvo reponi faciant in celario regis apud Westmonasterium. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis Suht' de xxx doliis vini retinendis ad opus regis de novis vinis etc. et salvo reponendis donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum Suht' quod de vinis regis de Wasconia, que sunt in custodia sua, liberari faciant ballivis Suht' xx dolia vini carianda quo rex precepit. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat G. de Craucumbe iiij robora sicca folia non ferentia in Sothore ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

* Corrected from "Hereberto filio Mathei."

1229.

[m. 21.] *Pro episcopo Cycestrensi de bruilliis.*—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod bruillios nostros Cycestr', videlicet, bruillium qui vocatur bruillius regis et bruillium qui vocatur Depemers, quos Willelmus de Sancto Johanne habuit de dono nostro, et quos ad instantiam ipsius Willelmi dedimus venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario nostro, habendos et tenendos de nobis et heredibus nostris sibi et successoribus suis episcopis Cycestrensibus, reddendo inde per annum x lī. ad Scaccarium nostrum, intuitu Dei dedimus et concessimus per cartam nostram Deo et ecclesie Sancte Trinitatis Cycestr' et prefato episcopo Radulfo secundo, cancellario nostro; habendos et tenendos de nobis et heredibus nostris sibi et successoribus suis episcopis ejusdem loci in perpetuum in liberam, puram et perpetuam elemosynam, quietos de predictis x lī. annuis et de omni seculari servicio, exactione et demanda. Et ideo vobis mandamus quod hoc ita inrotulari et fieri faciatis. Teste rege apud Wudestok', xxiiij die Novembris.

Pro Willelmo Brun.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod averia et catalla Willelmi Brun que arestata fuerunt eo quod idem Willelmus captus fuit et detentus in prisona regis pro transgressione foreste, et quam transgressionem rex ei perdonavit: sine dilatione reddi faciat; que quidem averia et catalla idem Willelmus monstrare poterit sua fuisse tempore captionis sue. Teste rege apud Clive, x die Decembris.

De transgressionibus foreste.—Mandatum est B. de Insula quod de emendas capiendas (*sic*), tam de Willelmo de Leukenor' quam de aliis de transgressionibus factis in foresta regis, ponant (*sic*) in respectum donec loquatur cum rege, ita quod nec finem nec terram ipsorum capiat in manum regis; et cum venerit ad regem expedito itinere suo, quid fuerit faciendum de predictis transgressionibus, rex ei scire faciet. Teste ut supra.

Pro canonicis de Suinesheved.—Mandatum est H. de Nevill' quod in foresta de Clyva faciat habere canonicis de Suinesheved' xx. copulas ad quoddam refectorium sibi faciendum, sparsim per loca et ubi capi possint ad minus nocumentum foreste et propinquius domui sue, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 20.] *De damis datis.*—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Ricardo de Watervill' duas damas in foresta regis de Rokingh'.* de dono regis. Teste rege apud Stamf', xi die Decembris.

Pro Radulfo de Normanvill'.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod plenam saisinam habere faciat Radulfo de Normanvill' de una virgata terre in Empingham, que fuit Willelmi le Cornur, utlagati pro morte hominis unde rectatus fuit; quia constat regi per inquisicionem inde factam quod extitit in manu regis per unum annum et j diem. Teste ut supra.

* Corrected from "Cliva."

1229.

[m. 20.] *De busca data.*—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat priori hospitalis Sancti Thome de Stamf' xx carectatas de mortuo bosco in bosco de Dodinton' ad focum suum.

De copulis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Ricardo Peche de Stamford' ad operationem ecclesie Sancti Georgii Stamf' x copulas in balliva sua, sparsim per loca ubi competencius capi possint ad minus nocumentum foreste, de dono regis. Teste ut supra.

De averiis furatis liberandis eis cujus sunt.—Mandatum est vicecomiti Hunt' quod averia que abbas de Thorn' ei liberavit cum Ricardo de Helpeston' probatore, et que idem probator cognoscis (*sic*) se furatum fuisse, liberet eis quorum dicta averia sunt. Ita quod prisones quos per appellum ipsius probatoris cepit, salvo custodiat donec regis habuerit mandatum. Teste ut supra.

Pro Johanne le Estrange.—Rex commisit Johanni le Estrange, vadleto H. de Burgo, etc. terram cum pertinentiis quam Robertus de Sancto Johanne tenuit de ballio regis in Rode de terris Normannorum, ad se sustentandum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predicta terra cum pertinentiis plene et sine dilatione saisinam habere faciat. Teste rege apud Ocham', xii die Decembris.

Pro comite Hunted'.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat J. comiti Hunt' vj damas in foresta de Rokingh' contra Natale Domini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Croxton'.—Mandatum est Hasculfo de Nevill' quod habere faciat abbati de Croxton' x vetera robora in balliva sua ad focum suum, pro busca sua quam rex fecit apud Croxton'.

De roberibus datis.—Mandatum est Hasculfo de Nevill' quod habere faciat Petro filio Herberti v vetera robora de dono regis in balliva sua ad focum suum. Teste rege apud Croxton', xiij die Decembris.

Pro Philippo Tartcurteis.—Dominus rex concessit Philippo Tartcurteis id quod ad eum pertinet per unum annum et unum diem de tribus virgatis et lx acris terre cum pertinentiis in Syrinton et Ceavincton', que fuerunt Thome de Syrinton' suspensi pro latrocinio in itinere justiciariorum nuper itinerantium in comitatu Sussex'. Et mandatum est eidem vicecomiti Sussex' quod de predictis iij virgatis et lx acris terre cum pertinentiis eidem Philippo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste apud Noting', xv die Decembris.

Pro Briano de Insula.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod demandam quam facit Briano de Insula per summonicionem Scaccarii de prestito Hybernie ei facto a domino J. rege, patre H. regis, et demandam quam eidem Briano facit per summonicionem Scaccarii de denariis quos recepisse debuerat tempore ipsius domini J. regis ad canes suos pascendos, et demandam quam eidem Briano facit per summonicionem Scaccarii de denariis quos

1229.

[m. 20.] recepisse debuerat tempore ipsius J. regis ad emendacionem et municionem castri de Cnareburg', et demandam denariorum quam ei facit per summonicionem ejusdem Scaccarii pro frustris scurionis et aliis minutis, ponat in respectum usque in xv dies a die Sancti Hylarii, anno regni regis xiiij. Teste ut supra.

Pro abbate de Oseneia.—Rex Briano de Insula salutem. Mandamus vobis quod boscum abbatis Oseneye qui vocatur Hyldesden', quem in manum nostram cepistis pro vasto foreste nostre, eidem abbati sine dilatione replegiari faciatis usque in xv dies a die Sancti Hylarii anno regni nostri xiiij; permittentes ipsum interim uti eisdem libertatibus et consuetudinibus in eodem bosco quibus usus est antequam predictum boscum in manum nostram cepistis occasione predicta; et de ipso amerciando pro predicto vasto, patienter sustineas usque ad predictum terminum. Teste ut supra.

Pro Rannulfo Britone.—Rex licentiam dedit et concessit per literas suas patentes Rannulfo Britoni quod ipse libere et sine impedimento et sine omni contradictione, vexatione et molestia forestariorum regis et eorum ministrorum per totam forestam regis in balliva Hugonis de Nevill' in comitatibus Norht' et Buk', habeat tota vita sua canes suos currentes ad leporem et vulpem, et eos capi faciat. Et mandatum est H. de Nevill' quod ipsum Rannulfum permittat habere canes suos currentes in balliva sua in predictis comitatibus ad leporem et vulpem, et eos capi facere, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Brienno de Insula.

De libertate quod homines manentes extra forestam, non veniant ad placita foreste per communes summonitiones.—Rex B. de Insula et sociis suis justiciariis de foresta salutem. Sciatis quod ad instantiam multorum conquerentium ad memoriam reduximus quod in carta nostra pridem confecta de libertatibus foreste archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus et ceteris de regno nostro Anglie concessis, continetur quod homines manentes extra forestam decetero non veniant coram justiciariis nostris de foresta per communes summonitiones, nisi sint in placito vel plegii alicujus vel aliquorum qui atachiati sunt propter forestam. Nos, igitur, eo quod libertates per cartam nostram de foresta archiepiscopis, episcopis, etc. et ceteris de regno nostro Anglie ut prediximus concessas, in animam nostram jurari fecimus et firmiter tenendas, ac eas volumus eis illesas conservari; vobis mandamus quod in comitatibus in quibus iter facitis vel adhuc estis itineraturi ad placita foreste tenenda, nullam fieri faciatis communem summonitionem coram vobis de aliquibus hominibus manentibus extra forestam; nisi sint in placito vel plegii alicujus vel aliquorum qui propter forestam sunt atachiati, ut predictum est. Et siquem hominum manentium extra forestam qui in itinere vestro non fuerit in placito nec plegius alicujus, vel aliquorum qui atachiati sunt propter forestam, coram vobis amerciari fecistis; amerciamentum illud ei remittatis, quia hujusmodi amerciamentum ei penitus remisimus et volumus quod inde sit quietus; et nullum talem manentem extra forestam qui non est in placito nec plegius alicujus vel aliquorum qui atachiati sunt propter

1229.

[m. 20.] forestam, de cetero in itinere vestro faciatis amerciari occasione hujusmodi communis summonitionis vestre. Teste rege apud Notingh', xv die Decembris.

Eodem modo scribitur Johanni de Monem' et sociis suis.

Pro Philippo Tarcurteis.—Rex concessit Philippo Tartcurteis, vadleto suo, catalla que fuerunt Thome de Shirinton' qui nuper suspensus fuit pro latrocinio. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod eidem Philippo predicta catalla habere faciat. Teste rege apud Noting', xvj die Decembris.

Pro Andrea Luterel.—Rex cepit homagium Andree Luterel de tota terra quam Galfridus Luterel de rege tenuit in capite die quo obiit, et que ipsum Andream jure contingit hereditario. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod eidem Andree de tota terra quam predictus Galfridus de rege tenuit in capite in balliva sua die quo obiit, et que ipsum Andream jure contingit hereditario, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci et Norhamt'.

De communi summonitione non facienda, quod homines manentes extra forestam veniant ad placita foreste.—Rex vicecomiti Sumerset' et Dors' salutem. Mandavimus dilectis et fidelibus nostris Johanni de Monem' et sociis suis secum assignatis ad placita foreste tenenda, quod de hominibus manentibus extra forestam nullam communem summonitionem fieri faciant coram eis in itinere suo, nisi sint in placito vel plegii alicujus vel aliquorum qui propter forestam sunt athachiati. Et ideo tibi precipimus quod de hominibus manentibus extra forestam in comitatibus tuis, nullam communem summonitionem fieri facias decetero coram eis, nisi sint in placito vel plegii alicujus vel aliquorum qui propter forestam sunt atachiati et non aliter, occasione mandati nostri quod tibi prius fecimus de archiepiscopis, episcopis, etc. et ceteris de comitatibus tuis summonendis coram justiciariis nostris ad placita foreste, sicut summoneri consueverunt et debuerunt. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc', Wilt', Suht', Devonie, Heref', Berkes'.

Et vicecomitibus Hunt' et Linc' quod ita mandatum est B. de Insula et sociis suis, etc. ut supra de itinere predicti Johannis et sociorum ejus.

De quercubus datis.—Mandatum est Briano de Insula* quod habere faciat priori de Lenton' v quercus in haia regis de Willeg', ad cendulas faciendas ad cooperiendum dormitorium suum de Lenton'. Teste ut supra.

Pro comite de Ferrariis.—Rex concessit W. comiti de Ferrariis quod boscum suum de Piria claudere possit et parcum inde facere pro voluntate sua. Et mandatum est B. de Insula quod ita fieri permittat. Teste rege apud Noting', xvij die Decembris.

Eodem modo scribitur Hugoni de Nevill'.

---

* Corrected from "Henrico de Lameleg'."

1229.
[DI. 20.] *De manerio de Mereden'.*—Rex commisit Gileberto Basset ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit, manerium de Mereden quod Radulfus Gernun tenuit, et quod aliquando fuit in manu Willelmi de la Ferte de ballio J. regis, etc. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predicto manerio cum pertinentiis ipsi Gileberto plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est, salvis predicto Radulfo catallis suis que habet in eodem manerio. Teste rege apud Grimeston', xix die Decembris.

Pro Stephano de Sedgrave.—Rex dedit Stephano de Sedgrave domos cum pertinentiis que fuerunt Isaac Judei Eboracensis in Norhamt', et quas Galfridus Luterel tenuit. Et mandatum est majori Norht' quod de predictis domibus eidem Stephano sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome de Birkin' quod habere faciat Ricardo de Sancto Johanne, capellano H. de Burgo, etc. quercus in foresta de Shirewude, ubi competentius capi possint et propinquius aque de Trente, cariandas per aquam usque ad partes de Norf' ad se hospitandum ibidem de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo Marc' de perdonatione.—Rex perdonavit Philippo March' ix marcas et viij solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem de prestito ei facto tempore J. regis in Hibernia, et xx s̄. qui ab eo exiguntur pro Matheo de Haversegh' de prestito ei facto tempore predicto apud Dovr', et tres marcas que ab eo exiguntur pro Reginaldo March' et Galfrido nepote suo, et c s̄. qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito ei facto de camera, et xx marcas ex alia parte ei prestitas que similiter ab eo exiguntur per summonitionem ejusdem Scaccarii, et j marcam que ab eo exigitur de tempore quo fuit vicecomes Noting'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis ix m̄. viij s̄. xx s̄. iij m̄. c s̄. xx m̄. et j m̄., ipsum Philippum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex licentiam dedit et concessit Radulfo filio Nicholai quod levari faciat fossatum et haiam in terra sua de Werkenefeld' inter coopertorium foreste regis de Shirewod' et eandem terram, ita quod fere sine impedimento possint intrare et exire. Et mandatum est Thome de Birkin' quod hoc eidem Radulfo permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi de tallagio de Ailesbur'.—Quia rex dominica sua per totum regnum suum talliari fecit, mandatum est vicecomiti Buk' quod de hominibus ville de Ailesbir', quam Johannes filius Galfridi tenet de rege ad feodi firmam, taillagium racionabile eidem Johanni habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Noreis.—Rex concessit Willelmo le Noreis liberationem duorum denariorum per diem quam Ricardus le Fauconer, qui mortuus est, habere consuevit. Et mandatum est baronibus de Scaccario

1229.

[m. 20.] quod predictam liberationem eidem Willelmo habere faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex Thome de Birkin salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis Jordano Foliot novem damas et unum damum in balliva vestra dono nostro, ponendas in parco suo de Grimeston'. Teste me ipso apud Grimeston', xvj die Decembris.

De quercu data.—Mandatum est eidem Thome quod habere faciat priori de Blia de dono regis unam quercum in bosco de Rumeworth' ad quoddam hostium faciendum in aula sua de Blya. Teste rege apud Blyam, xvj die Decembris.

Pro leprosis Sancti Leonardi de Cestrefeld.—Mandatum est Briano de Insula quod in aliquo angulo foreste nostre de Pecco et ad minus nocumentum ejusdem foreste, provideatis leprosis hospitalis Sancti Leonardi de Cestrefeld', in pastura usque ad valenciam vj acrarum ad pecora sua pascenda, et pasturam illam ei liberetis. Teste ut supra.

[m. 19.] *De bissis et damis datis.*—Mandatum est Thome de Birkin' quod habere faciat Radulfo filio Nicholai ad opus uxoris sue, de dono regis, duas bissas et tres damas in balliva sua. Teste rege apud Danecastr', xxj die Decembris.

De tradendo in ballium.—Quia constat regi per inquisicionem quam fieri fecit quod Agnes de Wigehall' appellat Ricardum de Midelhal' de morte Roberti quondam viri ipsius Agnetis, odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Norf' quod si idem Ricardus invenerit ei xij liberos et legales homines qui eum manucapiant etc. coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto; tunc eum tradat, sicut predictum est. Teste rege apud Pontem fractum, xxij die Decembris.

De quadam nave deliberanda.—Mandatum est ballivis de Gernem' quod navem quam Makarias de Sendehors ducit, et in qua transmissa fuerunt domino regi exennia a rege Norwegie, et que arestata est in portu suo, faciant habere fratri Andree priori de Lus', nuntio ipsius regis, ad redeundum in ea in partes suas. Teste rege apud Eboracum, xxviij die Decembris.

Mandatum est ballivis portus de Gernem' quod navem Benedicti Scoti, que est de terra A. regis Scottie, arestatam in portu suo occasione etc. de navibus arestandis, non obstante eodem precepto deliberari faciant, et sine inpedimento abire permittant. Teste rege apud Eboracum, ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat priori de Wetherhal' xxiiij quercus in foresta Carleol' ubi competentius capi possint ad minus nocumentum foreste, ad fabricam ecclesie sue de Wetherhal', de dono regis. Teste ut supra.

1229.

[m. 19.] *Pro Gervasio camerario London'.*—Rex perdonavit Gervasio camerario London' xl marcas de c marcis quas regi debuit de cameraria Lond' de anno etc. xiij. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De custodiendo Simonem de Stenegreve.—Mandatum est constabulario Linc' quod Simonem de Stenegreve prisonem quem rex ei mittit, recipiat et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod si navis Walteri, capellani magistri Johannis Romani, subdecani Eboracensis, quam arestavit apud Sanctum Botulfum occasione precepti quod rex fecit de navibus arestandis contra transfretationem regis, non possit ferre xvj equos, sicut dictum est domino regi; tunc navem illam deliberari faciat. Teste ut supra.

De attornato.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod abbas de Beyland' attornavit coram nobis loco suo Simonem de Sancto Felice ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu tuo per breve nostrum inter ipsum abbatem et Johannem Maleverer, de eo quod idem Johannes acquietet ipsum abbatem de servicio quod Ricardus de Percy exigit ab eo de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Catton', unde idem Johannes, qui medius est inter eos, ipsum inde adquietare debet, ut dicit. Et ideo tibi precipimus quod predictum Simonem loco predicti abbatis ad hoc recipias. Teste ut supra.

De brennis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod habere faciat abbati de Fontibus lx brennas in vivario de Fosse, tam majores quam minores, ponendas in vivario suo, de dono regis. Teste ut supra.

De trussellis deliberandis.—Quia Ferrandus comes Flandrie et burgenses de Brug' per literas suas patentes protestati sunt quod iiij trusselli qui fuerunt in coga que venit de Cornubia, et qui arestati fuerunt eo quod credebatur eos esse de Rupella, sunt dictorum burgensium de Brug'; mandatum est ballivis de Portesm' quod eos Johanni le Doye et Baldewino Wandelard' de Brug' liberent, facientes Clementem filium Clementis arestatum cum dictis trussellis similiter deliberari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat magistro Johanni Blundo viij quercus in foresta de Shirewod' sparsim per loca ubi competentius capi possint et ad minus nocumentum foreste nostre, de dono regis. Teste ut supra.

1230.

Hibernia. Pro Aumarico de Sancto Amando.—Rex concessit et carta sua confirmavit Almarico de Sancto Amando iiij carucatas terre cum pertinentiis in Hibernia; videlicet, terra que vocatur Le Ryn et que fuit quondam Magorman Hiberniensis, habendas et tenendas de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis inperpetuum, faciendo inde regi et heredibus suis servicium feodi dimidii militis pro omni servicio. Et

1230.

[m. 19.] mandatum est justiciario Hibernie quod ei de predicta terra cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Danecastr', ij die Januarii.

Patentes.—Postea habuit idem Amauricus literas patentes sub eisdem verbis directas eidem justiciario. In cujus etc. Et alias literas clausas sub eisdem verbis, de saisina ei facienda cum hac adjectione, "sicut alias mandavimus. Et siquid inde ceperitis postquam ei inde saisinam fieri precepimus, id ei sine dilatione et difficultate reddi faciatis."

Pro Osberto Giffard' de Brimesfeld'.—Rex concessit et carta sua confirmavit Osberto Giffard' de Brimesfeld' pro homagio et servicio suo xxij solidatas redditus et j carucatam terre cum pertinentiis in Pichenecumb, quas Radulfus de Vernay quondam tenuit de ballio domini J. regis; habendas et tenendas de rege et heredibus suis inperpetuum: reddendo inde regi et heredibus suis ipse et heredes sui singulis annis per manum vicecomitis Glouc', qui pro tempore fuerit, quinque solidos ad duos terminos anni, videlicet, ad Pascha duos solidos et vj đ. et ad festum Sancti Michaelis ij s̄. et vj đ. pro omni servicio. Et preceptum est eidem vicecomiti quod eidem Osberto de predicto redditu et de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Blyam, iij die Januarii, anno regni regis ejusdem xiiij.

Pro Rannulfo Britone.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere Rannulfo Britoni viginti copulas in Paghwelea et in Scrob ad se hospitandum apud Lechamested', de dono domini regis. Teste eodem rege apud Newerc', v die Januarii.

Pro Willelmo de Leucanor'.—Rex Briano de Insula salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo de Leukenor', qui aliquando exstitit viridarius foreste nostre in comitatu Oxonie, transgressionem quam fecit ex eo quod in itinere vestro nuper ad placita foreste, coram vobis et sociis vestris justiciariis nostris rotulos suos non habuit nec alia que necessaria fuerant ad respondendum de tempore suo; et indignacionem nostram quam ea occasione erga eum conceperamus, omnino eidem Willelmo remisimus. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde pacem habere permittentes occasione predicte transgressionis, nullum ei inferatis dampnum aut gravamen. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel'.—H. Dei gracia rex Anglie etc. Hugoni filio Roberti salutem. Sciatis quod dedimus dilecto et fideli nostro Henrico de Aldithel' ad operacionem castri sui de Radeclive calcem quam Andreas filius Huberti et Robertus le Enfant per preceptum nostrum fieri fecerunt ad opus nostrum in ballia tua, et unde alias precepimus ballivis nostris Salopie per literas nostras eis directas de calce illa ei liberanda. Et ideo tibi precipimus quod calcem illam sine impedimento ei habere permittas. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Craucumb'.—H. Dei gracia rex Anglie etc. dilecto et fideli suo Briano de Insula salutem. Sciatis quod concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Godefrido de Craucumb'

1230.

[m. 19.] pro nobis et heredibus nostris quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum warennam in manerio suo de Middelton', quod est infra metas warenne nostre, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad liberam warennam pertinentibus; ita quod ipse et heredes sui de leporibus in predicta warenna sua fugatis, si exierint usque in warennam nostram, libere et sine impedimento et occasione suum habeant percursum ad lepores fugatos in warenna sua et fugientes in warennam nostram capiendos. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Godefridum predictam warennam habere permittatis et eam teneri faciatis, sicut predictum est. Teste me ipso apud Newerc', v die Januarii, anno regni nostri xiiij.

Rex vicecomiti Cantebrigie salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Godefrido de Craucumb' quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum singulis annis apud manerium suum de Middelton' unam feriam per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Nativitatis beate Marie, nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et ideo tibi precipimus quod cartam nostram quam ei inde fieri fecimus, in pleno comitatu tuo legi et ipsam feriam per totam bailliam tuam clamari et teneri facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Newerc', v die Januarii, anno regni nostri xiiij.

Rex vicecomiti Linc' salutem. Mittimus usque Linc' dilectos et fideles nostros Walterum de Evermuth' et Walterum de Brackel', clericum nostrum, ad talliandum una tecum civitatem nostram Linc', et omnes alios homines de dominicis nostris in comitatu tuo. Et ideo tibi precipimus quod instanti die Mercurii proximo post Epifaniam Domini, venire facias coram predictis Waltero et Waltero et coram te apud Linc' de singulis dominicis ejusdem comitatus duodecim legaliores et discreciores homines ad tallagium illud assidendum, tam super dominica predicta quam in civitate predicta, cum predictis W. et W. ad hoc sis intendens quod diligenciam tuam merito commendatam habere debeamus, et quod omnes denarios ejusdem tallagii habeamus in crastino clausi Pasche ad Scaccarium nostrum, sicut te ipsum diligis. Teste me ipso apud Newerc, vj die Januarii.*

Rex majori et probis hominibus Linc' salutem. Sciatis quod assignavimus dilectos et fideles nostros Walterum de Everm' et Walterum de Brackel', clericum nostrum, ad talliandum una cum vicecomite Linc' civitatem Lincoln'. Et ideo vobis mandamus quod eis ad hoc intendentes sitis et respondentes. Teste ut supra.*

Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod comisimus fideli nostro Henrico de Helyon terram que fuit Johannis le Poer in Pokelinton' ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra plenam saisinam ei habere facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Newerc', vj die Januarii, anno regni nostri xiiij.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est Thome de Birkin quod habere faciat Radulfo filio Nicholai sex damos et quatuor bissas in baillia sua de dono domini regis. Teste ut supra.

* Cancelled, because "alias in rotulo tamen."

1230.

[m. 19.] *Pro Willelmo de Stutevill'.*—Rex domino L. Dublinensi electo et domino Waltero de Kirch' salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo de Stutevill' centum solidos quos ab eo exigitis de prestito garderobe nostre ei facto in obsidio castri Bedef'. Et ideo vobis mandamus quod pacem ei inde habere permittatis.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Norf' pro eodem.

Pro Thoma Corbet.—Rex vicecomiti Stafford' salutem. Scias quod perdonavimus Thome Corbet de Tasselegh' scutagium decime partis feodi unius militis quod ab eo exigis per summonitionem Scaccarii nostri pro exercitu nostro ad primam transfretationem nostram anno regni nostri xiiij. Et ideo tibi precipimus quod de scutagio illo pacem ei habere permittas. Teste me ipso apud Linc', viij die Januarii, anno eodem.

Pro Hugone Lafful.—Rex vicecomiti Dereb' salutem. Scias quod intuitu Dei concessimus Hugoni Lafful, clerico, mesuagia cum pertinentiis in Dereb' que Willelmus le Seeler pater ipsius Hugonis tenuit de hereditate Emme uxoris sue, et xij denariatas redditus que idem pater suus tenuit de hereditate sua, que idem Willelmus foris fecit per mortem hominis; ita quod predictus Hugo faciat idem servicium de mesuagiis illis quod inde fieri consuevit tempore predicti Willelmi patris sui, et preterea redditum duorum denariorum. Et ideo tibi precipimus quod de predictis mesuagiis cum pertinentiis ipsi Hugoni plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste rege apud Linc', vj die Januarii.

De tallagio faciendo in Pecco.—Rex Radulfo filio Nicholai salutem. Mandamus vobis quod, assumpto vobiscum aliquo probo et discreto homine de partibus Notingh' et Dereb', accedatis in propria persona vestra usque Peccum ad talliandum homines nostros de Pecco, tam diligenter ad hoc intendentes quod grates inde vobis scire debeamus. Teste ut supra.*

Pro Nicholao de Bolevill'.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod habere faciat Nicholao de Bolevill' de dono domini regis scutagium suum de feodis militum que ipse et Avicia uxor ejus de eo tenent in capite in balliva sua; scilicet, de scuto tres marcas. Teste rege apud Newerc'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumers' pro eodem de eodem.

Mandatum est liberis hominibus de manerio de Carleton' in Limbric' quod Johanni de Wascelin in hiis que ad manerium de Carleton' pertinent, intendentes sint et respondentes, cui dominus rex illud commisit ad se sustentandum quamdiu vixerit. Teste†

[m. 18.] *Pro hominibus de Mamesfeld'.*—H. Dei gracia rex Anglie, Thome de Birkin salutem. Precipimus tibi quod permittas homines nostros de Mamesfeld' habere husbote et heybote in foresta nostra de Shirewud', sicut in ea habere consueverunt, temporibus H. regis, avi nostri, R. regis,

* Cancelled. † Cancelled "quia in rotulo patentium."

1230.

[m. 18.] avunculi nostri, et domini J. regis, patris nostri, usque ad guerram motam inter ipsum patrem nostrum et barones suos Anglie. Teste me ipso apud Linc', viij die Januarii.

Eodem modo scribitur Briano de Insula pro eisdem de eodem.

De cera domini regis cariunda.—Rex etc. vicecomitibus Lond' salutem. Precipimus vobis quod habere faciatis Nicholao de Camera unam carectam ad cariandum ad nos ceram nostram, et computabitur vobis ad Scaccarium nostrum. Teste ut supra.

De grasso pisce domini regis cariundo.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi quod grassum piscem nostrum qui est in custodia tua cariari facias usque London', deponendum ibidem in abbatia Westmonasteriensi; et custum quod ad hoc posueris computabitur tibi ad Scaccarium. Teste ut supra.

Pro Stephano de Segrave.—Rex vicecomiti Norh' salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Stephano de Segrave terras cum domibus et edificiis que fuerunt Ysaac Judei Eboracensis in Norhamton', et que Galfridus Luterel tenuit de ballio domini J. regis, patris nostri, habenda et tenenda eidem Stephano et heredibus suis de nobis et heredibus nostris inperpetuum, faciendo inde dominis feodi debitum et consuetum servicium pro omni servicio. Et ideo tibi precipimus quod eidem S. de predictis terris cum domibus et edificiis plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Linc', ix die Januarii, anno regni nostri xiiij°.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod pro custodia comitatuum nostrorum Notingh' et Dereb' et castrorum nostrorum Notingh' et de Harestan', que dilectus et fidelis noster Radulfus filius Nicholai custodiet ad custum suum, et ad ipsum Radulfum sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit, concessimus ei proficuum predictorum comitatuum Notingh' et Derb', et proficuum maneriorum nostrorum que solebant esse in manibus vicecomitum, donec vicecomites per preceptum nostrum reddiderunt compotum de proficuo comitatuum, occasione cujus reddiderunt separatum compotum de proficuo hujusmodi maneriorum et comitatuum, ita quod de predicto proficuo reddat nobis singulis annis quinquaginta marcas. Et ideo vobis mandamus quod ita inrotulari et fieri faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, viij die Novembris.

Pro Johanne Wascelin.—Dominus rex commisit Johanni Wascelin manerium de Carleton' in Limbric ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu vixerit. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod plenam ei inde saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Beverlay.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod confirmavimus hominibus de Beverlaco cartam domini J. regis, patris nostri, de libertatibus suis. Et ideo tibi precipimus quod

1230.

[m. 18.] confirmationem nostram quam eis inde fieri fecimus in pleno comitatu tuo legi et teneri facias. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Cantilup', juniori, tres damas in foresta de Cliva, de dono domini regis. Teste rege apud Bruer', xj die Januarii.

Eodem modo mandatum est Hasculfo de Athelakeston' quod habere faciat eidem Willelmo tres damas in baillia sua, de dono domini regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo scissore.—Rex vicecomiti Kancie salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus Willelmo scissori nostro unam carucatam terre cum pertinentiis in Godested' et in Weston'; videlicet, terram illam quam Petrus Mighnot quondam habuit de dono regis R. avunculi nostri. Et ideo tibi precipimus quod eidem Willelmo de predicta terra plenam saisinam habere facias, et quietam tenere permittas de sectis hundredorum. Teste me ipso apud Bruer', xj die Januarii, anno regni nostri xiiij°.

Pro fratribus minoribus de Staunford'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere fratribus minoribus de Stanford' decem carectatas busce in balliva sua ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Stanf', xiij die Januarii.

Pro rege de bosco de Trivel.—Rex dilecto et fideli Johanni de Munemuth' salutem. Datum est nobis intelligi quod vos duobus modis potestis facere commodum nostrum de bosco nostro de Trivel; ita scilicet quod inde habeamus sex milia marcarum et nobis remaneant centum librate terre, vel habeamus inde novem milia marcarum quiete, ita quod nulla terra inde nobis remaneat. Et ideo vobis mandamus quod altero modorum predictorum quo scilicet magis expedire videritis, negocium nostrum de dicto bosco faciatis. Significetis autem nobis sine dilatione quo predictorum modorum negocium sitis facturi, et nos vobis significabimus terminos de pecunia solvenda. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Normanvill'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat dilecto et fideli nostro Radulfo de Normanvill' in foresta nostra de Cliva duas damas ad opus uxoris sue, de dono regis. Teste ut supra.

De coronatoribus.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Precipimus tibi quod in pleno comitatu tuo et per assensum tocius comitatus, eligi facias de fidelioribus et discrecioribus militibus ejusdem comitatus, loco Baldewini de Panton' coronatoris nostri ejusdem comitatus, alium coronatorem qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat et conservet una cum sociis coronatoribus nostris ejusdem comitatus ea que ad coronam nostram pertinent, et talem eum eligi f[acias] qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus nobis scire facias. Teste me ipso apud Stanford, xv die Januarii.

1230.

[m. 18.] *Pro Alexandro de Pointon'.*—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Alexandro de Pointon' x cheverones in bosco de Cliva extra parcum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Philippi.—Rex vicecomiti Salopie salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Johanni filio Philippi manerium nostrum de Claverlegh' cum pertinentiis suis, habendum et tenendum tota vita sua de nobis et heredibus nostris ad feodi firmam per xv libras singulis annis ad Scaccarium nostrum reddendas; videlicet, unam medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis, salvis nobis tallagiis et auxiliis ejusdem manerii. Et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio cum pertinentiis suis eidem Johanni sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste me ipso apud Undele, xvj die Januarii.

Pro J. comite Huntingdon'.—Rex Hugoni de Nevill' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Johanni, comiti Huntingdon', quod fieri faciat duo saltatoria ad parcum suum de Foderingeya. Et ideo vobis mandamus quod permittatis ipsum comitem dicta saltatoria facere et habere, sicut predictum est. Teste me ipso apud Huntind', xvj die Januarii.

Pro Fulcone filio Warini.—Dominus rex dedit et concessit et carta sua confirmavit Fulconi filio Warini totum parcum suum de Alewestan', cum tota vestitura ejusdem parci et omnibus pertinentiis suis, in augmentum terre sue quam de domino rege tenet in Alewestan'; habendum et tenendum eidem Fulconi et heredibus suis de domino rege et heredibus suis, faciendo ei et heredibus suis pro predicto parco idem servicium quod nobis facere tenetur de predicta terra in Alewestan'. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicto parco cum tota vestitura ejusdem parci et omnibus pertinentiis, sicut predictum est, eidem Fulconi plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere priori de Huntendon' tria fusta in foresta de Wauberg' ad postes et pannas faciendas ad aulam quamdam in prioratu suo construendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro domino L. Dublinensi electo.—Rex dilecto et fideli suo R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Sciatis quod provisioni per venerabiles patres R. Cycestrensem, cancellarium nostrum, et Rofensem et Londoniensem episcopos auctoritate sedis apostolice facte de dilecto nobis L. quondam decano Sancti Martini Lond' in archiepiscopum Dublinensem, regium adhibuimus assensum et favorem. Et ideo vobis mandamus, sicut alias mandavimus, quod talem saisinam habere faciatis Roberto Luterel et Galfrido de Elm ad opus ipsius electi de omnibus ad predictum archiepiscopatum pertinentibus, tam in castris quam in terris et omnibus aliis rebus, qualem H. quondam Dublinensis

1230.

[m. 18.] archiepiscopus inde habuit antequam incidit in languorem, in quo non fuit compos sui ante obitum suum, quicunque ea teneant. Teste rege apud Huntind', xvj die Januarii.

Pro Hugone de Nevill'.—Rex Briano de Insula salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Hugoni de Nevill' per finem quem nobiscum fecit, saisinam terre que fuit Petri Mimecan in Hedendon cum baillia que fuit ipsius Mimecani. Et ideo vobis mandamus quod de predicta terra cum baillia predicta et omnibus pertinentiis suis eidem Hugoni sine dilatione plenam saisinam habere faciatis. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Hugonis.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Scias quod commisimus Ricardo filio Hugonis terram cum pertinentiis suis quam Willelmus Trenchefoile, Normannus, tenuit in Chigenhal' ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinentiis suis eidem Ricardo sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste me ipso apud Hertf', xix die Januarii.

Pro Nicholao de Cern'.—Rex vicecomiti Bedef' salutem. Scias quod perdonavimus Nicholao de Cern' scutagium suum de feodis quinque militum et dimidii que de Johanne de Bello Campo tenet in capite in Temeseford et Cliftun, et que idem Johannes de nobis tenet in capite; scilicet, de scuto tres marcas pro exercitu nostro ad primam transfretationem nostram anno regni nostri xiiij. Et ideo tibi precipimus quod de predicto scutagio pacem ei habere permittas, sicut predictum est. Teste me ipso apud Waltham', xix die Januarii.

Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat L. Dublinensi electo duo robora in foresta de Windles' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Havering', xxj die Januarii.

[m. 17.] *De vinis apud Suhamt' retinendis ad opus regis.*—Mandatum est Benedicto Ace et Waltero le Flemeng quod statim, visis literis istis, tam de vinis illis que Johannes de Colemere clericus regis signari fecit apud Suht' quam de aliis vinis que ipsi post recessum ipsius Johannis de partibus illis signaverunt vel signari omiserunt, retineant ad opus regis septies xx dolia vini Wasconie de melioribus vinis cujuscumque fuerint sive de terra regis sive aliunde; ita quod rex diligentiam suam ad hoc appositam merito debeat habere commendatam. Teste rege apud Havering, xxij die Januarii.

Pro Henrico filio Emme.—Rex perdonavit Henrico filio Emme civi Lond' v marcas de xx marcis ad quas taillatus fuit in magno tallagio Lond'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum de predictis v marcis quietum esse faciant. Teste ut supra. Per breve regis.

Pro Martino de Pesemere.—Rex perdonavit Martino de Pesemere pro paupertate sua scutagium suum de feodo dimidii militis quod de

1230.

[m. 17.] rege tenet in capite; scilicet, de scuto iij marcas pro exercitu regis contra primam transfretationem regis post festum Sancti Michaelis anno etc. xiij°. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicto scutagio pacem ei habere permittat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Reymundo de Burgo de terra que fuit comitis Sancti Pauli.—Rex reddidit Reymundo de Burgo saisinam terre que fuit comitis Sancti Pauli et quam rex nuper in manum capi precepit. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de tota terra predicta eidem Reimundo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Et si quid inde ceperit postquam eam cepit in manum regis, id sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Havering', xxiiij die Januarii.

De bissis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Willelmo de Vescy duas bissas in foresta de Pikering', de dono regis. Teste rege apud Havering, xxiiij die Januarii.

De vinis permittendis recedere a portu.—Mandatum est baillivis portus de Wincheles' quod navem quamdam carcatam in portu suo vinis Reymundi Culum, que quidem vina Johannes de Coudres emit de Bidallo de la Fane, serviente predicti Reimundi, sine impedimento a portu nostro recedere permittatis ad veniendum usque London', quo idem Johannes de licencia domini regis vina ipsa cariari faciet. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Januarii.

De vinis permittendis transire.—Mandatum est ballivis portus de Portesm' quod cum navis quedam carcata vinis Wasconie que Johannes de Coudres emit de vinis Reymundi Colump, transierit per portum suum; navem ipsam ea vice transire permittant sine prisa ad veniendum versus Lond', quo predictus Johannes ea duci faciet de licencia regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario Dovr' de eadem navi.

Pro Engelardo de Cygoygny et aliis.—Quia rex omnia dominica sua per regnum suum Anglie, tailliari fecit; mandatum est vicecomiti Oxonie quod de hominibus manerii de Bensinton' quod Engelardus de Cygoiny tenet, eidem Engelardo racionabile auxilium habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hertford' quod habere faciat Huberto Hoese racionabile auxilium de hominibus manerii de Hadfeld', quod idem Hubertus tenet de ballio regis. Et vicecomiti Oxonie pro Hugone et Johanne de Pless' et Drogone de Barentin de racionabili auxilio.

Pro Philippo le Sauser.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod rex concessit Philippo Salsario suo terram quam Adam de Alta Ripa tenuit de ballio regis in Tydeswell' et in Weston'* ad se sustentandum in

* "In Tydeswell et in Weston'" is corrected from "In Bakewell'."

1230.

[m. 17.] servicio regis quamdiu regi placuerit, et quod ipse vicecomes eidem Philippo de predicta terra plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate Glouc'.—Rex concessit abbati Glouc' quod per attornatum suum sectam faciat ad comitatum Heref', quam facere debet ratione terrarum suarum quas habet in comitatu illo, in omnibus que ad regem pertinent. Et mandatur vicecomiti Heref' quod ad predictam sectam faciendam attornatum suum recipiat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij die Januarii.

De roboribus datis.—Rex precepit Petro Mimekan', quondam ballivo de Shothore, per literas suas quod habere faceret magistro Nicholao de Farnham iiij magna robora in balliva sua, de dono regis; que quidem idem magister Nicholaus nondum habuit ut dicit propter amotionem predicti Petri de balliva sua. Et mandatum est H. de Nevill' quod si idem magister Nicholaus predicta robora nondum habuerit, sicut predictum est, ea ei in predicta balliva habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

De transgressione literarum regis.—Rex intuitu Dei et pro salute anime J. regis etc. perdonavit Roberto le Butter transgressionem quam fecit in quibusdam literis patentibus contra formam regni sigillo suo signatis, occasione cujus transgressionis idem Robertus captus est et detentus in prisona regis apud Hereford'. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod ipsum a prisona illa liberari faciat et quo voluerit abire permittat. Terram etiam ipsius Roberti cum catallis suis que in manum regis cepit occasione predicta, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De honore de Eya.—Rex commisit R. comiti Cornubie honorem de Eya, habendum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicto honore eidem comiti sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Januarii.

Et mandatur militibus et aliis tenentibus de eodem honore quod in omnibus que ad predictum honorem pertinent, intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Pro Philippo Marc' et uxore ejus.—Rex concessit Philippo Marc' et Aline uxori ejus quod habeant et teneant toto tempore vite sue manerium de Bulewell, ad eorum sustentationem; ita quod si dictus Philippus supervixerit ipsam Alinam, idem Philippus habeat et teneat manerium illud tota vita sua; vel si predicta Alina supervixerit ipsum Philippum, ipsa Alina habeat et teneat predictum manerium tota vita sua. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de predicto manerio predictis Philippo et Aline plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1230.

[m. 17.] *Pro abbate de Langedon'.*—Rex licentiam dedit abbati de Langedon' quod libere capere possit in bosco prioris Sancte Trinitatis Kantuarie de Danegrif e quercus quas ipse prior eidem abbati dedit ad reparationem domus sue que combusta fuit. Et mandatur Ricardo de Muntfichet quod ipsum abbatem permittat predictas quercus capere sine impedimento, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxix die Januarii.

Pro Adam de Stawell'.—Rex perdonavit Ade de Stawell' xiiij libras ix s̄. et iiij denarios qui ab eo exiguntur ad Scaccarium de prestito Hibernie ei facto, tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis xiiij libris novem solidis et iiij denariis ipsum Adam quietum esse faciant. Teste ut supra.

De perdonatione dimidie marce.—Rex perdonavit decene Roberti aurifabri dimidiam marcam que ab ea exigitur per summonitionem Scaccarii pro amerciamento unde amerciata fuit pro fuga Willelmi Deverant. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illa dimidia marca ipsam decenam quietam esse faciant. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod in foresta regis de Axiholt faciat habere Roberto de Barevill' vij fusta de dono regis, ubi competentius poterit et ad minus nocumentum foreste regis, ad se hospitandum apud terram suam de Putham. Teste ut supra.

De busca data.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat priorisse Huntendon' xx carectatas de sicca busca in foresta de Wauberg, ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro H. comite Herford'.—Rex perdonavit H. comiti Hereford' lx marcas que exiguntur ab eo ad Scaccarium de prestito Hibernie facto Henrico comiti quondam Hereford', patri suo, tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis lx marcis ipsum H. quietum esse faciant. Teste ut supra.

De venatoribus missis ad currendum.—Rex mittit ad Johannem de Venuz magistrum Guidonem, Rogerum de Stopham, Willelmum Luvel, Alanum de Nevill', Johannem le Fol, et Philippum, venatores regis, ad currendum cum canibus regis ad bissas et damos in balliva sua; mandans quod eos ibidem currere permittat. Teste ut supra.

De amerciamentis amensurandis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cum vicecomes Sumerset,' Matheus de Clivedon et Robertus filius Pagani, qui dati fuerunt amensuratores cujusdam amerciamenti facti per quatuor milites justiciarios assignatos ad assisam nove dissaisine capiendam apud Ivelcestr' inter Willelmum de Burn', Willelmum filium Baldewini et socios suos, et priorem de Chartus', unde ipsi Willelmus de Burn' et socii sui de dissaisina illa convicti fuerunt, ita quod super eos positum fuit amerciamentum importabile, amensurationem illius amerciamenti ad Scaccarium miserint, eam faciant irrotulari et teneri

1230.

[m. 17.] et de amerciamento unde ipsi prius amerciati fuerunt, eos quietos esse faciant. Teste ut supra.

De misericordia abbatis de Barden'. — Abbas de Barden' de misericordia in quam incidit coram Normanno de Arescy, Willelmo Basset, Willelmo de Benigworth' et Alano de Muleton', quos rex justiciarios suos assignavit ad assisam nove dissaisine capiendam inter abbatem de Tupeholm' et predictum abbatem de Barden' et quosdam alios, amerciatus est coram nobis ad xv s̃. quos idem abbas solvit ad Scaccarium nostrum; et hoc significat rex vicecomiti Linc'. Teste ut supra.

De manerio de Bassingeburn'.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie* quod habere faciat P. comiti Britannie plenam saisinam de manerio suo de Bassingeburn',† quod W. comes Marescallus tenuit de ballio regis. Teste ut supra.

Pro comite Hunted'.—Rex concessit J. comiti Huntedon' quod libere assartare possit boscum suum qui jacet inter boscum de Alkmundebir' et boscum monachorum de Sautr', qui dicitur continere per numerum acrarum per perticam regis quater xx et quatuor acras. Et mandatum est B. de Insula‡ quod permittat ipsum dictum boscum essartare, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Jordano de Lucy.—Rex reddit Jordano de Lucy, filio et heredi Mauricii de Lucy, et Nicholae de Barnevill', uxoris ejus, qui plene etatis est ut dicitur, saisinam terre que fuit ipsorum Mauricii et Nicholae in Gereburg' et que ipsum Jordanum jure contingit hereditario, et que in manum regis capta fuit eo quod idem Mauricius interfectus fuit tempore J. regis etc. in servicio suo in Insula, dum idem Jordanus infra etatem fuit. Et mandatum est

Pro Ricardo de Argent'.—Rex perdonavit Ricardo de Argent' xl s̃. unde amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Suff', et qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum de predictis xl s̃. quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, j die Februarii.

Pro Hugone de Pless' et sociis ejus.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod quamdiu manerium de Chaugrave fuerit in manu Hugonis de Pless', Drogonis de Barentin, et Johannis de Pless' de ballio regis, ipsos distringi non faciant occasione debiti quod ab eis exigitur per summonitionem Scaccarii pro debito quod Hugo de Malo Alneto regi debuit, cujus manerium illud fuit. Teste ut supra.

Pro Johanne Herberti.—Mandatum est ballivis de Gernem' quod de rebus et catallis que Johannes Hereb', qui rettatus est de morte hominis

* Corrected from "Linc." † Corrected from "Wassingburg"
‡ Corrected from "H. de Nevill"

1230.

[m. 17.] et ea occasione detentus in prisona regis, habuit in balliva sua die quo captus fuit, ipsum Johannem et Agnetem uxorem ejus et liberos suos estoverium suum habere permittant sine impedimento, donec idem Johannes inde judicium suum habuerit. Teste ut supra.

Pro W. comite Albem' de redditu xx marcatarum.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod permittat W. comiti Albem' capere redditum xx marcatarum terre, tam de redditibus quam de dominicis ville de Pokelinton', sicut ei assignate fuerunt et extente tempore domini J. regis etc.* Teste rege apud Westmonasterium, iij die Februarii.

Pro comitissa Augi.—Rex perdonavit Alicie comitisse Augi c lī. de fine trescentarum marcarum quem fecit cum rege pro terris suis habendis, que quidem ccc marce exiguntur ab ea per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis c lī. ipsam comitissam quietam esse faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto de Barevill'.—Mandatum est custodibus vinorum Suht' quod habere faciant Roberto de Barevill' unum dolium vini Wasconie de prisa regis, de dono regis. Teste ut supra.

De bissis et damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis duas bissas et duos damos in balliva sua, de dono regis. Teste me ipso apud Westmonasterium, iiij die Februarii.

Pro Baldewino de Ver.—Rex perdonavit Baldewino de Ver v marcas que ab eo exiguntur ad opus regis de prestito quod rex ei fecit in garderoba sua cum esset in obsidione castri Bed'. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod ipsum inde pacem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, iiij die Februarii.

Et mandatum est W. de Kirkeham vel W. de Brackel', clericis de Garderoba, quod de predictis v marcis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De perdonatione transgressionis foreste.—Rex perdonavit Willelmo Mauduit, Ernaldo de Bosco et Johanni de Bello Campo transgressionem foreste regis quam fecerunt, usque ad Purificacionem Beate Marie anno etc. xiij°, et unde occasionati fuerunt coram Johanne de Munem' ad placita foreste regis; ita quod de transgressione foreste, si quam post terminum predictum fecerint, rex ab eis emendas habeat. Et mandatum est Johanni de Monem' quod de transgressione foreste ab eis facta usque ad prefatum terminum, ut predictum est, pacem eis habere permittat; et de transgressione foreste quam citra terminum illum fecerint, emendas ab eis capiat ad opus regis. Teste ut supra.

Et mandatum est B. de Insula quod de transgressione foreste ab eis facta, ut predictum est, pacem eis habere permittat; et de transgressione

* Corrected from "sicut eas ibidem capere consuevit antequam rex dominica sua in manus suas capi precepit, dum Robertus de Cokefeld fuit vicecomes Ebor'."

1230.

[m. 17.] foreste quam citra terminum illum fecerint, emendas capiat etc. Teste ut supra.

[m. 16.] *De securitate navis quod veniet usque Portesm'.*—Mandatum est G. de Lucy quod si frater Johannes de ordine milicie Templi de Rupella, qui est de navi quadam ejusdem Templi arestata in portu de Portesm', tactis sacrosanctis propria manu juraverit, et singuli gubernatorum et marinellorum ejusdem navis similiter juraverint, quod erunt apud Portesm' ad Pascha Floridum proximo venturum cum predicta navi parati ad eundum cum rege in servicium suum; tunc ipsos cum predicta navi abire permittant sine impedimento quo voluerint. Teste rege apud Westmonasterium, iiij die Februarii.

Quod homines de Norwic' et Gipewic' et alii non taillientur.—Rex pro paupertate hominum regis de Norwic' et pro debitis que regi debent, non vult ad presens quod super homines ipsos tallagium assideatur. Et mandatur G. de Craucumbe et Willelmo Hardel' quod ipsos non tallient, et si forte tallagium super eos assederunt, ipsis inde pacem habere permittant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem pro hominibus de Gipeswic', Dunewic,' Oreford et Jernem', pro paupertate et pro auxilio quod regi debent de navibus.

De securitate navis.—Mandatum est G. de Lucy quod si Petrus Johannis, qui ducit navem de Seint Salvadur de Baiona vinis carcatam et apud Portesm' arestatam, fecerit ei bonam et sufficientem securitatem per bonos plegios vel obsides quod navis predicta erit apud Portesm' ad Floridum Pascha proximo venturum parata ire in servicio regis; tunc navem illam deliberari et quo voluerit abire permittat sine impedimento. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis Jernem'* de navi deliberanda, quam Johannes de Sawal' de Dep' ducit carcatam mercandisiis quorundam hominum de Dep'. Teste ut supra.

Pro Rogero de Clar'.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod habere faciat Rogero de Clar' racionabile auxilium de liberis hominibus suis tenentibus de eo in Norton' et in Middelton', ad se sustentandum in servicio regis. Teste rege apud Westmonasterium, v die Februarii.

Pro Johanne Travers.—Mandatum est ballivis de Jernem' quod per sacramentum legalium hominum ville de Jernem' diligenter inquirant que catalla Johannes Herberti de Jernem', captus et detentus in prisona regis pro morte hominis, habuit in manu sua de catallis Johannis Travers die quo captus fuit occasione predicta, et cum constiterit eis per eandem inquisicionem cujusmodi catalla fuerunt in manu ipsius Johannis Herberti de catallis ipsius Johannis Travers die quo captus fuit, ut predictum est; eadem catalla predicto Johanni Travers sine dilatione reddi faciant. Teste ut supra.

* Corrected from "Dunewic'."

1230.

[m. 16.] *Pro Waltero de Faucunbergh' et priore de Dunstapl'.*—Quia rex tailliari fecit omnia dominica sua, mandatum est vicecomiti Linc' quod habere faciat Waltero de Facunberg', qui habet manerium de Bernulfby de ballio regis, racionabile auxilium de hominibus ejusdem manerii. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bed' pro priore Dunstapl', quod ei faciat habere racionabile auxilium de hominibus Dunstapl'.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si Willelmus de Beccheheth', qui se retraxit in itinere justiciariorum qui ultimo itineraverunt in comitatu Sussex' pro latrocinio unde rettatus fuit, invenerit ei bonos et salvos plegios qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsum Willelmum pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro nuntiis S. de malo Leone.—Mandatum est ballivis portus de Suht' quod permittant magistrum Ern' Bonpar et Petrum Josberti, nuntios S. de Malo Leone, habere unam nascellam in portu suo ad transfretandum in Britanniam ad comitem Britannie cum hominibus, equis et harnesio suo, ita quod a magistris illius nascelle bonam capiant securitatem quod nascella illa erit in portu suo ad mediam quadragesimam proximo instantem, parata ire in servicium regis quo preceperit. Teste ut supra.

Pro Galfrido Dispensatore.—Rex concessit Galfrido Dispensatore custodiam terre et heredum Johannis de Sancto Johanne usque ad etatem predictorum heredum. Et mandatum est majori et ballivis Oxonie quod de omnibus domibus et terris que fuerunt predicti Johannis in villa Oxonie, eidem Galfrido plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro W. comite Albemarl' de scutagio suo.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod habere faciat W. comiti Albem' scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua; scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu Bedef', et duas marcas pro exercitu de Kery, in quibus fuit cum rege per preceptum suum. Teste ut supra.

Pro Thoma de Berkel'.—Rex perdonavit Thome de Berkel' transgressionem quam dicitur fecisse in foresta de Den' de uno cervo quem in ea cepit, sicut ei imponebatur. Et mandatum est Johanni de Monem' quod ipsum Thomam pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro abbate de Abbendon'.—Rex perdonavit abbati de Abbendon' xx marcas que ab eo exiguntur ad Scaccarium de prestito facto de Coggeshal', monacho suo, eunti ad curiam Romanam tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis xx marcis ipsum abbatem quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Februarii.

Pro abbate de Abbodesbir'.—Mandatum est Jakelino vielatori quod sine dilatione reddat abbati de Abbodesbir' redditum iiij s. et vj d. quem idem abbas percipere debet de quodam mesuagio quod rex eidem Jakelino

1230.
[m. 16.] concessit, quamdiu ei placuerit, in Bridiport'; et quem redditum idem abbas percipere solebat de eodem mesuagio antequam illud ei concesserat, ut predictum est. Quod nisi fecerit, rex hoc a vicecomite Dors' fieri precepit. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Dors' quod justiciet ipsum Jakelinum ad hoc faciendum.

De deafforestatione quarumdam partium comitatus Glouc'.—Mandatum est Johanni de Monem' quod cartam regis quam fieri fecit de deafforestatione boscorum, villarum et terrarum que sunt inter boscum de Furchis prope Bristoll' et Huntenef', et inter aquam de Saverne et Rugweye super cilium montis de Sobir', sicut la Rugweye se extendit de Launtesdon' usque ad aquam de Arleleg', coram eo legi faciat; et predictos boscos, villas et terras secundum metas in predicta carta regis contentas, sic deafforestatas esse permittat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Rex perdonavit Henrico de Trublevill' x s̄. qui exiguntur ad Scaccarium de burgo de Braeles, quod idem Henricus tenet pro fuga; et unam marcam que exigitur ad Scaccarium pro eadem fuga de manerio de Braeles quod idem Henricus tenet; et x s̄. qui exiguntur ad Scaccarium de villata de Hunne, que est in manus ipsius Henrici; et xxxiiij đ. qui exiguntur ad Scaccarium de villa de Langaer' de communi misericordia comitatus, que est in manu ipsius Henrici; et c s̄. qui exiguntur ab eo ad Scaccarium pro escapio cujusdam latronis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis denariis ipsum Henricum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Anketillo Mallore.—Rex perdonavit Anketillo Mallore, qui habet in uxorem filiam et heredem Willelmi de Mulethorp', scutagium suum de feodo unius militis quod tenet de Andrea Luterel de feodo predicti Willelmi de Mulethorp' et idem Andreas de rege in capite; scilicet, de scuto tres marcas pro exercitu regis ad primum transfretationem suam post festum Sancti Michaelis anno etc. xiij. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod tam ipsum Anketillum quam ipsum Andream inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone de Gurnay.—Rex perdonavit Hugoni de Gurnay x marcas quas regi reddidisse debuit ad festum Sancti Hillarii anno etc. xiiij, de debito quod regi debet. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de ipsis x marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Rogero la Such'.—Rex perdonavit Rogero la Such' iij marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de quodam promisso facto coram justiciariis itinerantibus in comitatu Salopie pro habendo judicio. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

1230.

[m. 16.] *Pro hominibus de Carleton'.*—Rex perdonavit hominibus de Carleton' tallagium c s.,* quod ultimo assisum fuit super eosdem homines per preceptum regis. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de illis sex marcis predictos homines pacem habere permittat. Teste ut supra.

De navibus de Dunewic'.—Rex de xl navibus quas probi homines de Dunewic' regi invenire debuerunt pro omnibus navibus suis ad eundum in servicio regis ad instans passagium suum, remisit eis x naves; ita tamen quod xxx naves residue tam bene et tam sufficienter preparentur ad transfretandum cum rege, quod rex inde merito possit esse contentus et eosdem homines commendare. Teste ut supra.

De haya de Kingeshag' data B. de Insula.—Rex dedit et concessit B. de Insula haiam de Kingeshag' cum toto bosco qui regis fuit, et tota terra que regis fuit ejusdem haie, habendam et tenendam de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis, reddendo inde regi et heredibus suis singulis annis ad Scaccarium regis per manum suam dimidiam marcam pro omni servicio. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod cartam regis eidem B. inde factam, legi faciat in comitatu suo et de predicta haya plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus Oxonie.—Rex de quingentis marcis ad quas homines Oxonie precepto regis nuper talliati fuerunt per W. de Kirkeham et G. de Craucumbe, perdonavit eis ducentas marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis ducentis marcis ipsos quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro hominibus de parva Jernem' et de Ludeinge Land'.—Rex non vult quod homines de parva Jernem' et de Ludingeland' ad presens tallientur. Et mandatum est Godefrido de Craucumbe et Willelmo Hardel quod de tallagio ipsos quietos esse permittant. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Wyliton'.—Ostendit regi Radulfus de Wyliton' quod, occasione ballii cujusdam terre quod rex fecit Randulfo de Hurnl' quam ipse Radulfus prius tenuit de ballio regis; ipse Randulfus omnia catalla dicti Radulfi que in terra illa invenit, retinuit et ei reddere contradicit. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod omnia catalla ipsius Radulfi per prefatum Randulfum arestata, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Sancta Fretheswitha, Oxonie.—Rex intuitu Dei dedit et carta sua confirmavit priori et canonicis Sancte Fretheswithe, Oxonie, boscum de Gery infra metas subscriptas contentum; videlicet, boscum illum qui jacet inter Pansehal' versus orientem et Hermegrave versus occidentem, et boscum Johannis de Fresney versus austrum et boscum Leprosorum Hospitalis Sancti Bartholomei extra Oxoniam versus aquilonem; habendum et tenendum de rege et heredibus suis eisdem priori et canonicis et

* Corrected from "sex m̃."

1230.

[m. 16.] successoribus suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Concessit etiam rex eisdem priori et canonicis quod prefatus boscus inperpetuum quietus sit de vasto, et quod habeant et capiant sine inpedimento estoverium suum in eodem bosco. Et mandatum est B. de Insula quod de predicto bosco plenam eis saisinam habere faciat, et permittat quod boscus ille quietus sit de vasto, et quod estoverium suum in eo capere possint. Teste ut supra.

Pro abbate et canonicis de Osen'.—Rex concessit et carta sua confirmavit abbati et canonicis de Osen' donationem quam J. rex, pater ejus, eis fecit de medietate nemoris de Hildesdon'; scilicet, partem illam que se extendit inter rivum qui appellatur Hildesdonebroc et boscum de Acle, sicut carta predicti J. regis plenius testatur; et preterea concessit eis rex quod predicta medietas illius bosci quieta sit inperpetuum de vasto, et quod ipsi habeant et capiant sine inpedimento estoverium suum in eodem bosco et libere abducant, et quod quieti sint inperpetuum de chiminagio. Et mandatum est B. de Insula quod predictam cartam predicti J. regis et confirmationem domini regis eis inde factam eis firmiter teneri faciat, et predictam medietatem quietam esse de vasto permittat, et quod predicti canonici habeant et capiant estoverium suum in eodem bosco et libere abducant, et quod quieti sint de chiminagio, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quietantia cujusdam consuetudinis in Bristoll'.—Rex constabulario Bristoll'. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris probis hominibus Bristoll', quod ipsi et eorum heredes de consuetudine quatuor denariorum que per Robertum de Berkelay et Gerardum de Atya tempore domini J. regis, patris nostri, levata fuit, capienda de singulis brascinis cervisie ville Bristoll' ultra duos denarios quos constabularii Bristoll' antiquitus capere consueverunt de eisdem brascinis, de quibus nullam prisam tine cervisie ceperunt, in perpetuum sint quieti; ita quod de singulis brascinis cervisie predicte ville Bristoll' non capiantur de cetero nisi duo denarii, sicut antiquitus capi consueverunt per constabularium vel ballivos nostros; salva constabulario ejusdem castri racionabili prisa tine cervisie ejusdem ville, quam constabularii ejusdem castri antiquitus capere consueverunt, ad sustentationem ejusdem castri, reddendo de singulis tinis duos denarios. Et ideo tibi precipimus quod de predicta consuetudine quatuor denariorum predictos homines quietos decetero esse permittas; ita quod de singulis brascinis cervisie predicte ville non capiantur decetero nisi duo denarii sicut antiquitus inde capi consueverunt per constabularium vel ballivos nostros, et de singulis tinis cervisie ejusdem ville racionabilem prisam decetero capias ad sustentationem predicti castri, reddendo de qualibet tina duos denarios sicut constabularii ejusdem castri antiquitus prisam illam capere consueverunt, ad sustentationem ejusdem castri, sicut predictum est. Teste rege ipso apud Westmonasterium, viij die Februarii.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Rex intuitu Dei concessit venerabili patri J. Bathoniensi episcopo quod omnes terre sue et omnes homines sui

1230.

[m. 16.] proprii et successorum suorum sint liberi et quieti inperpetuum de espeltamentis canum et de bobus et denariis dandis pro canibus non expeltatis. Et mandatum est J. de Monem' quod cartam regis quam eidem episcopo inde fieri fecit, legi et firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilup'.—Rex concessit per cartam suam Willelmo de Cantilup' quod boscum suum de Stocwod' claudat et parcum inde faciat, et quod parcus remaneat sibi et heredibus suis in perpetuum, et quod parcus ille quietus sit de vasto et regardo et visu forestariorum, viridariorum et regartatorum et omnium ministrorum suorum, et quod inde disponant pro voluntate sua. Et mandatum est Johanni de Monem' quod hoc fieri permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Radulfo Harang'.—Rex concessit et carta sua confirmavit Radulfo Harang quod boscus de Westbir' quem Radulfus Harang, pater suus, clausit et inde parcum fecit de licentia W. Marescalli, comitis Penbr', tempore quo idem comes custos regis extitit et rector regni, parcus remaneat eidem Radulfo et heredibus suis inperpetuum, et quod parcus ille quietus sit de vasto et regardo et visu forestariorum, viridariorum, et omnium ministrorum suorum inperpetuum; et quod parcum illum dare possit et vendere et essartare et inde disponere pro voluntate sua. Et mandatum est B. de Insula quod predictum boscum claudi et parcum remanere eidem Radulfo et heredibus suis permittat, quietum de vasto et regardo et visu forestariorum, viridariorum et ministrorum suorum inperpetuum; et quod parcum illum dare possint et vendere et essartare, et inde disponere pro voluntate sua, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 15.] *Pro monachis de Luffeld'.*—Rex concessit per cartam suam priori et monachis de Luffeld' quod ipsi et successores sui habeant imperpetuum unam feriam apud domum suam de Luffeld' per tres dies; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Exaltacionis Sancte Crucis, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod etc. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Februarii.

Pro Johanne de Monemue de foresta de Trivel.—Rex concessit per cartam suam Johanni de Monem' totam forestam regis de Trivel cum omnibus pertinentiis pertinentiis (*sic*) suis, habendam et tenendam sibi et heredibus suis de rege et heredibus suis inperpetuum, reddendo per annum ad Scaccarium Sancti Michaelis unam marcam pro omni servicio. Concessit etiam rex eidem Johanni pro se et heredibus suis quod foresta illa quieta sit imperpetuum de vasto, regardo, et de visu regardatorum, forestariorum, viridariorum et omnium ministrorum suorum, et de omnibus rebus, placitis et occasionibus ad forestam et forestarios pertinentibus; et quod terra ejusdem foreste quieta sit inperpetuum de sectis sirarum et hundredorum et auxiliis vicecomitum, sicut plenius in carta verbo ad verbum. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod de predicta foresta cum pertinentiis eidem Johanni plenam saisinam habere, et libertates per cartam regis, quam inde habet, ei concessas de predicta foresta ei teneri faciat. Teste ut supra.

1230.

[m. 15.] *Pro Gileberto Mauduit.*—Rex Ricardo de Mutfichet' salutem. Sciatis quod concessimus et per cartam nostram confirmavimus Gileberto Mauduit pro nobis et heredibus nostris quod boscus suus de Terling', qui vocatur Milnehy, qui fuit infra forestam nostram antequam perambulacio fieret inter partes illas que deafforestande erant et illas que foresta deberent remanere, et per perambulacionem illam postea deafforestatus fuit et de quo per occasionem ejusdem perambulacionis parcum fecit, non obstante eo quod boscus ille per secundam perambulacionem quam iterato fieri fecimus redactus fuit in forestam, inperpetuum parcus remaneat eidem Gileberto et heredibus suis; et quod ipse et heredes sui de parco illo pro voluntate sua disponant. Et quod parcus ille quietus sit de vasto et regardo et de visu forestariorum, viridariorum, regardorum et omnium ministrorum suorum, sicut plenius in carta. Et ideo vobis mandamus quod boscum predictum parcum remanere inperpetuum et quietum esse de vasto, regardo etc. et quod ipse G. et heredes sui inde disponant pro voluntate sua, permittatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Petro comite Britannie.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod omnibus subscriptis tenentibus de honore de Richem' in balliva sua scire faciat quod decetero de servicio suo intendentes sint P. comiti Britannie; vedelicet, Thome de Moleton, de feodo j militis; Roberto de Turribus et participibus suis, de feodo trium militum; Willelmo de Welles, de tribus partibus feodi j militis; heredibus Radulfi de Mara, de feodo iij militum; heredibus Henrici Bertram de feodo dimidii militis; Johanni Marescallo, de quarta parte feodi j militis; Radulfo filio Stephani, de feodo dimidii militis; Radulfo de Trehampton', de feodo ij militum; Lisiardo de Monasteriis, de feodo j militis; et Jollano de Nevill', de feodo j militis. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Februarii.

Eodem modo scribitur—

Vicecomiti Norf', de servicio Roberti de Meisy qui tenet de honore predicto feoda v militum:

Vicecomiti Cantebrigie, de servicio Hamonis Peche qui tenet de honore illo feodum j militis; Warini de Saham de feodo j militis; Michaelis de Furnell de feodis vij militum in comitatu illo et in aliis comitatibus:

Vicecomiti Noting', de servicio Jollani de Nevill' qui tenet feodum j militis de honore illo.

Pro Willelmo Postoille.—Quia constat domino regi per inquisicionem factam quod due acre terre cum pertinentiis in Stebbenheth' que fuerunt Simonis filii Nicholai, qui fugit pro morte Hugonis Daniel, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod predictus Simon eos tenuit de Willelmo Postoille; mandatum est vicecomiti Midd' quod eidem Willelmo de predictis duabus acris terre cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Februarii

Pro Ricardo filio Philippi de Underheld'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod de terra que fuit Philippi de Underheld' in Chelesham, que capta fuit in manum regis eo quod dictum fuit ipsum interfecisse in

1230.

[m. 15.] dementia Moisem Marchant, Ricardo filio et heredi ipsius Philippi, talem saisinam habere faciat qualem ipse Philippus inde habuit die qua pro recto illo captus fuit et in prisona abbatis Sancti Edmundi positus, in qua prisona obiit; salva Alicie que fuit uxor predicti Philippi racionabili dote sua de terra predicta. Omnia etiam catalla que fuerunt ipsius Philippi predictis Alicie et Ricardo deliberari faciat. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xix die Februarii.

De tradendo in ballio.—Quia facta inquisicione per preceptum regis an Adam Wreh et Thomas la Sauser rettati essent de morte Michaelis filii Mathei odio et athia, an eo quod inde culpabiles essent, regi significavit vicecomes Wiltes' quod in nullo inde culpabiles sunt; mandatum est eidem vicecomiti quod si ipsi invenerint xij legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant ad standum inde recto coram justiciariis ad primam assisam etc.; tunc eos eisdem xij liberet in ballio, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxij die Februarii.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si Thomas le Brumme, rettatus de malo recto et pro quo se subtraxit in recessu justiciariorum ultimo itinerantium in comitatu suo, invenerit ei bonos et salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis ad primam assisam etc.; tunc ei pacem inde habere permittat usque ad adventum eorundem justiciariorum; et habeat ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro nave carcata rebus Ricardi de Gray.—Mandatum est ballivis portus de Sorham quod nascellam quandam in qua continentur equi et quedam alie res Ricardi de Gray, et quam arestaverunt in portu suo occasione precepti etc. de navibus arestandis, sine inpedimento abire permittant una cum hominibus, equis et harnesio ipsius Ricardi usque Barbefl'. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij die Februarii.

Pro Ricardo de Gray.—Mandatum est ballivis portus de Portesm' quod visis literis istis habere faciant Ricardo de Gray, quem rex mittit in servicium suum in partes transmarinas, unam bonam navem ad transfretandum in partes transmarinas. Teste ut supra.

Pro comite Britannie de scutagio.—Mandatum est vicecomiti Cantabrigie et Hunted' quod habere faciat P. comiti Britannie scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua; scilicet, de scuto iij marcas pro exercitu regis contra primam transfretationem regis post festum Sancti Michaelis anno etc. xiij. Si quid etiam receperit de predicto scutagio de quo non respondit ad Scaccarium regis, predicto comiti reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxv die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norf' et Suff', Essex' et Hertf', Linc', Noting'.

De denariis solvendis pro vinis.—Mandatum est constabulario Dovr' quod de duobus doliis vini que cepit de vinis Gualonis senescalli comitis Britannie de Nauntes, solvi faciat Bartholomeo et Philippo, hominibus

1230.

[m. 15.] ipsius Gualonis, presentium latoribus, denarios ei debitos, quia rex prisam eorundem vinorum apud Lond' cepit. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat priori et conventui Sancte Trinitatis Cantuarie ducenta fusta in bosco suo proprio de Danegrife, ad operationem refectorii sui Cantuarie. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat abbati Sancte Radegunde x fusta in bosco regis de Mereden de dono regis, ad maeremium faciendum ad operationem ecclesie sue. Teste ut supra.

Pro Willelmo Pauntulf'.—Rex perdonavit Willelmo Pauntulf' xxxix s̄. qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito ei facto in Hibernia tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro abbate de Gresteng.—Rex electioni facte de fratre Willelmo de Husseye in abbatem de Gresteng, regium adhibuit assensum et favorem, et ipse fidelitatem regi fecit. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod de omnibus terris que ad ipsam abbatiam pertinent in balliva sua, de quibus frater Rogerus, quondam abbas de Gresteng, predecessor ejus, fuit saisitus die quo obiit, ipsi abbati Willelmo plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norht', Norf' et Suff', Suhamt', Buk', Cantebrigie,* Wiltes', Dorset'.

Et mandatum est per literas patentes militibus et liberis hominibus et aliis tenentibus in Anglia de abbatia de Gresteng' quod in omnibus que ad dictam abbatiam pertinent, eidem abbati tanquam domino suo intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

De cuneo et cambio Sancti Edmundi.—Rex concessit R. abbati Sancti Edmundi et conventui ejusdem loci quod habeant cuneum et cambium suum apud villam Sancti Edmundi, sicut habere consueverunt antequam Hugo quondam abbas Sancti Edmundi, nunc Elyensis episcopus, et Ricardus nunc abbas Sancti Edmundi dicta cuneum et cambium regi concesserunt, habenda usque ad etatem regis. Et mandatum est Ricardo Renger quod ipsos abbatem et conventum super dictis cuneo et cambio in nullo vexent vel molestent. Teste ut supra.

Et hoc similiter significatum est dicto R. abbati et conventui Sancti Edmundi, ut hoc sciant. Teste ut supra.

De navibus permittendis abire per securitatem.—Mandatum est constabulario Dovr' quod duas naves illas de Abbevill', quarum unam Willelmus Fransard duxit et Wido Alcol aliam, quas arestavit in portu de Sandwic' occasione precepti quod rex ei fecit de navibus arestandis, in partes suas abire permittat; accepto prius sacramento ab ipsis Willelmo et Guidone quod erunt cum eisdem navibus apud Portesm' ad Floridum Pascha, parati ire in servicium regis cum corpore suo. Teste ut supra.

* Corrected from "Cornub'."

1230.

[m. 15.] *Pro abbate Sancte Marie Eboraci.*—Rex concessit abbati Sancte Marie Eboraci quod duo clausa sua, quorum unum est in Escrie et aliud in Naburn', remaneant quamdiu regi placuerit, ita quod fere intrare possint et exire. Et mandatum est B. de Insula quod clausa illa ita remanere permittat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

[Schedule.] H. Dei gracia etc. vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro S. de Segrave custodiam terre et heredum Radulfi de Bolebec, qui de nobis tenuit in capite per serjanciam foreste, cum maritagio earundem heredum. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris que fuerunt ejusdem Radulfi in baillia tua et de predictis heredibus, plenam ei saisinam habere facias. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxiiij die Februarii, anno regni nostri xiiij.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' pro eodem.

[m. 15.] *Pro comite Britannie de finibus factis cum rege pro fine passagii.*—Rex concessit P. comiti Britannie finem duarum marcarum quem Alanus de Money, qui tenet in capite de honore Britannie, fecit cum rege pro scutagio suo de tercia parte feodi j militis pro exercitu regis contra primam transfretationem suam, et quod quietus esset de passagio. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie, quod ipsas duas marcas eidem comiti habere, et si quid inde ceperit, ei sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' de fine subscriptorum qui finem fecerunt pro scutagio suo regi debito etc. et quod quieti essent de passagio illo; videlicet, iij marcis de Radulfo filio Radulfi qui tenet de honore Britannie medietatem unius militis; et x marcis de Hugone de Wigetoft qui tenet de eodem honore feoda duorum militum; et v marcis de Willelmo de Welle qui tenet de eodem honore tres partes unius feodi; et xx s. de Alexandro de Hybetoft qui tenet de eodem honore iiij partem feodi j militis. Et mandatum est vicecomiti etc.

Pro Radulfo filio Nicholai de manerio de Cosham.—Rex concessit et carta sua confirmavit Radulfo filio Nicholai totum manerium de Cosham cum Gatestert quod est menbrum ejusdem manerii, et cum bosco ejusdem manerii et omnibus aliis pertinentiis suis; habendum et tenendum eidem Radulfo et heredibus suis de rege et heredibus suis inperpetuum per servicium feodi unius militis, sicut plenius continetur in carta ei inde facta. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod ei inde sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De cuneo Cantuarie.—Rex commisit Willelmo scissori suo cuneum Cantuarie custodiendum quamdiu regi placuerit, quem Simon Chiche, qui mortuus est, habuit in custodia sua. Et mandatum est W. Carleolensi episcopo quod predictum cuneum ipsi Willelmo liberet, sicut predictum est. Teste ut supra.

1230.

[m. 15.] *Pro Willelmo de Fednes.*—Rex perdonavit Willelmo de Fednes xv marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito ei facto tempore J. regis in Wallia. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo Talebot.—Rex perdonavit Willelmo Talebot unam marcam que exigitur ad Scaccarium, unde amerciatus fuit coram Martino de Pateshull' et sociis suis justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Norf'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum de predicta marca quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Sancto Bartholomeo London'.—Rex, occasione tallagii quod concessit Huberto Hoes' capiendum in manerio de Hadfeld', non vult quod terra quam fratres hospitalis Sancti Bartholomei extra Lond' habent in eadem villa tallietur. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod de v solidis et sex denariis qui assidebantur super terram ipsorum fratrum de tallagio predicto, ut dicitur, ipsos quietos esse faciat; non distringens eos nec permittens quod per alium distringantur ad ipsos v s̄. et sex đ. reddendos. Teste ut supra.

Pro comite Britannie de soka de Gayton'.—Rex concessit P. comiti Britannie sokam de Geyton' cum pertinentiis, que est de feodo suo et quam Robertus de Lexinton' tenet de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem comiti de predicta soka cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat; salvis eidem Roberto rebus et catallis suis que habet in eadem soka, et arreragiis suis que ei debentur de hominibus ejusdem soke. Teste ut supra.

De securitate quod navis erit apud Portesm'.—Petrus Duiac et Petrus Monader manuceperunt et plegios invenerunt, videlicet, Gervasium camerarium Lond' et Petrum de Trie, quod navis quam Thomas filius Roberti de Dunewic' ducit carcatam vinis predictorum Petri Duiac et Petri Monader veniet cum eisdem vinis usque Sandwic' vel usque Lond', et quod navis illa erit apud Portesm' ad hoc instans Floridum Pascha parata ire in servicium regis quo preceperit. Et mandatum est Reginaldo de Valletorta et vicecomiti Cornubie quod predictam navem quam arestaverunt in portu de Helleford', libere et sine impedimento inde recedere permittant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et habent inde alias literas patentes directas omnibus ballivis portuum maris per quos transitum faciet predicta navis.

Pro Johanne de Gyse.—Quia rex non vult quod terra Johannis de Gise in Uplamburn' ad presens tallietur, mandatum est vicecomiti Berk' quod de tallagio quod assideri fecit super eandem terram occasione precepti etc. de dominicis talliandis, eidem Johanni pacem habere permittat et nullum tallagium inde capiat. Teste ut supra.

Pro Carleol'.—Rex dedit et carta sua confirmavit Deo et ecclesie Beate Marie Carleol' et W. Carleolensi episcopo manerium de Daleston'

1230.

[m. 15.] cum omnibus menbris suis et cum advocatione ecclesie et tota soka et boscis et omnibus aliis pertinentiis suis infra villam et extra, sine aliquo retenemento; habendum et tenendum eidem episcopo et successoribus suis de rege et heredibus suis in puram et perpetuam elemosinam, sicut plenius continetur in predicta carta regis ei inde facta. Et mandatum est vicecomiti Cumbrie quod secundum tenorem predicte carte eidem episcopo de predicto manerio cum omnibus pertinentiis suis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus et omnibus aliis de manerio illo cum pertinentiis, quod eidem episcopo et successoribus suis in omnibus que ad predictum manerium pertinent, intendentes sint et respondentes.

Et mandatum est B. de Insula, cui eodem modo scribitur de eodem manerio eidem episcopo concesso, omnino deafforestato quantum ad regem et heredes et ad forestarios suos et eorum ministros pertinent, tam de venatione quam de omnibus aliis que ad forestam et forestarios pertinent; quod de boscis illius manerii et omnibus aliis que ad forestam et forestarios pertinent, eidem episcopo sine dilatione plenam saisinam habere faciat, secundum tenorem predicte carte. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Thome de Muleton'.

De denariis recipiendis in castro Wintonie.—Mandatum est constabulario Wintonie quod mille et octingentas marcas quas Radulfus de Norwico et Georgius de Fubl' ei liberabuut de thesauro Hibernie, ab eis recipiat et in castro Wintonie salvo custodiat, una cum thesauro regis qui est ibidem in custodia sua, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Cantuariam, xiiij die Februarii.

[m. 14.] *Pro Ricardo de Gray.*—Rex perdonavit Ricardo de Gray omnia debita subscripta; videlicet, xiij marcas qui ab eo exiguntur pro Johanne de Humet, cujus filiam et heredem idem Ricardus duxit in uxorem; et lxvj marcas que ab eo exiguntur pro Henrico de Gray fratre suo, cujus heres ipse est; et xvj lī. et x s̄. quos ipse Ricardus regi debet de arreragiis compoti sui de tempore quo castrum Divisarum et foresta regis de Chipeham fuerunt in manu sua, de residuo l marcarum que ei liberate fuerunt ad manerium de Rudes instaurandum; que quidem debita exiguntur ab eo per summonicionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de omnibus predictis debitis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi de tallagio maneriorum de Meleburn' et de Hornecastr'.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod habere faciat episcopo Carleolensi racionabile auxilium de hominibus manerii de Meleburn' quod est in manu sua.

Consimiles literas habet idem episcopus directas vicecomiti Linc' de racionabili auxilio de hominibus manerii de Hornecastr'.

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, occasione tallagii quod rex assideri fecit super dominica regis, non talliet manerium de Wintereslawe quod Johannes filius Galfridi tenet de rege

1230.

[m. 14.] per servicium militare, quia tallagium inde captum non fuit ad opus J. regis vel domini regis, ut dicitur, postquam ipse J. rex dictum manerium dedit Galfrido filio Petri per predictum servicium. Teste ut supra.

Pro magistro Roberto de Shardelawe. — Mandatum est S. de Sedgrave quod post transfretationem regis ad partes transmarinas, provideat magistro R. de Shardelawe in wardis vel escaetis ad valentiam xl lī. ad maritandum unam de sororibus suis, sicut continetur in aliis literis patentibus quas rex ei inde fieri fecit. Teste ut supra.

Pro abbate Belli Loci.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod habere faciat abbati Belli Loci racionabile auxilium de hominibus suis de Farendon', quod fuit dominicum manerium regum Anglie. Teste ut supra.

Pro burgensibus Notingh'.—Rex una cum libertatibus quas burgenses de Noting' habent per cartam H. regis, avi etc. et domini J. regis etc. concessit eisdem burgensibus de dono regis quod capiant tronagium in villa de Noting' de mercandisis que consistunt in pondere, sicut capi consueverunt in aliis burgis et civitatibus per Angliam; et quod habeant coronatores ex se ipsis in eadem villa. Et mandatur vicecomiti Noting' quod cartam regis quam de predictis libertatibus eis fecit, in pleno comitatu suo legi, et ipsas libertates eis firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

De nave permittenda abire. — Mandatum est constabulario Bristoll' et Rogero Ailard' quod, non obstante precepto regis quod eis fecit de navibus arestandis contra transfretationem regis, navem illam in qua Radulfus de Norwico et Gregorius de la Fuble detulerunt thesaurum regis de Hibernia usque Bristoll', usque in Hiberniam redire permittant, ut justiciarius Hibernie in ea ad regem transfretare possit in Angliam, sicut rex ei mandavit, ad loquendum cum eo. Teste ut supra.

De securitate navis quod erit apud Portesm'.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod si Osbertus de Beling' invenerit ei sufficientem securitatem quod erit apud Portesm' ad Floridum Pascha cum navi sua, quam arestaverunt in portu suo, paratus ire in servicium regis; tunc ipsum cum navi sua abire permittant usque Gipeswic' ad reficiendum lesionem ejusdem navis. Teste ut supra.

De equis recipiendis et custodiendis. — Mandatum est Reymundo Colump et Willelmo fratri suo quod equos, quos Petrus Cueu de Sancto Antonino emet ad opus regis et eis liberabit ex parte regis custodiendos, ab ipso Petro recipiant et salvo custodiant, donec rex aliud ei significaverit. Teste rege apud Windles', secundo die Marcii.

Pro Ricardo de Gray.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Ricardo de Gray xvj libras et x s̄. de quibus remansit in debito versus nos in compoto quod reddidit ad Scaccarium nostrum de tempore quo habuit custodiam castri nostri Divisarum et foreste nostre de

1230.

[m. 14.] Chippeham et de Melkesham. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste rege apud Merleberg', v die Marcii.

De Judeis custodiendis in turri Lond'.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod Judeos subscriptos, quos rex ad eum mittit per Adam Costard' et Ratardum Donne, servientes vicecomitis Salopie, videlicet, Vivianum et Bellam uxorem ejus, Isaac et Annam uxorem ejus, et Agaviam Judeam et Aaron, rettatos de latrocinio panni et tonsura denariorum, recipiat et ipsos in turri London' salvo custodiat quousque Stephanus de Sedgrave venerit London', cui rex mandavit quod in primo adventu suo usque London' ipsos Judeos coram se venire faciat, et si ipsos inde culpabiles invenerit, de ipsis fieri faciat quod secundum consuetudinem Anglie fuerit faciendum. Teste rege apud Rading', iij die Marcii.

Et mandatum est ipsi Stephano quod in primo adventu suo Lond' loquelam illam audiat, et de illis quos inde culpabiles invenerit faciat judicium faciendum secundum legem et consuetudinem regni, non expectata super hoc presencia regis; et de aliis qui non sunt culpabiles, faciat quod viderit faciendum etc. Teste ut supra.

Pro Philippo de Albiny.—Rex perdonavit Philippo de Albiny quater xx et xv marcas quas debet regi pro plegio Bertram de Albiny, unde idem Philippus finem fecit cum rege per v marcas per annum reddendas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Hamsted', iiij die Marcii.

Pro hominibus Walingford'.—Rex de xx marcis quas homines de Waling' regi debent de tallagio nuper assiso super eos, perdonavit* eis v marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario etc. Teste ut supra.

De arestandis catallis de partibus transmarinis. — Mandatum est ballivis Suht' quod si alique res vel mercandise hominum regis Francorum de Arraz, vel de aliis villis suis dominicis, venerint in ballivam suam, arestent inde usque ad valenciam lx librarum, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Craucumbe.—Rex concessit Godefrido de Craucumb' totam terram illam in Petteneye et Wern' cum pertinentiis, quam prius habuit de ballio regis, habendam et tenendam de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis inperpetuum, faciendo inde regi et heredibus suis ipse et heredes sui servicium quarte partis feodi unius militis pro omni servicio, sicut plenius in carta continetur quam rex ei inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de predicta terra cum pertinentiis plenam ei saisinam sine dilatione habere faciat. Teste rege apud Merleberg', v die Marcii.

Rex concessit eidem Godefrido quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant liberam warennam in predicta terra de Petten' et Wern', sicut

* Repeated in MS.

1230.

[m. 14.] plenius continetur in predicta carta. Et mandatum est Johanni de Munem' quod eidem Godefrido warennam illam habere et eam teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De maeremio dato.—Mandatum est Thome de Birkin quod habere faciat fratribus minoribus de Noting' maeremium ad xx copulas in balliva sua, ad fabricam capelle sue de Notingh', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Mandatum est Stephano de Sedgrave quod in primo adventu suo usque London', scilicet, ad instantem mediam quadragesimam, Hugonem de Vivon' de toto lucro quod debebat quibuscumque Judeis de terra Anglie de debitis que eis debebat, quod quidem lucrum rex ei perdonavit antequam iter arripuit versus Exoniam, penitus quietum esse faciat, sicut rex alias ei injunxit, et de sorte racionabiles terminos ad ipsam reddendam eisdem ei habere faciat. Teste

Pro Philippo de Albiny.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod demandam quam fecit Philippo de Albiny pro expeditacione canum de manerio suo de Chiweton', ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De brennis datis.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod habere faciat W. comiti Marescallo x matrices brennas et x alias inmutatas brennas ad vivarium suum de Hamsted', de dono regis. Teste rege apud Merleberg', vj die Marcii.

Pro Johanne Marescallo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de omnibus debitis que Johannes Marescallus debet Judeis quicumque fuerint, tam de principali debito quam de usura, pacem ei habere faciat usque ad Pascha Floridum, anno etc. xiiij. Teste ut supra.

De maeremio dato.—Mandatum est Gileberto Basset quod in foresta de Melkesham faciat habere W. comiti Marescallo maeremium ad x copulas faciendas, de dono regis. Teste rege apud Lutegareshal', vij die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem Gileberto quod habere faciat Radulfo filio xxv quercus in foresta de Chipeham et xxv quercus in foresta de Melkesham, ad edificia sua facienda apud Corsham, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Radulfo filio Nicholai x quercus in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

De extensione terrarum Roberti de Guryz.—Rex Stephano de Sedgrave salutem. Satis memoriter tenetis, ut credimus, quod cum nuper preciperemus extensionem fieri de terris Roberti de Guviz de Deueliz et de Winterburn', que sunt in manibus Judeorum, quantum valeant per annum, audita extensione inde facta per vicecomitem Dors', vobis in-

1230.

[m. 14.] junximus quod diligenter laborassetis versus Judeos, quibus idem Robertus tenetur, ut facto inde fine competenti cum eisdem Judeis de debitis que eis debet, termini inde darentur ei racionabiles ad debita ipsa solvenda secundum extensionem inde factam. Et quia negotium istud prout volumus neque tunc fuit expeditum; vobis mandamus, rogantes quatinus in primo adventu vestro usque London', diligenter intendatis ad negotium predictum prout videritis expedire consummandum. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex dedit Radulfo filio Nicholai tallagium ultimo assisum super homines manerii de Corsham et de Gatestert, quod est menbrum ejusdem manerii, que idem Radulfus habet de dono et concessione regis. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod tallagium illud ei habere faciat. Teste rege apud Clarendon', viij die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumerset' pro G. de Craucumba de tallagio ultimo assiso super homines de Petten' et de Wern'.

Pro Johanne de Munem'.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Suht' quod habere faciant Johanni de Munem' unum dolium vini Wasconie de novis vinis regis que sunt in custodia sua, pro uno dolio vini Wasconie quod rex cepit de vinis suis apud Clarendon' ad opus suum. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod non distringat homines de Swell', tenentes de herede Hugonis Poinz qui est in custodia Radulfi filii Nicholai, ad dandum pro visu franciplegii plusquam dare consueverunt temporibus H. regis avi, R. regis avunculi et J. regis patris domini regis, usque ad tempus quo Radulfus Musard recepit custodiam comitatus Glouc'. Teste ut supra.

De robore dato.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat uxori Willelmi Talebot unum bonum et vetus robur in balliva sua ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Craneburn', ix die Marcii.

De quadam coga deliberanda per securitatem.—Mandatum est constabulario Dovr' quod cogam de Bruges que vocatur Burdernara, quam arestari fecit in portu de Sandwic' careatam avena burgensium de Bruges, cum ipsa avena permittat, accepta prius bona securitate et sufficiente quod eadem coga erit apud Portesm' ad instantem transfretationem regis, parata ire in servicium regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Rumely.—Mandatum est J. de Monem' quod demandam quam facit Willelmo de Rumely milite comitis Marescalli et hominibus suis de Stanbrig', pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad primum adventum regis usque Lond'. Teste ut supra.

Pro quibus bergensibus de Bruges.—Mandatum est ballivis de Winchel' quod vina Gerewini Bovin et Willelmi le Doien et sociorum suorum burgensium comitis Flandrie de Bruges, que sunt in diversis navibus de

1230.

[m. 14.] Baiona arestatis per preceptum regis apud Winchel', que quidem vina poterunt probare sua esse, sine dilatione eis deliberari faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis de Portesm' pro eisdem.

Pro Aumarico de Sancto Amando.—Rex perdonavit Aumarico de Sancto Amando xl s̄. ad quos amerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus in Hibernia pro exaltacione cujusdam stagni. Et mandatum est justiciario Hibernie quod ipsum de predictis xl s̄. quietum esse faciat. Teste ut supra.

Pro W. de Kirkeham de taillagio manerii de Neuport'.—Rex dedit W. de Kirkeham, decano Sancti Martini London', tallagium ultimo assisum super homines manerii de Neuport' in Essex', quod idem Walterus habet de ballio regis ad vitam suam. Dedit etiam eidem Waltero quatuor boves et quatuor avros inventos in eodem manerio tempore quo inde saisinam recepit, et bladum similiter ibidem inventum; de quibus regi respondere debuit ad Scaccarium suum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos homines de Neuport de predicto tailagio et predictum Walterum de predictis bobus et avris et blado, quietos esse faciant. Teste rege apud Sturministr', x die Marcii, anno etc. xiiij.

Pro Willelmo Lungesp'.—Quia rex providit de consilio suo quod Willelmus Lungesp' modis omnibus arma capiat et miles fiat ad instans Pascha, mandatum est E. comitisse Sarrisburie quod omnes terras quas tenet in manu sua de hereditate uxoris ipsius Willelmi, et similiter terram ipsius Willelmi de Aldiburn', quam rex ei dedit, et quam ipsa in manu sua tenet, eidem Willelmo sine dilatione et difficultate reddi faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Johanni Biset unum damum et v damas in Nova Foresta, de dono regis. Teste ut supra.

De runcinis emendis apud Stamford'.—Dominus rex mittit Anketillum* Malore ad nundinas Stamford' pro decem runcinis bonis et fortibus emendis, una cum Willelmo de Haverhull; et Willelmum scissorem domini regis ad carettas domini regis. Et mandatum est predictis Willelmo et Willelmo quod de denariis domini regis quos receperunt, eos acquietari faciant. Teste rege apud Fromton', xj die Marcii.

Mandatum est ballivis earundem nundinarum quod ad hoc eos sint auxiliantes. Teste ut supra.

De navi permittenda abire usque Portesm'.—Mandatum est Ricardo de Gray et Johanni de Grey quod navem de Baiona que vocatur navis Sancti Petri le Buere, quam arestari fecerunt apud Geres', carentam vinis et aliis mercandisis mercatorum de potestate comitis Flandrie, cum omnibus rebus in ipsa navi inventis abire permittant usque Portesm', accepta prius securitate sufficiente quod alibi quam usque Portesm' non divertet; et si

* This name has been substituted for "Willelmum."

1230.

[m. 14.] quid de vinis vel aliis catallis ipsorum mercatorum in dicta navi inventis ceperint, id eis sine dilatione restituant. Teste rege apud Porstok', xij die Marcii.

Pro Gileberto Basset.—Monstravit domino regi Gilebertus Basset quod cum unum mesuagium cum pertinentiis in Wilton' pertineat ad terram illam in Mereden' quam idem Gilebertus habet de ballio regis de terra Normannorum, vicecomes Wilt' saisinam de predicto mesuagio eidem Gileberto facere distulit eo quod villa de Wilt' est in manu R. comitis Cornubie. Et mandatum est ipsi vicecomiti quod, si ita est, tunc non obstante eo quod predicta villa de Wilt' est in manu ipsius comitis, eidem Gileberto de predicto mesuagio cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Philippo de Albiny.—Mandatum est Johanni de Monem' quod non exigat ab hominibus manerii de Preston', quod est in manu Philippi de Albiny, alias consuetudines quam facere consueverunt temporibus H. regis avi, R. regis avunculi et J. regis patris domini regis, usque ad guerram motam etc. Et si contingat aliquem hominem de eodem manerio incidere in misericordiam coram eo ad placita foreste; amerciamenta illa ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Neweham, xiij die Marcii.

De catallis deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod catalla et mercandisias Galfridi de Beverlaco, burgensis regis Scottie de Berewic', que sunt in quadam navi arestata apud Lenn' occasione precepti etc. de navibus arestandis, sine dilatione deliberari faciat; ita tamen quod navis illa sit apud Portesm' contra passagium regis per eandem securitatem quam inde ceperunt quod illuc veniet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Hereberto filio Mathei tres damas et unum damum in foresta de Blakemor' de dono regis, et x quercus in foresta regis de Cettr', de dono regis. Teste rege apud Huneton', xiiij die Marcii.

Pro Willelmo de Morlegh'.—Willelmus de Morlegh' habet literas directas vicecomiti Devonie quod tradatur in ballium xij liberis et legalibus hominibus qui eum manucapiant habere coram justiciariis apud Westmonasterium a die Pasche in xv dies, ad respondendum quare in pleno comitatu Devonie percussit Nicholaum de Ja servientem ejusdem comitatus, contra pacem regis. Teste rege apud Exoniam, xv die Marcii.

Pro Godefrido de Craucumba.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Godefrido de Craucumbe sex furcas in parco de Neuton ad quandam grangiam faciendam ad opus suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Huberto Hoes'.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in foresta regis de Graveling' faciat habere Huberto Hoese sex carettatas virgarum, de dono regis. Teste rege apud Huneton,' xiiij die Marcii.

1230.

[m. 14.] *De perdonatione unius marce.*—Rex ad instantiam Walteri de Burgo perdonavit Rogero de Halse unam marcam, que exigitur ab eo ad Scaccarium pro prestito eidem Rogero facto apud Berhamdon' tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Rogerum de predicta marca quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ipsum inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

De nave prioris de Ormesby.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod si navis prioris et monialium de Ormesby arestata apud Germunthorp' occasione precepti etc. de navibus arestandis, ferre non possit xvj equos, tunc navem ipsam deliberet et sine impedimento abire permittat quo voluerit. Teste ut supra.

De taillagio Bristoll'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod tallagium Bristoll' teneat in suspenso quousque rex in primo adventu suo usque London' super hoc cum consilio suo deliberaverit quid inde fuerit agendum, ut extunc rex eidem vicecomiti significet quid inde fieri debeat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Willelmo de Sancto Albano x bonas quercus in bosco de Hadfeld', de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore de Dunstapl'.—Rex vicecomiti Bedeford' salutem. Quia in provisione facta coram justiciariis nostris apud Westmonasterium inter priorem de Dunstapl' et burgenses suos ejusdem ville super quibusdam contentionibus inter eos ortis, statutum fuit inter cetera quod quotiens nos et heredes nostri talliaverimus burgos et dominica nostra, totiens talliabit idem prior et successores sui predictos burgenses de Dunstapl', ad quod iidem burgenses unanimiter consenserunt; tibi precipimus quod eidem priori facias habere racionabile tallagium de predictis burgensibus sicut de burgis et dominicis nostris tallagium competens ad opus nostrum capi fecimus. Teste me ipso apud Huneton', xvj die Marcii.

[m. 13.] *Pro Johanne de Baiocis.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod demandam quam facit Johanni de Baiocis de visu franciplegii, ponat in respectum usque ad Pascha anno etc. xiiij. Teste rege apud Sturminstr', xix die Marcii.

Pro Hugone de Vivon'.—Mandatum est Rogero la Suche quod habere faciat Hugoni de Vivon', eunti ad partes transmarinas in servicium regis, unam bonam navem ad transfretationem suam, et si forte talis navis non fuerit in partibus illis que sufficiat ad ipsum H. et harnesium suum transferendum, tunc simul cum navi predicta unam navellam ei ad hoc habere faciat. Ita tamen quod magistri et (*sic*) navelle jurent quod si aliquo modo possint, redibunt bona fide usque Portesm', ita quod erunt ibi ad transfretationem regis. Teste ut supra.

1230.

[m. 13.] *De nave deliberanda ad deferendum harnesium H. de Trublevill' ad eum.*—Mandatum est vicecomiti Sudsex' quod navem Hugonis Baldefar que vocatur Wanepain, arrestatam apud Shorham per preceptum regis, habere faciat hominibus Henrici de Trublevill' ad harnesium et warnisturam ipsius Henrici deferendam versus partes Wasconie ad ipsum Henricum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in foresta de Clarendon' faciat habere priorisse de Ambresbir' tres quercus ad faciendum stalla monialium de Ambresbir', ubi melius poterit ad minus nocumentum foreste, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xxij die Marcii.

De damis datis.—Mandatum est eidem quod habere faciat Luce de Drumar' duas damas et unum capreolum in balliva sua de dono regis contra instans Pascha. Teste ut supra.

Pro Luca de Drumar'.—Rex dedit Luce de Drumar' viij marcas ad quas ultimo taillati fuerunt homines manerii de Mere, quod idem Lucas habet de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod predictas viij marcas eidem Luce habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat fratibus minoribus Sarrisburie v quercus in balliva sua ad macremium in auxilium edificiorum suorum construendorum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Gillingham.—Rex tallagium xv li. quod nuper assisum fuit per preceptum regis super homines de Gillingham, perdonavit eis propter eorum paupertatem usque ad x li. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod tallagium illud amensurari faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De bresnis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat Johanni filio Philippi xiij matrices bresnas in vivario de Fekeham, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod faciat habere Willelmo Talebot in balliva sua xv fusta, ubi comodius et ad minus nocumentum foreste domini regis. Teste rege apud Assele, xxiiij die Marcii.

De navibus faciendis venire usque Portesm'.—Mandatum est ballivis S. de Malo Leone de Insula de Wiet' quod omnes naves que arestate sunt in balliva sua et que adhuc venture sunt ad partes illas, que quidem xvj equos vel plures ferre possunt, et similiter cogam quam arestari fecerunt cum vinis in ea contentis, usque Portesm' venire faciant. Teste rege apud Wintoniam, xxv die Marcii.

1230.

[m. 13.] *De damis datis.*—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Hugoni de Plesset' duas damas in foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Aumarico de Saucto Amando duas damas in Nova Foresta, de dono regis. Teste rege apud Chauton', xxvij die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat Reginaldo de Cunde duas quercus in balliva sua de dono regis, ad duos postes in una coquina faciendos. Teste ut supra.

Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Silvestro de Everdon' x bonas quercus in bosco de Hadfeld' de dono regis, in auxilium hospitandi se ad ecclesiam suam de Augr'. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Nicholao de Molis x quercus in Nova Foresta de dono regis, ad se hospitaudum apud terram suam de Welhopp'. Teste rege apud Geldef', xxviij die Marcii.

Mandatum est B. de Insula quod in parco de Brikestok' faciat habere Nicholao de Nevill' x bonas quercus de dono regis, ad se hospitandum. Teste ut supra.

De Guidone venatore misso ad capiendum capreolos.—Rex misit Willelmum Luvel venatorem suum ad currendum cum canibus suis in warenna P. Wintoniensis episcopi, ad capiendum vij vel viij capreolos ad opus regis contra instantem sollempnitatem Pasche. Et mandatum est ballivis ipsius episcopi quod ipsum admittant et ita fieri permittant, et sint ei in auxilio per leporarios eorum ad dictos capreolos capiendos, quia ipse est sine leporariis. Teste ut supra.

De quadam galia preparanda et munienda gente.—Mandatum est ballivis portus Portesm' et custodibus galiarum quod sub omni festinatione preparari faciant unam bonam galeam et eam muniri faciant bona gente et omnibus aliis necessariis, ita quod prompta sit et parata ad eundum in servicium regis quo et quando preceperit, et propter hoc ad eos miserit. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Philippi.—Rex perdonavit Johanni filio Philippi novem li. quas regi debet de arreragiis firme de Kenefar.' Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de predictis ix li. quietum esse faciant. Teste rege apud Keninton', xxx die Marcii.

Pro Emerico de Sacy de quodam buscardo.—Mandatum est ballivis de Portesm' quod habere faciant Emerico de Sacy* unum buscardum ad transfretandum in nuntium regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj die Marcii.

* Corrected from "Willelmo Talebot."

1230.

[m. 13.] *De duabus galiis liberandis Willelmo Talebot.*—Mandatum est custodibus galiarum regis de Portesm' quod duas galias regis, que sunt in custodia sua apud Portesm', liberari faciant Willelmo Talebot ad eundum in servicium regis quo preceperit. Teste ut supra.

De Thoma de Hemmegrave assignato ad faciendum naves venire usque Portesm'.—Rex assignavit Thomam de Hemmegrave ad faciendum naves atachiatas in comitatibus Norf' et Suff' venire absque mora usque Portesm' contra instans passagium regis ad instans clausum Pascha. Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod corpora omnium illorum qui cum navibus suis ad mandatum ipsius Thome usque Portesm' ire noluerint ad transfretandum cum rege in servicium suum, et quos idem Thomas eidem vicecomiti nominabit, omni occasione et dilatione postpositis, sicut se ipsum diligit, capiat et eos salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Lamh', ij die Aprilis.

De balistis liberandis W. Talebot et H. de Sancto Philcberto.—Mandatum est Galfrido de Lucy quod habere faciat Willelmo Talebot et Hugoni de Sancto Phileberto iiij balistas ad duos pedes et unum miliare quarellorum de quarellis regis, que sunt in custodia sua apud Porcestr'.* Teste ut supra.

Pro Ricardo de Harecurt.—Rex perdonavit Ricardo de Harecurt x marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito facto Johanni de Harecurt, fratri predicti Ricardi, cujus heres ipse est, tempore J. regis apud Roffam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum de predictis x marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Hugo Gule habet literas directas vicecomiti Dors' quod tradatur in ballium xij, etc. coram justiciariis itinerantibus ad standum recto de morte Nicholai Kikerell', unde Agnes Walensis, que fuit uxor ipsius Nicholai, eum appellat. Et mandatum est eidem vicecomiti quod tradat eum etc. et a prisona deliberet. Teste ut supra.

Pro Eustachio de Greinvill' et Thoma de Haya.—Rex relevium quod exigitur per summonicionem Scaccarii de Eustachio de Greinvill' et Thoma de Haya qui habent in uxores filias et heredes Roberti Arsic, de terris et tenementis que fuerunt ipsius Roberti, perdonavit eis usque ad xx marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro comite Warenn' de perdonatione.—Rex perdonavit W. comiti Warenn' mille et ducentas et quater xx et xix marcas, que exiguntur ab eo ad Scaccarium de pluribus prestitis predecessorum regis, regum Anglie, ei factis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum comitem inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

* Corrected from "Portesm'."

1230.

[m. 13.] *Pro Gwiberto de Rue.*—Rex perdonavit Guiberto de Rue tallagium dimidie marce quod nuper assisum fuit per preceptum regis super terram suam de Upton', quam habet de concessione regis. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de illa dimidia marca pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

De coga et nave deliberandis.—Mandatum est ballivis Winchel' quod unam cogam et unam navem, carcatas vinis Gualonis de Nauntes et arestatas apud Winchel', sine impedimento cum vinis illis deliberari faciant et permittat (*sic*) abire quo voluerit. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Trinitatis Kantuarie.—Rex justiciariis de Banco salutem. Mandamus vobis quod loquelam, que est coram vobis inter nos et priorem Sancte Trinitatis Cantuarie de villa de Wic', ponatis in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni xiiij. Teste ut supra.

Pro comite Britannie de finibus factis cum rege pro passagio ei concessis.—Rex concessit P. comiti Britannie finem xv marcarum quem Picot de Lacel' fecit cum rege pro passagio et scutagio suo de feodis duorum militum et dimidii que tenet in capite de honore Britannie; et id quod ad predictum comitem pertinet de fine xiij marcarum quem Oliva, que fuit uxor Rogeri de Monte Begonis, fecit cum rege pro eodem de feodis duorum militum et dimidii, unde eadem Oliva tenet de predicto comite in capite duo feoda militis et de rege feodum dimidii militis; ita quod quantum ad regem pertinet de predictis xiij marcis, racione feodi dimidii militis regi sit salvum. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem comiti finem xv marcarum quem predictus Picotus fecit cum rege, et quantum ad ipsum pertinet de fine xiij marcarum occasione feodorum duorum militum; ita quod salvum sit regi quod ad regem pertinet racione feodi dimidii militis, sicut predictum est; non obstante precepto regis prius ei facto de predictis finibus ad opus regis colligendis et ad Scaccarium regis pacandis, sine dilatione habere, et si quid inde receperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod distringat Isabellam comitissam Oxonie ad reddendum P. comiti Britannie scutagium suum de feodis septem militum que tenet de honore Britannie in capite; videlicet, de scuto iij marcas pro exercitu regis contra primam transfretationem suam, non obstante fine quem eadem comitissa fecit cum rege de feodis militum que de rege tenet in capite pro passagio et scutagio.

Pro Galfrido de Nevill'.—Rex concessit Galfrido de Nevill' quod propter infirmitatem suam qua graviter laborat, ad instans Clausum Pascha anno etc. xiiij cum rege non transfretet. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod pacem ei inde habere permittat et ipsum in nihilo inde vexet. Teste ut supra.

De tribus doliis vini datis.—Mandatum est Roberto de Aundely, custodi vinorum Portesm',* quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Portesm',* faciat habere Johanni de Monem[uth], J. Mar[escallo],

* Corrected from "[illegible]."

1230.

[m. 13.] et B. de Insula tria dolia vini; videlicet, singulis eorum unum dolium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Nevill'.—Quia Galfridus de Nevill' fuit apud Portesm' a die Sancti Michaelis in xv dies anno etc. xiij, promptus et paratus transfretare cum rege; concessit ei rex scutagium suum de feodis militum que tenet in capite de comite Britannie, cujus terre et feoda tunc fuerunt in manu regis. Et mandatum est ballivis P. comitis Britannie quod de scutagio illo pacem ei habere permittant et ipsum inde non vexent. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo de castro de Colecestr'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod habere faciat Johanni de Burgo, cui rex commisit castrum de Colecestr' custodiendum quamdiu regi placuerit, omnia pertinentia ad custodiam ejusdem castri; que quidem Willelmus de Launval' racione ejusdem custodie habuit quando castrum illud custodivit. Teste ut supra.

Pro Waltero de Burgo et aliis.—Walterus de Burgo et alii tenentes de soka de Gayton, quam Robertus de Lexinton' tenuit de ballio regis, per preceptum regis reddiderant ipsi Roberto scutagium suum pro exercitu regis contra primam transfretationem regis; ante quam rex ipsi comiti terras suas in Anglia reddidisset. Et mandatum est ballivis ipsius comitis quod ipsum Walterum et alios tenentes de soka predicta de scutagio predicto pacem habere permittat (*sic*). Teste ut supra.

De navibus deliberandis que ferre non possunt xvj equos.—Mandatum est Thome de Hemmegrave et vicecomiti Norf' quod omnes parvas naves tam piscaricias quam alias que xvj equos vel plures ferre non possunt, deliberari faciant, non obstante precepto regis quod fieri fecit de omnibus navibus que xvj equos et amplius ferre possunt, arestandis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Cardigan'.—Rex concessit hominibus de Cardigan quietantiam de theloneo, sicut plenius continetur in carta domini regis quam eis inde fieri fecit. Et mandatum est ballivis Bristoll' quod secundum tenorem ejusdem carte pacem eis inde habere permittant. Teste ut supra.

De manerio de Sloctres.—Rex commisit Thome Basset manerium de Sloctres ad se sustentandum in servicio suo quamdiu regi placuerit, salvis Willelmo de Putot catallis suis que habet et bladis suis que seminari fecit in eodem manerio. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicto manerio ipsi Thome plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', iiij die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario quod habere faciat Alicie de Nereford' xx quercus in bosco de Kingeswod' de dono regis, ad hospitale suum de Creic in Norf' hospitandum. Teste ut supra.

1230.

[m. 13.] *Pro comite Huntendon'.*—Rex vicecomiti Rotel' salutem. Monstravit nobis J. comes Hunted' quod, cum homines de comitatu tuo inciderent in misericordiam nostram coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu tuo pro falso judicio, tu ab hominibus suis in balliva tua exigis quandam summam peccunie occasione predicte misericordie, licet homines sui sicut asserit neque ad comitatum tuum neque ad hundreda sectam aliquam facere debeant, et averia ipsorum occasione predicta cepisti et capta detines. Et ideo tibi precipimus quod si ita sit, quod homines ipsius comitis ad comitatum et hundreda sectam facere non debeant, et per consequens in predicta misericordia participes esse non teneantur; tunc averia eorum occasione predicta capta et detenta deliberes, et peccuniam predictam super alios homines de comitatu tuo assideas, qui sectam predictam facere debent et solent. Et si forte fuerint aliqui de comitatu tuo libertatem non habentes, qui dixerint homines predicti comitis ad sectam predictam faciendam teneri, et super hoc inter eos oriatur contentio, si fecerint te securum de clamio suo prosequendo, tunc utrique parti diem prefigas coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die Pasche in unum mensem ut coram eis discutiatur utrum homines predicti comitis libertatem predictam habere debeant necne; et interim hominibus predictis super demanda predicta pacem habere permittas. Teste ut supra.

De nave deliberanda per securitatem.—Mandatum est vicecomiti Glouc' et Rogero Ailard' quod si Johannes Alsoley' de Dovr' invenerit ei bonos et sufficientes plegios quod ipse erit cum navi sua, quam arestaverunt apud Portesm', ad instantem transfretationem regis paratus ire in servicium regis; tunc ipsam navem predicto Johanni cum omnibus catallis suis sine dilatione deliberari faciant. Teste ut supra.

Pro priore et monachis de Lenton'.—Rex per cartam suam concessit priori et monachis de Lenton' quod ipsi et successores eorum inperpetuum habeant quatuor dies de incremento de concessione et dono nostro, quibus feria illorum de Lenton' duret, preter viij dies prius illis concessos a domino J. rege etc.; ita quod feria predicta que prius duravit per viij dies, de cetero duret per xij dies; et quod per predictos iiij dies quos rex eis concessit de incremento, habeant libertates et liberas consuetudines contentas et eis concessas in carta predicti J. regis etc., quam habent de predictis viij diebus. Duret autem predicta feria in vigilia et in die et in crastino Sancti Martini et per ix dies proximo sequentes. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et predictam feriam clamari faciat et teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', v die Aprilis.

Pro Emerico de Lacy.—Mandatum est Johanni de Munemuth', Johanni Marescallo et Bruno de Insula quod habere faciant Emerico de Lacy eunti in servicium domini regis unum bozardum ad transfretationem suam ad racionabile forum. Teste rege apud Rading', vj die Aprilis, anno regni ejusdem xiiij°.

1230.

[m. 13.] *Pro Magistro N. de Farnham.*—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod si Magister Nicholaus de Farnham non habuerit quatuor robora, de quibus rex ei mandavit quod ea ei haberi faceret de dono regis in bosco regis de Shotor', tunc loco dictorum quatuor roborum, quatuor quercus ibidem ad focum suum ei habere faciat. Teste rege apud Rading', vj die Aprilis.

Mandatum est custodibus vinorum suorum Suht' quod de vinis que ad opus regis arestaverunt apud Suht', habere faciant R. comiti Cornubie xv dolia vini ad denarios suos pro eodem foro quod de vinis ipsis emeritis ad opus nostrum. Teste ut supra.

Rex pro infirmitate Thome filii Willelmi defert ei ad presens quod cum eo non transfretabit. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ea occasione ipsum Thomam non distringat. Teste ut supra.

[m. 12.] *Pro Simone de Monte Forti.*—Rex Simoni de Monte Forti salutem. Noveritis quod Amaricus de Misternun, miles vester, quem ad nos pro negociis vestris misistis in Angliam, ea que fuerunt eidem a vobis injuncta diligenter nobis exposuit. Quibus intellectis, ut in servicio nostro stare velitis, tam in Anglia quam alibi, concessimus vobis quadringentas marcas annuas de Scaccario nostro, donec comitatum Leic' receperitis, secundum quod provisum fuit cum essetis ad nos in Anglia. Rogamus igitur vos quatinus dictum annuum censum quadringentarum marcarum recipere, et in servicio nostro stare velitis. Teste rege apud Rading', viij die Aprilis.

Pro magistro milicie Templi in Anglia.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod assisam nove disseisine quam magister milicie Templi araniavit coram justiciariis specialibus ad hoc assignatis versus Johannem Talebot, qui in proximo transfretaturus est cum rege, de tenemento in Geyneburg', ponat in respectum usque ad primum adventum justiciariorum regis in partes illas. Teste ut supra.

Pro civibus London'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod constat nobis quod duo milia marcarum que exigitis a civibus nostris London' de quodam tallagio assiso in civitate Lond' tempore domini J. regis, patris nostri, pacata fuerunt tempore ipsius patris nostri ad Scaccarium suum. Et ideo vobis mandamus quod eos de predictis duobus milibus marcarum quietos esse faciatis. Teste me ipso apud Rading', ix die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

De perdonatione decem marcarum.—Rex majori London' salutem. Scias quod pro Deo perdonavimus Matildi, que fuit uxor Ilgeri aurifabri de London', decem marcas quas ab eo (*sic*) exigis de tallagio nostro ultimo assiso in civitate nostra Lond'. Et ideo tibi precipimus quod pacem ei inde habere permittas, et namia sua que ea occasione cepisti et tenes, ei sine dilatione deliberari facias. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam de predictis x marcis quietam esse faciant. Teste rege.

1230.

[m. 12.] *Pro Stephano de Sedgrave.*—Rex concessit Stephano de Sedgrave pro homagio et servicio suo manerium suum de Tingden', cum advocacione ecclesie et tallagiis ejusdem manerii in dominicis, vilenagiis et serviciis liberorum hominum et omnibus aliis pertinentiis suis, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fieri fecit, habendum et tenendum eidem Stephano et heredibus suis de rege et heredibus suis inperpetuum; reddendo per annum firmam xxiiij li. pro omni servicio* et demanda ad idem manerium pertinente. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de predicto manerio cum pertinentiis eidem S. plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est.* Teste ut supra.

Eodem modo scribitur baronibus de Scaccario.

Pro Willelmo de Serlaund'.—Rex perdonavit Willelmo de Serlaud' tres marcas et dimidiam que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito Hibernie de tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis tribus marcis et dimidia ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Norht' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

De assisa facienda venire usque Lamh'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod assisam mortis antecessoris quam Rogerus de Walecot' et Alicia uxor ejus arainiaverunt coram justiciariis ad primam assisam etc. versus Egidium priorem de Merton', de xliiij acris terre cum pertinentiis in Micheham, venire faciat usque Lamh' a crastino clausi Pasche in xv dies coram W. de Lond', Roberto de Shardelawe et Ricardo Renger, quos rex ad hoc justiciarios suos constituit. Teste ut supra.

Pro Gervasio de Ernhal'.—Monstravit regi Gervasius de Arnhal' quod, cum fecisset finem cum rege pro xx s. pro habenda confirmatione regis de tribus bovatis terre et dimidia, et duobus toftis et una cultura cum pertinentiis in Ernhal', vicecomes Noting' ab eo exigit v marcas loco predictorum xx s. Et mandatum est vicecomiti illi quod accepta a eo securitate de predictis xx s., ad amplius ei reddendum ad opus regis ipsum non distringat. Teste ut supra.

Pro comitissa Oxonie.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Meminimus tibi alias dedisse in mandatis quod distringeres comitissam Oxonie ad reddendum ballivis comitis Britannie scutagium de feodis vij militum que tenet in capite de ipso comite Britannie, pro exercitu nostro contra primam transfretationem nostram. Et quia dicta comitissa nobis dedit intelligi quod ipsa dicta feoda tenet de ipso comite in comitatu Cantebrigie, et quod scutagium inde debitum reddidit vicecomiti Cantebrigie, qui inde nobis respondit ad Scaccarium nostrum; tibi precipimus quod pacem ei inde habere permittas usque in xv dies a clauso Pasche anno etc. xiiij, ut tunc audito ibidem utrum ita fuerit, quod justum fuerit inde fieri precipiamus, et dictus comes de precepto nostro scutagium suum vel ad

* These three words are repeated.

1230.

[m. 12.] Scaccarium nostrum vel alibi ubi facere debuerit, recuperet. Teste ut supra.

Pro abbate de parco de Creendon'.—Mandatum est B. de Insula quod permittat abbatem de parco de Creendon' habere duas carettas itinerantes in foresta regis de Bernewod' pro bosco ad focum suum, sicut de concessione J. regis, etc. habere consueverit tempore suo et etiam tempore domini regis, donec rex eidem B. commisit ballivam forestarie sue Anglie. Teste ut supra.

Pro monachis de Bordeslegh'.—Rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis abbati et monachis de Bordeslegh' quod ipsi et successores eorum inperpetuum habeant custodiam boscorum suorum de Holeweye, Tunneshal' et de Terdebig', qui sunt infra forestam regis de Fecham, et quod bosci illi quieti sint inperpetuum de vasto et regardo et de visu regardorum, salva regi et heredibus suis venatione sua; ita tamen quod predicti monachi aut successores eorum inperpetuum nichil de cetero essartare possint de boscis predictis sine licentia regis et speciali precepto suo vel heredum suorum; et quod omnia essarta sua essartata in boscis predictis tempore confectionis carte regis quam inde habent, quieta sint similiter de vasto et regardo et de visu regardorum. Et mandatum est Johanni de Monem' quod predictis abbati et monachis custodiam predictorum boscorum suorum habere faciat et boscos ipsos una cum essartis predictis quietos de vasto et regardo et de visu regardorum esse permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De tallagio Bristoll' non assidendo.—Rex, occasione taillagii quod nuper assideri precepit super burgos et dominica sua in comitatu Glouc', non vult quod ad presens super villam Bristoll' taillagium assideatur; eo quod, antequam mandatum a rege haberent Willelmus de Putot et Willelmus Ruffus de burgis et dominicis regis tailliandis, super villam ipsam fuit assisum tallagium. Et mandatum est ipsis Willelmo de Putot et Willelmo le Rus quod homines regis de Bristoll' de tallagio pacem habere permittant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Cunde.—Johannes de Cunde, qui se essoniavit de malo lecti in comitatu Kancie versus Nicholaum de Serlinges de placito terre quod est inter eos in eodem comitatu de licentia regis, surrexit a lecto suo ita quod rex dedit ei diem ad proximum comitatum Kancie quod tunc sit ibi prefato Nicholao inde responsurus. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod ipsum Johannem occasione essonii predicti nunc quia ita surrexit, non occasionet, quia rex illum inde warantizat. Teste ut supra.

Pro Johanne le Estrange.—Quia constat regi quod una virgata terre cum pertinentiis in Roda que sunt Burguinun et Christiane uxoris ejus, que fugit pro morte ipsius Bernardi viri sui quem interfecit, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod ipsi Bernardus et Christiana terram illam tenuerunt de Roberto de Sancto Johanne, qui habuit manerium de Roda de ballio regis, et quod rex commisit

1230.

[m. 12.] Johanni le Estrange quamdiu regi placuerit; mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de predicta terra ipsi Johanni le Estrange plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus tenentibus de comite Patricio.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod non distringat homines tenentes de comite Patrik' in balliva sua de terris quas ipse comes de rege tenet in capite, ad dandum regi tallagium occasione dominicorum que rex talliari fecit, aliter quam facere consueverit tempore H. regis avi, R. regis avunculi, et J. regis, patris domini regis, usque ad guerram motam etc. et si aliquid tallagium assederit super dictos homines contra formam predictam, illud relaxet, et similiter si quid nomine tallagii contra formam predictam ab eis ceperit, id eis sine dilatione plene reddi faciat. Teste ut supra.

Pro episcopo Cycestrensi de manerio de Writel'.—Rex concessit R. Cycestrensi episcopo, cancellario suo, pro se et heredibus suis quod ipse toto tempore vite sue habeat et teneat ad firmam manerium regis de Writel', cum custodia domorum regis et parci ejusdem manerii, et cum omnibus boscis ad idem manerium pertinentibus, et omnibus aliis pertinentiis suis, secundum quod plenius continentur in carta regis quam rex ei inde fieri fecit, reddendo inde per manum suam singulis annis quamdiu vixerit ad Scaccarium suum c li. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eidem episcopo de predicto manerio cum pertinentiis, sicut predictum est, et sicut plenius continetur, plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic inrotulari faciant.

Patens.—Et mandatum est militibus et liberis hominibus et aliis tenentibus de eodem manerio quod eidem episcopo quoad vixerit, in omnibus que ad predictum manerium pertinent, intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Craucumbe.—Rex per cartam suam concessit Godefrido de Craucumbe quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Craucumbe singulis septimanis per diem Lune, quod teneri solet ibidem per diem Veneris. Concessit etiam rex eidem G. quod habeat ibidem singulis annis unam feriam per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Omnium Sanctorum, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 11.] *Pro priore hospitalis Jerusalem'.*—Rex concessit et per cartam suam confirmavit fratri Roberto de Dive, priori hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia et fratribus ejusdem hospitalis, quod ipsi et successores sui inperpetuum libere et sine impedimento claudere possint boscum suum de Gingez in comitatu Essex', qui est infra forestam nostram, et essartare et excolere quantum, quando et ubi voluerint, et pro voluntate sua de bosco illo dare, vendere et capere et capi facere sine visu et omni

1230.

[m. 11.] contradictione forestariorum, viridariorum et regardatorum et omnium ministrorum suorum, sicut plenius continetur in carta quam rex ei inde fieri fecit, salva regi venatione sua. Et mandatum est B. de Insula quod secundum articulos in predicta carta contentos, predictos priorem et fratres de predicto bosco facere et sine impedimento disponere permittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ricardo de Muntfichet.

Pro hominibus de Andovr'.—Quia constat regi quod homines sui de Andovr' reddiderunt bone memorie W. Lungesp', quondam comitis Sarrisburie, per districtionem quam eis fecit dum manerium de Andovr' fuit in manu ipsius comitis tempore J. regis etc. quater xx et x lī. que per summonicionem Scaccarii exiguntur ab eisdem hominibus de arreragiis firme ejusdem manerii de Andovr' de pluribus annis de predicto tempore predicti patris etc., mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos de predictis quater xx et x lī. quietos inrotulari faciant. Teste rege apud Rading', x die Aprilis.

Et mandatum est vicecomiti Suht' quod ipsos inde pacem habere permittat et averia eorum ea occasione capta, sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

[Schedule.] Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod per cartam nostram concessimus venerabili patri R. Cicestrensi episcopo, cancellario nostro, quod toto tempore vite sue habeat et teneat manerium nostrum de Writel' de nobis et heredibus nostris ad firmam, cum boscis ad idem manerium pertinentibus, et cum domibus nostris et parco nostro ejusdem manerii, et cum omnibus aliis pertinentiis suis, respondendo inde nobis et heredibus nostris singulis annis per manum suam ad Scaccarium nostrum quamdiu vixerit de centum libris; videlicet, ad Scaccarium Pasche de xx libris et ad Scaccarium Sancti Michaelis de quaterviginti libris, pro omni servicio et demanda ad idem manerium pertinente. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste me ipso apud Rading', ix die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

[m. 11.] *Pro hospitali Sancti Johannis Oxonie.*—Mandatum est H. de Nevill' quod permittat magistrum hospitalis Sancti Johannis Oxonie habere duo summagia de spina et mortuo bosco in bosco regis de Sothor' singulis diebus, donec rex aliud ei inde mandaverit; sicut habere consuevit donec B. de Insula illud eis subtraxit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Reginaldo de Cunde de quadam assisa.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod assisam nove disseisine quam Reginaldus de Cunde aramiavit coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venirent, versus Willelmum de Colevill de tenemento in Ichehull, venire faciat coram Stephano de Sedgrave et sociis suis quos sibi duxerit associandos, die Martis proxima post clausum Pascha apud Wintoniam, et quod habeat ibi attachiamenta illius assise et hoc breve et aliud breve. Teste ipso rege apud Rading', vj die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

1230.

[m. 11.] *Contra priorem de Dunstapl'.*—Mandatum est vicecomiti Bedeford' quod occasione tallagii de quo rex ei precepit quod illud habere faceret priori de Dunstapl' de hominibus suis de Dunstapl', non permittat quod ipse talliet homines Willelmi Russel in eadem villa, nec homines tenentes de hominibus ipsius prioris. Teste ut supra. Per S. de Sedgrave.

De portu de Heth' aperiendo.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod in propria persona sua accedat ad portum de Heth', quod obstructus est ut dicitur per chatiam zabuli et terre, et portum illum aperiri et emendari faciat per homines villarum vicinarum qui portum illum consueverunt et debent aperire et emendare. Teste rege apud Rading', xij die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Cycestrensi episcopo etc. quod habere faciat Silvestro de Everdon' de dono regis x bonas quercus in bosco de Horsfrith', qui est in manu sua, in auxilium se hospitandi apud Angr'. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex'.

Pro Galfrido de Dunstanvill'.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod distringat milites et libere tenentes Galfridi de Dunstanvill', qui de eo tenent per servicium militare in capite in baillia sua, ad reddendum eidem Galfrido scutagium suum de feodis militum que de eo tenent in predicta baillia sua; videlicet, de scuto tres marcas pro exercitu domini regis contra primam transfretationem suam; de quo quidem scutagio in parte respondere debet W. Marescallo comiti Penbrok' et in parte Johanni de Breus', de quibus idem Galfridus tenet feoda predicta in capite; et predicti comes et Johannes de eodem scutagio respondere debent domino regi ad Scaccarium suum. Teste rege apud Rading', xij die Aprilis, anno regni ejusdem xiiij°.

Mandatum est eidem vicecomiti Norf' et Suff' quod distringat milites et libere tenentes ejusdem Galfridi de Dunstanvill', qui de eo tenent per servicium militare in baillia sua, et qui nondum reddiderunt ei scutagia sua pro exercitu regis de Byham et de Kery; videlicet, de scuto pro exercitu domini regis de Byham decem solidos, et de scuto pro exercitu regis de Kery duas marcas, ad reddendum eidem Galfrido quod restat ei reddendum de predictis scutagiis; de quibus scutagiis idem Galfridus in parte respondebit W. Marescallo, comiti Penbrok', et in parte Johanni de Breus', de quibus tenet feoda predicta in capite; et predicti comes et Johannes domino regi respondere debent ad Scaccarium suum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Millers,* constabulario Windles', quod habere faciat Philippo de Pyria x quercus in foresta de Windles' de dono regis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Iyingho.—Rex xxij l. quos Hugo le Fauconer regi reddere consuevit per annum ad Scaccarium suum pro terra sua quam de rege tenuit in Marewe, intuitu Dei concessit monialibus

* Corrected from "Co[illegible]."

1230.

[m. 11.] sancte Margarete de Ivigho in auxilium sustentationis sue, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod predictos xxij s̄. annuos eis habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De Roele.—Mandatum est ballivis de Roele quod de firma ville sue intendentes sint sorori domini regis, Johanne domine Norwallie, uxori L. principis Norwallie; sicut fuerunt antequam rex villam de Roel' ei concessisset, de rege tenendam ad firmam. Teste ut supra.

De tallagio de Rudes concesso Gileberto Basset.—Rex tallagium ultimo assisum super villam de Rudes, quod rex postea perdonavit usque ad l s̄. concessit Gileberto Basset ad sustentacionem castri Divis'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos homines de predicto tallagio quietos esse, et sic inrotulari faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod predictum tallagium l s̄. eidem Gileberto habere faciat. Teste ut supra.

Pro canonicis de Derlegh'.—Mandatum est Roberto de Tateshal', constabulario Boleshovr', quod cum dominus rex, intuitu Dei et pro salute anime sue, concesserit et carta sua confirmaverit abbati et canonicis de Derlegh' et successoribus suis inperpetuum unam bovatam terre cum pertinentiis que vocatur Brockel' in parrochia de Bolesovr', et quam magister Alanus de Bolesovr' aliquando tenuit de concessione domini J. regis ad vitam ipsius Alani, habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris sibi et successoribus suis in perpetuum in liberam et perpetuam elemosinam, reddendo inde singulis annis per manum vicecomitis Dereb' ad Scaccarium dimidiam marcam pro omni servicio, consuetudine et demanda, sicut plenius continetur in carta regis quam inde habent, ipsis abbati et canonicis de ipsa bovata terre cum pertinentiis sine dilatione plenam seisinam habere faciat, et terram ipsam secundum tenorem predicte carte ipsos in pace tenere permittat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao Parvo.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hybernie, quod quia Nicholaus Parvus per preceptum domini regis secum transfretavit in servicium suum, non permittat quod aliquis eum inplacitet quamdiu secum fuerit in servicio suo in partibus transmarinis, nisi tantummodo de assisa nove disseisine vel ultime presentationis vel de dote unde nichil habetur. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Johanne le Poher.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hybernie, quod quia dominus rex cepit homagium Johannis le Poher, filii et heredis Roberti le Poer, de terris quas ipse Robertus tenuit de rege in capite et que ipsum Johannem hereditarie contingunt, et quia idem Johannes finem fecit cum domino rege per viginti libras pro relevio suo, unde ad instanciam Reymundi de Burgo perdonate sunt ei decem libre, accepta ab eo securitate de residuis decem libris ad opus domini regis de omnibus terris que fuerunt predicti Roberti de quibus fuit seisitus die quo obiit, et que ipsum Johannem hereditarie contingunt, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1230.

[m. 11.] *Pro decano et capitulo Sarisburiensibus.*—Rex concessit per cartam suam decano et capitulo Sarisburiensibus libertates et quietantias prius eis a predecessoribus suis regibus Anglie concessas, quibus et rex quedam duxit addenda, sicut plenius patet per cartas et confirmaciones regis eis inde factas. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod predictas libertates et quietantias eis a rege concessas et predecessoribus suis, secundum tenorem earumdem cartarum et confirmacionum, in balliva sua firmiter faciat observari. Teste ut supra.

De cofris mittendis ad regem.—H. Dei gracia etc. venerabili patri in Christo W. eadem gracia Carleolensi episcopo, thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis quatinus per dilectum et fidelem nostrum Thomam de Muleton' ad nos usque Portesmue mitti faciatis octo cofras nostras, in quibus jocalia nostra sunt, et que cofre sunt in custodia vestra per preceptum nostrum. Teste me ipso apud Rading', xiij die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

De denariis mittendis ad regem usque Portesmue.—H. Dei gracia etc. W. thesaurario et camerariis suis salutem. Mandamus vobis quod omnes denarios qui sunt in custodia vestra in thesauro nostro, per dilectum et fidelem nostrum Thomam de Muleton' ad nos mittatis, et denarios omnes qui ad hunc terminum clausi Pasche anno regni nostri quartodecimo venturi sunt ad Scaccarium nostrum, quam cito poteritis sub salva custodia et salvo conductu ad nos usque Portesmue venire faciatis. Teste me ipso apud Rading', xiiij die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

De quodam regali faciendo ad opus regis.—Rex venerabili patri W. eadem gracia Carleolensi episcopo, thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis quod ad opus nostrum fieri faciatis quoddam regale de albo diaspre vel de albo panno de serico, cum corona, sceptro et virga de argento deauratis, et cum sandalibus et cyrotecis; et regale illud, cum factum fuerit, ad nos usque Portesm' cum festinacione sub salvo conductu mitti faciatis. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi de perdonatione j libre piperis.—Rex cartam suam concessit et quietum clamavit pro se et heredibus suis W. Carleolensi episcopo et successoribus suis in puram et perpetuam elemosinam redditum unius li. piperis, quem reddere consuevit per annum ad Scaccarium regis pro terra quam tenet de rege in Salkhull'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic irrotulari et fieri faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis W. Carleolensi episcopo.—Mandatum est constabulari Windles'* quod habere faciat W. Carleolensi episcopo, thesaurario nostro, xx quercus in foresta Windles' de dono regis. Teste ut supra

* Corrected from "Willelmo de Coigneres."

1230.

[m. 11.] *Pro hominibus Oxonie.*—Rex v marcas que exiguntur a probis hominibus Oxonie de amerciamento facto coram justiciariis de foresta, eo quod non comparuerunt coram eis primo die quo venerunt Oxoniam, eis perdonavit quia eodem die fuerunt coram Godefrido de Craucumba per preceptum regis ad quoddam tallagium assidendum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis v marcis eos quietos esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod pacem eis inde habere permittat. Teste ut supra.

De navibus faciendis venire usque Portesm'.—Mandatum est Philippo de Wutton' et Rogero de Beverlaco quod naves illas que sunt carcate coriis et bordo de navibus quas Willelmus de Putot et socii sui eis liberaverunt custodiendas, ire permittat (*sic*) usque Suhamt' ad discarcandum ibidem, accepta bona et sufficiente securitate quod festinanter discarcabunt et statim cum navibus suis ibunt usque Portesm'; ita tamen quod plumbum quod est in navibus illis ducatur usque Portesm' ad opus regis. Omnes autem naves alias carcatas vinis cum omnibus vinis illis et omnia vina in quibuscumque navibus fuerint, ire faciant usque Portesm' et ibi discarcari, ita quod parate sint ire in servicium regis. Vina autem Itherii Marcham et Willelmi de Porta de Sancto Johanne, que sunt in navi Stephani Aclard', discarcari et aliquo loco per se poni faciant ad opus regis apud Portesm'. Hec igitur ita diligenter et fideliter exequantur quod eorum fidelitas debeat commendari. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Houton'.—Rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis Willelmo de Houton' quod ipse libere et sine impedimento claudere possit boscum suum de Bonestowe et inde parcum facere, et quod boscum illum essartare, excolere, dare, vendere et pro voluntate sua inde disponere et facere possit; et quod boscus ille inperpetuum sit quietus de vasto et regardo et visu forestariorum et regardatorum et viridariorum et omnium ministrorum suorum. Et mandatum est B. de Insula quod ipsum dictum boscum claudere et in omnibus, ut predictum est, inde disponere sine omni impedimento permittat. Teste ut supra.

Pro priorissa de Merlaue.—Rex intuitu Dei concessit et carta sua confirmavit priorisse et sanctimoniabus (*sic*) de Merlawe duas acras terre cum pertinentiis in bosco de Benefeld' pertinente ad manerium suum de Cocham, in placia illa que vocatur Barghurst, ad bercariam quandam sive domos alias in acris illis construendas et levandas ad animalia et pecora sua in ipsis receptanda, cum pastura ad xx vaccas et unum taurum et trescentas oves et l porcos in eodem bosco de Benefeld', sicut carta regis quam inde habent plenius testatur. Et mandatum est Jordano forestario quod de predicta terra cum pertinentiis, cum pastura predicta, eis sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Philippo Tartcurteis.—Rex perdonavit Philippo Tartcurteis, servienti de camera sua, xl s̄. per quos finem fecit cum rege pro

1230.

[m. 11.] habendo eo quod ad regem pertinebat per unum annum et j diem de terra que fuit Thome de Cyrinton', suspensi pro malo recto, et qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Philippum quietum esse faciant. Teste rege apud Basingestok', xiiij die Aprilis.

Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Trublevill'.—Rex perdonavit Radulfo de Trublevill' x marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro debito Luce de Drumar', fratris predicti Radulfi, de prestito ei facto in Hibernia tempore J. regis, etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De liberationibus datis.—Rex, de tribus denariis quos Hawisia de Pauilly, mater Johannis de Pauilly, quondam clerici regis, consuevit in vita sua percipere per diem per manum vicecomitis Lond' de elemosina regis constituta, concessit Johanni de Tudel' tres obolos per diem et Rogero de Bosco tres obolos. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod utrique eorum predictos tres obolos habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus London' quod predictos tres obolos utrique illorum liberent, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Petro de Linc' falconario.—Rex commissit Petro de Linc', falconario, xxx solidatas redditus cum pertinentiis in Clipseby, quas Willelmus filius Galfridi quondam falconarius J. regis tenuit per ipsum J. regem, donec rex certus fuerit utrum redditum illum eidem Petro in feodo et hereditate concedere possit necne. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predictis xxx s̄. redditus cum pertinentiis eidem Petro plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 10.] *Pro Nicholao de Molis de maneriis de Karswell' et Depeden'*—Rex commisit Nicholao de Molis maneria de Karswell' et de Depeden' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod de predictis maneriis plenam ei saisinam habere faciat. Teste rege apud Basingstok', xiiij die Aprilis.

Pro hominibus de Wilton' et de Walingford'.—Rex, pro paupertate hominum de Wilton' et pro incommodis et dampnis que incurrunt et incurrerunt occasione libertatum quas rex aliis de terra sua concessit, eisdem hominibus concessit quod decetero regi non reddant nisi xxx lī. per annum de firma ville sue Wilton'. Commisit autem rex R. comiti Cornubie, fratri suo, villam suam Waling' custodiendam ad eum sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit; ita quod homines ejusdem ville ei reddant firmam xl librarum per annum. Et mandatum est eidem comiti Cornubie quod predictos homines Wilt' per firmam xxx lī. villam suam tenere permittat, sicut predictum est; nec ultra predictas xxx li. occasione firme ab eis amplius exigat.

1230.

[m. 10.] *Pro Thoma de Langel'.*—Rex Johanni de Munemue salutem. Satis nobis constat quod cum ballivam Thome de Langelegh', forestarii nostri, de feodo de foresta nostra Wuchewud' nuper in manum nostram capi fecissemus pro transgressionibus factis in predicta foresta nostra usque ad Purificacionem Beate Marie, anno regni nostri xiiij, idem Thomas pro gracia nostra et balliva sua rehabenda finem fecit nobiscum per c libras pro predictarum transgressionum satisfactione. Unde cum tunc indignatione nostra plene ei remissa voluissemus ei ballivam suam plene restitui, meminimus nos vobis dedisse in mandatis quod de balliva ipsa plenam ei faceretis habere seisinam. Vos autem nichilominus, de quo plurimum admiramur, ballivam ipsam in manu nostra contra formam mandati nostri retinentes, servientes quosdam auctoritate vestra loco ipsius Thome posuistis, qui de balliva ipsa nullam ipsum permittunt habere administrationem vel potestatem, sicut preceperamus. Quia igitur nolumus quod finis predictus quem idem Thomas nobiscum fecit, sicut prediximus, sibi inutilis sit et infructuosus; vobis mandamus quod amotis omnino servientibus vestris vices suas in foresta nostra gerentibus, ballivam suam plene et sine difficultate restituatis, balliva ipsa libere et sine impedimento ipsum uti permittentes, ne exigente injuria vestra debeat ad nos inde clamor pervenire. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro L. Dublinensi electo de manerio de Keneton'.—Rex commisit L. Dublinensi electo, quamdiu rex fuerit in partibus transmarinis, manerium suum de Keneton', simul cum bladis que sunt in terris ejusdem manerii, ad respondendum ad Scaccarium per manum suam de firma ejusdem manerii. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod de predicto manerio plenam saisinam eidem electo habere faciat, sicut predictum est. Blada etiam regis que sunt in grangiis suis ibidem per probos et legales homines appreciata, ei per racionabile precium dimittat. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Warneford'.—Rex perdonavit hac vice Ricardo de Warneford' duas marcas que ab eo exiguntur de tallagio ultimo assiso per vicecomitem Suhampt' in dominicis regis per ballivam suam. Et mandatum est eidem vicecomiti quod de predictis ij marcis ei pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Bloet de quietantia assise.—Rex concessit Willelmo Bluet quod quamdiu fuerit de familia sua non ponatur in assisis vel juratis. Et mandatum est vicecomiti Glovernie quod quamdiu dictus W. fuerit de familia regis, sicut predictum est, ipsum de assisis et juratis quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro abbate de Wyteby. — Rex concessit et carta sua confirmavit abbati et monachis de Witebi libertates quasdam contentas in carta H. regis, avi sui, sicut libertatibus illis hucusque usi sunt. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod secundum tenorem predicte carte quam etiam rex duxit confirmandam, predictos abbatem et monachos predictis libertatibus, quibus hucusque usi sunt, sine impedimento uti permittat. Teste ut supra.

1230.

[m. 10.] *Pro Walerando Teuton'.*—Mandatum est R. Cycestrensi episcopo etc. et S. de Sedgrave quod de prima escaeta que regi accidet postquam rex transfretaverit, provideat (*sic*) Walerando Teuton' usque ad summam xx vel xxx lī. Teste rege apud Wintoniam, xv die Aprilis.

Pro Hugone de Nevill'.—Rex B. de Insula etc. salutem. Pervenit ad nos ex parte dilecti et fidelis nostri Hugonis de Nevill' graviter conquerentis quod vos, occasione quarumdam transgressionum quas nuper factas invenistis, ut dicitur, in foresta nostra de partibus Huntend', auctoritate vestra propria ballivos ipsius de foresta predicta, cujus custodia ad ipsum Hugonem de voluntate nostra pertinere dinoscitur, amovistis et ipsum de balliva sua nobis inconsultis dissaisivistis, licet per vos ipsos talia erga ipsum fidelem nostrum nulla racione facere debuissetis; cum etsi per se ipsum vel per ballivos suos in predicta foresta nostra aliquid transgressus fuerit propter quod ad tempus ballivam suam demeruerit, ad nos ipsos specialiter pertineat transgressionem ipsius emendare. Et ideo vobis mandamus quod amotis omnibus servientibus et ballivis vestris, si quos in balliva ipsius posuistis, ipsi H. ballivam suam sine difficultate plene restituatis. Teste me ipso apud Basingestok', xiiij die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

Pro Reginaldo de Cunde.—Mandatum est justiciariis de Banco quod assisam de morte antecessoris quam Willelmus de Colevill' aramiavit coram justiciariis itinerantibus in comitatu Sussex' versus Reginaldum de Cunde de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Dicheling', et que postea posita fuit coram eis, ponant in respectum, quamdiu predictus Reginaldus fuerit cum Nicholao de Molis in servicio suo in partibus transmarinis. Teste rege apud Wintoniam, xv die Aprilis. Per S. de Sedgrave.

Pro Matheo de Haversegh' et Willelmo filio Willelmi.—Quia per inquisiciones quas rex fieri fecit, constat regi quod v s̄. redditus cum pertinentiis, que fuerunt Ricardi Brian' in Noting' qui fugit pro morte hominis, extiterunt in manu regis per unum annum et j diem, et quod ipse redditum illum tenuit de Matheo de Haversech', et quod idem Ricardus tenuit in eadem villa duo mesuagia de hereditate Willelmi filii Willelmi filii Maynard' in custodia ipsius Ricardi Brian' existentis, et unam acram terre cum pertinentiis in eadem villa de maritagio Alicie uxoris ipsius Ricardi; mandatum est vicecomiti Noting' quod de predictis v s̄. redditus cum pertinentiis predicto Matheo, et de predictis duobus mesuagiis cum pertinentiis ipsi Willelmo filio Willelmi, et de predicta acra terre cum pertinentiis ipsi Alicie plenam saisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro Alano de Lindon'.—Monstravit regi Alanus de Lindon' cum finem fecisset cum rege per x marcas pro habenda licentia regis quod possit claudere boscum suum que vocatur La Lunde de Eston' et parcum inde facere, barones de Scaccario per errorem scriptoris qui in extractis regis eis missis de cancellaria bis scripsit predictas x marcas, exigunt ab eo xx marcas per summonitionem Scaccarii occasione predicta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod solutis predictis x marcis per quas

1230.

[m. 10.] finem fecit pro predicto bosco claudendo, sicut predictum est, de aliis x marcis quas ab eo exigunt pro predicto bosco claudendo et essartando, ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vallibus.—Rex justiciariis de Banco salutem. Mandamus vobis quod loquelam que summonita est coram vobis inter Elam comitissam Sarisburie petentem, et Hugonem de Vallibus deforciantem, de decem libratis redditus cum pertinentiis in Kenstaneston', ponatis in respectum, quamdiu predictus Hugo fuerit cum Johanne de Burgo in servicio nostro in partibus transmarinis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro magistro Stephano de Lucy.—Rex perdonavit magistro Stephano de Lucy xx s̄. qui assisi fuerunt super eum in ultimo tallagio suo quod fieri fecit in dominicis suis, occasione terre quam tenet in Seleburn', que est de dominico regis. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod de predictis xx s̄. pacem ei habere permittat. Teste rege apud Wintoniam, xvj die Aprilis.

Pro abbate de Seleby.—Rex concessit abbati de Seleby quasdam concessiones, donationes et libertates eis a predecessoribus regis concessas et confirmatas, sicut predictis concessionibus, donationibus et libertatibus hactenus usi sunt. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod confirmationem domini regis ei inde factam in pleno comitatu suo legi faciat, et dictis libertatibus ipsos uti permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norht', Linc', Eboraci.

De blado emendo ad opus regis.—Mandatum est ballivis Suht' quod statim visis literis istis emi faciant in partibus suis c quarteria boni frumenti ad opus regis et ea cum festinatione, sicut regem diligunt, usque Portesmue cariari faciant; et custum quod in emptione et cariagio eorum ponent, et regi scire facient, rex eis solvi faciet. Teste rege apud Portesmue, xvij die Aprilis.

Pro Willelmo de Abrincis.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Willelmum de Aubervill', Willelmum de Ceriton', Willelmum Malemeins, Daniel de Havekell', Robertum de Eincsbroc', Henricum de Evervik', et Thomam de Ankam, et Willelmum de Fleg, et Willelmum de Abrincis, de averiis ipsorum captis per predictum Willelmum de Abrincis, ponat in respectum donec idem Willelmus de Abrincis redierit de partibus transmarinis, ad quas profectus est cum rege in servicium suum. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est Ricardo de Gray, in fide qua regi tenetur, quod navem Ernaldi Senz bone, civis Burdel', in qua fuerunt vina quorumdam mercatorum de Brug' et quam arestavit, ei sine dilatione deliberari faciat; et reddat eidem frectum navis ejusdem et xxxv lī. Turonensium sicut spopondit se esse facturum, ut asserit, quas dicti mercatores super vina predicta ei debebant, ut dicit. Octo etiam dolia vini que habuit in eadem navi, ut dicit, si probare possit sua esse, ei

1230.

[m. 10.] similiter sine dilatione reddi faciat, ne querela iterata ad regem debeat inde pervenire. Teste ut supra.

Pro episcopo Coventrensi et Lichefeldensi.—Rex confirmavit A. Coventrensi et Lichefeldensi episcopo libertates suas quas rex Ricardus, avunculus ipsius regis, dedit predecessoribus ipsius episcopi per cartam suam. Et mandatum est vicecomiti Staff' et Salopie quod confirmationem domini regis ei inde factam in pleno comitatu suo legi faciat, et dictis libertatibus ipsum uti permittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Warewic' et Noting' et Johanni Monemue.

Rex reddidit A. Coventrensi et Lichef' episcopo maneria de Cannok' et de Rugel', que rex Ricardus, avunculus domini regis, dedit Hugoni de Nonant, quondam Coventrensi episcopo. Et mandatum est vicecomiti Staff' quod de predictis maneriis ipsi episcopo plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

De vinis cariandis ad dominum regem.—Mandatum est custodibus vinorum suorum Suhamt' quod omnia vina domini regis que sunt in custodia sua, tam de empto quam de prisa, liberent baillivis Suhamt' carianda ad dominum regem usque Portesmue. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Windles'* quod in foresta regis de Windles' faciat habere magistro Willelmo de Glouc' tres bonas quercus ad buscam faciendam ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

De quodam coffino mittendo ad regem.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod visis literis istis cum summa festinatione mittat ad regem sub salva custodia coffinum de sap[ino] qui est sub duobus parvis sigillis, in quo sunt cuppe et bacini regis, qui commissus fuit eidem episcopo cum ceteris viij coffinis parvis quos misit ad regem. Teste rege apud Portesmue, xix die Aprilis.

Pro Thurstano Dispensatore.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est in curia regis coram eis apud Westmonasterium, inter Radulfum de Mortuo Mari, petentem, et Thurstanum Dispensatorem, tenentem, de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Stanleg', ponant in respectum quamdiu ipse Thurstanus fuerit cum rege in partibus transmarinis in servicio regis. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandum quatuor librarum †

Pro Johanne de Faye.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per preceptum regis inter abbatem de Begeham, petentem, et Johannem de Fay, tenentem, de terra in Bromlegh', qui de rege tenet in capite et profecturus est cum rege ad partes trans-

* Corrected from "Willelmo de Colgneres." † Cancelled.

1230.

[m. 10.] marinas, ponant in respectum quousque rex de partibus illis redierit; nisi loquela illa sit de assisa nove dissaisine vel ultime presentacionis vel de dote unde mulier que petit nihil habet. Teste rege ut supra.

Pro Rogero de Clifford'.—Rex concessit Rogero de Clifford' quod terram illam quam predecessores Godefridi de Escudemor' consueverunt tenere de predecessoribus Sibille, uxoris ipsius Rogeri, donec ipsi predecessores dicti Godefridi per voluntatem suam fecerunt inde homagium predecessoribus regis regibus Anglie, decetero teneant ipse Godefridus et heredes sui de dicto Rogero et Sibilla et heredibus ejusdem Sibille. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ita inrotulari et fieri et de arreragiis, que a dicto Godefrido exigunt de servicio terre predicte, ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Craucumbe.—Rex per cartam suam concessit Godefrido de Craucumba totam terram illam in Petten' et in Wern' cum omnibus pertinentiis suis quam prius habuit de ballio regis, habendam et tenendam eidem Godefrido et heredibus suis de rege et heredibus suis. Dedit etiam et concessit eidem Godefrido *unam virgatam terre in Langeport quam Eustachius de Langeport tenuit de rege per x s̄. annuatim reddendos, et similiter ipsum Eustachium cum tota sequela sua* et redditum xvj đ. quem Willelmus de Langeport regi reddere consuevit per annum de terra sua in eadem villa, et redditum vj đ. quem Edmerus de Langeport regi reddere consuevit per (*sic*) terra sua in Langeport, habenda et tenenda de rege et heredibus suis eidem G. et heredibus suis, faciendo tam pro predicta terra quam pro redditibus illis servicium quarte partis feodi j militis pro omni servicio. Concessit etiam rex eidem G. quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant liberam warennam in predicta terra, secundum quod plenius continetur in predicta carta regis ei inde facta. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod predictam cartam regis in pleno comitatu suo legi, et tam de predicta terra quam de redditibus illis eidem G. plenam saisinam habere et predictam warennam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Hibernia. Pro comite Marescallo.—Rex perdonavit W. Marescallo comiti Penbr', quater xx lī. quo ab eo exiguntur ad Scaccarium regis Dublin' pro relevio suo. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod ipsum comitem de quater xx lī. illis quietum esse faciat. Teste ut supra.

Pro episcopo Cycestrensi, cancellario domini regis.—Rex perdonavit R. Cycestrensi episcopo, cancellario suo, c marcas quas regi debet de fine cum eo facto pro brulliis Cycestr' habendis. Perdonavit etiam eidem episcopo trescentas marcas quas regi debet de fine facto cum rege ab eodem episcopo pro custodia terre et heredum Rogeri de Thorpel', habenda cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum episcopum de predictis quadringentis marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Portesmue, xviij die Aprilis.

* The words between asterisks are substituted for "redditum x s̄. quem Eustachius de Langeport' regi reddere consuevit per annum de una virgata terre in Langeport."

1230.

[m. 10.] *Pro comite de Ferrariis.*—Rex vicecomiti Berk'. Scias quod concessimus pro nobis et heredibus nostris dilecto et fideli nostro W de Ferrariis, comiti de Dereby, quod ipse et homines sui de Staunford' in comitatu tuo sint quieti in perpetuum de sectis comitatuum et hundredorum, quantum ad comitatus et hundreda de comitatu tuo. Concessimus etiam pro nobis et heredibus nostris quod idem comes et heredes sui in perpetuum habeant ibidem unum mercatum singulis septimanis per diem Jovis,* et quod habeant similiter ibidem unam feriam singulis annis duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Dionisii, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et ideo tibi precipimus quod predictum comitem et homines suos de Staunford' libertatem predictam, quod quieti sint de sectis comitatuum et hundredorum quantum ad comitatus et hundreda de comitatu tuo, secundum tenorem carte nostre quam eis inde fieri fecimus, habere permittas, et predictum mercatum et predictam feriam per totam ballivam tuam clamari et eidem comiti firmiter teneri facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Portesmue, xix die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

[m. 9.] *Pro Waltero de Bello Campo.*—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis apud Westmonasterium inter Thurstanum le Despenser et Walterum de Bello Campo de eo quod ipse Walterus eum acquietet de servicio quod abbas de Winchecumbe ab eo exigit de libero tenemento quod de ipso Waltero tenet in Bradenestan', ponant in respectum quamdiu idem Walterus, qui est transfretaturus cum rege, fuerit in partibus transmarinis in servicio regis. Teste rege apud Portesmue, xx die Aprilis.

Pro Waltero de Godarvill'.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod loquela que est in comitatu suo per breve de recto inter Thomam de Hinton', petentem, et Walterum de Godarvill', tenentem, de j virgata terre in Petrichesham, ponat in respectum donec idem Walterus redierit de partibus transmarinis ad quas profectus est cum rege per preceptum suum. Teste ut supra.

Pro Petro de Maulay.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis apud Westmonasterium inter abbatem de Begeham, petentem, et Johannem de Faye, tenentem, de l s̄. redditus in Thurneham, unde idem Johannes traxit ad warantiam Petrum de Maulay et Isabellam uxorem ejus, ponant in respectum quamdiu idem Petrus, qui profectus est cum rege ad partes transmarinas, fuerit in partibus transmarinis in servicio regis.

Mandatum est eisdem justiciariis quod loquelam que est coram eis inter R. Dunholmensem episcopum, petentem, et Petrum de Maulay et Isabellam uxorem ejus, tenentes, de manerio de Clif cum pertinentiis, ponant in respectum, quousque idem Petrus redierit de partibus transmarinis ad quas cum rege profectus est. Teste ut supra.

* Corrected from "Mercurii."

1230.

[m. 9.] *Pro comite Cornubie.*—Rex vicecomiti Suff' salutem. Quia dilectus frater noster R. comes Cornubie in servicium nostrum nobiscum ad partes transmarinas transfretaturus est; tibi precipimus quod de militibus et liberis hominibus tenentibus de honore de Eya, qui est in manu ipsius comitis, per preceptum nostrum racionabile auxilium ei habere facias ad se sustentandum in servicio nostro. Teste me ipso apud Portesmue, xix die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

Pro episcopo Carleolensi. — Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod per cartam nostram concessimus venerabili patri W. Karleolensi episcopo quod ipse et heredes sui habeant in perpetuum unam feriam apud manerium suum de Hornecastr' singulis annis, que incipiat per duos dies ante* vigiliam Sancti Barnabe Apostoli et duret per viij dies, preter feriam illam quam habent in eodem manerio singulis annis ad festum Sancti Laurencii, nisi predicta feria sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et ideo tibi precipimus quod predictam feriam clamari facias et teneri, sicut predictum est. Teste me ipso apud Portesmue, xx die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

Rex eidem vicecomiti salutem. Scias quod per cartam nostram concessimus venerabili patri W. Karleolensi episcopo quod ipse et heredes sui habeant in perpetuum liberam warennam in manerio suo et soka de Hornecastr'. Et ideo tibi precipimus quod secundum tenorem predicte carte nostre warennam predictam clamari facias et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Dereb' salutem. Scias quod per cartam nostram concessimus venerabili patri W. Karleolensi episcopo quod ipse habeat unam feriam apud manerium nostrum de Meleburn' singulis annis, que incipiat in vigilia nativitatis Beate Marie, duratura per quinque dies; quod quidem manerium concessimus eidem episcopo habendum tota vita sua per antiquam firmam; et quod habeat ibidem unum mercatum singulis septimanis per diem Mercurii †et unam liberam warennam in eodem manerio†. Et ideo tibi precipimus quod predictum mercatum et predictam feriam et predictam warennam clamari facias et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra de feria de Hornecastr'.

Pro abbate de Abbendon'.—Rex concessit et carta sua confirmavit abbati et monachis de Abbendon' quod ipsi xxvj acras et dimidiam unde regi dederunt vestituram ad rogos faciendos ad operationem muri ville Oxonie, quas etiam acras prius essartari fecerunt in bosco de Sagh' de licentia regis, claudere possint fossato et haya, et acras illas sine inpedimento excolere; ita quod fere bestie libere possint intrare et exire, et quod acre ille quiete sint inperpetuum de vasto in eis facto usque ad tempus confectionis carte regis. Et mandatum est B. de Insula quod permittat predictos abbatem et monachos sine impedimento acras illas

* "Per duos dies ante" has been inserted, "vigilia" altered to "vigiliam," "sex" to "viij," and the sentence "videlicet in vigilia Sancti Barnabe et in die et per quatuor dies sequentes" has been cancelled.

† The words between daggers are substituted for "nisi predicta feria et predictum mercatum sint ad nocumentum vicinarum feriarum et vicinorum mercatorum."

1230.

[m. 9.] claudere fossato et haya et eas excolere, ita quod fere bestie libere possint intrare et exire, et quod acre ille quiete sint inperpetuum de vasto in eis facto usque ad tempus confectionis presentis carte regis, sicut plenius continetur in eadem carta eis inde facta. Teste ut supra.

Rex concessit et carta sua confirmavit abbati et monachis de Abbendon' quod quotienscunque aliquis casus acciderit infra hundredum suum de Hornemere, ut de morte hominis et aliis ad coronam regis spectantibus, de quibus visus et atachiamenta fieri debent per coronatores comitatus Berk' et presentacio in comitatu, ballivus predictorum abbatis et monachorum de eodem hundredo, una cum aliquo de propinquioribus coronatoribus ejusdem comitatus quem ad se vocabit, de hujusmodi casibus infra predictum hundredum contingentibus visum faciat et atachiamenta, et omnia alia que ad vicecomitem pertinerent facienda, si predicti abbas et monachi predictam libertatem non haberent. Et quod ipsi abbas et monachi et successores sui inperpetuum habeant totum wayvum quod infra predictum hundredum suum venerit, eodem modo quo vicecomes Berk' hujusmodi wayvum haberet, si hujusmodi libertas ipsis abbati et monachis non concederetur. Et quod predictus vicecomes Berk', qui pro tempore fuerit, de omnibus brevibus nostris et heredum nostrorum clausis que ad eum venerint de quibuscunque querelis de quibus summonitio fieri debet et attachiamentum, similiter et de omnibus preceptis nostris et heredum nostrorum et summonitionibus infra predictum hundredum faciendis, returnum faciat eisdem abbati et monachis et successoribus suis in perpetuum, secundum tenorem brevium nostrorum et heredum nostrorum; et ipse abbas et monachi et successores sui precepta nostra in ipsis brevibus contenta in predicto hundredo exequantur. Et ideo tibi precipimus quod cartam nostram eis inde confectam in pleno comitatu legi et libertates in eadem carta contentas, eis firmiter obligari facias. Teste me ipso apud Portesmue, xix die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

De mercato et feria.—Rex concessit hominibus de Kenton' ad instantiam R. comitis Cornubie fratris domini regis, quod habeant unum mercatum singulis septimanis apud Kenton' per diem Sabbati, et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis duraturam per tres dies; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Omnium Sanctorum, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De loquelis ponendis in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis apud Westmonasterium inter Willelmum de Gunag', petentem, qui profectus est cum rege ad partes transmarinas, et Osbertum Smeth', Walterum de Strafford', Robertum de Strafford', Radulfum le Pelerin, et Oliverum de Eton', tenentes de terra in Eton', ponant in respectum quamdiu idem Willelmus fuerit in partibus transmarinis etc. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem de loquela que est coram eis inter Henricum de Trublevill' petentem, et Henricum fratrem regis tenentem, de manerio de Honiscue cum pertinentiis, ponenda etc. in respectum quamdiu idem H. frater regis.

1230.

[m. 9.] Eodem modo scribitur eisdem pro Hugone de loquela que est inter Henricum de Nafford et Matildem uxorem ejus petentes, et ipsum Hugonem tenentem, qui est de familia regis et profectus est etc. de manerio de Appel' quod ab eo petunt per breve de recto etc. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem pro Gileberto de Gant de loquela que est coram eis inter Willelmum de Aubin', querentem, et ipsum Gilebertum deforciantem, de consuetudine et servicio etc.

Eodem modo scribitur eisdem pro comite Albem' de loquela que est coram eis inter Petrum de Faucunbergh' petentem, de warenna de Holderness', ponenda in respectum etc.

Eodem modo scribitur vicecomiti Midd' pro Andrea de Grendon' et uxore ejus de loquela que est in comitatu Midd' inter Gilebertum de Hendon' petentem, et eos tenentes, de tenemento* in Hamsted'.

Eodem modo scribitur—

justiciariis de Banco pro Gileberto Basset de loquela que est inter Willelmum Bigod et Margaretam uxorem ejus petentes, et ipsum tenentem de terra in Sutton', qui de rege tenet in capite et profectus est etc.

eisdem pro Petro filio Hereberti de loquela que est inter Fulconem filium Warini petentem, et eum tenentem, de manerio de Staunton', ponenda in respectum etc.

eisdem pro comite Albemarlie quem Hugo de Vivun tenens vocat ad warantiam de xv acris terre in Borlegh', quas Galfridus de Lifton' petit versus eum.

eisdem pro Petro de Maulay quem simul cum Isabella uxore sua Johannes de Faye tenens de l sol. redditus cum pertinentiis in Thurneham, quas abbas de Begeham petit ab eodem Johanne etc.

eisdem pro Ricardo de Muntfichet, qui profectus est etc, deforciante de xiiij li. quas Petrus Dagun ab eo petit.

eisdem pro Philippo de Columbar' quem Cecilius de Columbar' vocat ad warantiam de Aucholt, quam abbas de Cogeshal' petit.

eisdem pro Ernaldo de Bosco† de assisa mortis antecessorum de ix seldis in Winchecumbe, quas Basilius de Winchecumb' ab eo petit.

eisdem pro Hamone Peche, deforciante, de iij carucatis terre cum pertinentiis in Chafleg', quas Ricardus Marescallus et Gervasia uxor ejus ab eo petunt etc.

eisdem pro Nicholao de Wicheford', qui profectus est cum Philippo de Albin', de loquela que est coram eis inter Rogerum de Mares', petentem, et ipsum Nicholaum tenentem, de feodo j militis cum pertinentiis, exceptis xxxij bovatis terre in Flintham etc.

vicecomiti Devonie pro Waltero de Burgo, qui profectus est cum H. de Burgo etc. de loquela que est inter Joel' de Valle

* Altered from "ij partibus trium carucatarum terre et j mesuagio."

† Corrected from "Johanne de Faye."

1230.

[m. 9.] Torta, petentem, et ipsum Walterum tenentem, de j carucata terre in Laworth' etc.

vicecomiti Dors' pro Simone de Maneston' de loquela inter Herebertum de Caln' *

De anulo mittendo ad dominum regem.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo, thesaurario regis, quod visis literis istis secure et salvo per certum nuntium suum mittat ad regem anulum suum cum minore rubeto de duobus rubetis regis, qui sunt in casula cum corona regis aurea. Teste rege apud Portesmue, xx die Aprilis.

De obsidibus deliberandis.—Honorius de Sancto Walerico et Elealmus frater ejus, de quibus vicecomes Devonie cepit obsides quod venirent cum navibus suis usque Portesmue ad eundum in servicium regis, illuc cum navibus suis venerunt. Et mandatum est eidem vicecomiti quod obsides illos deliberari faciat. Teste ut supra.

De tradendo in baillium.—Quia constat regi per inquisicionem factam quod Edusa, que fuit uxor Briani de Kilpin, apellat Ricardum filium Thome de Estrington' de morte predicti Briani viri sui odio et athia, et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Eboraci quod, si predictus Ricardus invenerit ei xij probos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto; tunc eum tradat in ballium etc. Teste ut supra.

De nave quadam periclitata juxta Gernemue.—Significavit regi A. rex Scottie quod cum navis Johannis Ruffi burgensis de Berewic' esset periclitata juxta Gernemue, quidam de partibus illis diripiebant et distrahebant catalla sua in eadem navi contenta. Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod si constiterit ei ita esse, diligenter inquirat qui predicta catalla distraxerunt et asportaverunt: et in cujuscunque manu ea inventa fuerint, eidem Johanni restitui faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Rex vicecomiti Dors' salutem. Precipimus tibi quod si Walterus Rudel, captus et detentus in prisona nostra pro morte Nicholai Perchefrogge unde rectatus est et unde Katerina Perchefrogge eum appellat, invenerit tibi xij probos et legales homines de comitatu tuo qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto; tunc eum tradas in ballium ipsis xij, sicut predictum est. Et habeas ibi nomina ipsorum xij et hoc breve. Testa ut supra.

Pro Henrico de Tebbetot.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod habere faciat Henrico de Tebbetot scutagium suum de feodis militum quo de rege tenet in capite in balliva tua; scilicet, de scuto iij marcas pro exercitu nostro ad primam transfretationem nostram post festum Sancti Michaelis, anno etc. xiij°, in quo fuit apud Portesmue. Et si forte de scutagio aliquid receperit de quo non respondit ad Scaccarium, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

* Cancelled.

1230.

[m. 9.] *Pro Johanne Siward'.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod Johannem filium Siward', qui terram domini regis abjuravit tempore domini J. regis, patris nostri, pro morte Gerardi filii Hagein' unde rectatus fuit, et quem cepisti et in prisona nostra detines, cui etiam litteras nostras patentes fieri fecimus sigillo nostro sigillatas, sicut habuit eas sub sigillo W. quondam comitis Marscalli tempore quo fuit rector noster et regni nostri, de perdonatione predicte abjurationis, sicut plenius patet in predictis litteris nostris patentibus; sine dilatione a prisona nostra deliberes, et quo voluerit abire permittas. Teste rege apud Portesmue, xxi die Aprilis.

Pro Waltero de Bello Campo.—Walterus de Bello Campo reddidit in garderoba regis apud Portesmue die Lune proxima ante festum Sancti Marci ewangeliste, anno etc. xiiij° xx lī. quas reddidisse debuit ad Scaccarium regis ad festum Sancti Michaelis anno etc. xiij°, de debitis que regi debet, de quibus finem fecit cum rege de reddendo ei per annum ad Scaccarium suum xl lī.; scilicet, xx lī. ad Scaccarium Sancti Michaelis et xx lī. ad Scaccarium Pasche. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod, non obstante eo quod idem Walterus predictas xx lī. non reddidit ad prefatum Scaccarium regis ad festum Sancti Michaelis: permittant eum eosdem terminos de debitis suis habere ad Scaccarium. Teste rege apud Portesmue, xxij die Aprilis.

De quodam homine et uxore ejus dimittendis per plevinam.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod si Hugo Hulle et Ascelina uxor ejus, capti et detenti in prisona regis apud Ivelcestr' eo quod rectati fuerunt abscidisse virilia Johannis monachi de Sancto Severo, quem idem Hugo invenit cum eadem Ascelina uxore sua; fecerint eum securum per bonos et salvos plegios quod erunt coram justiciariis regis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsos Hugonem et Ascelinam per plevinam predictam a prisona illa deliberari faciat, et quo voluerint abire permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ponte Arche.—Rex vicecomiti Suhampt' salutem. Ostensum est nobis ex parte dilecti et fidelis nostri Willelmi del Punt del Arch' quod cum Alanus Basset et Alina uxor ejus clamarent versus eum in comitatu tuo per breve nostrum de recto manerium de Neuton' cum pertinentiis, ita quod ipse Willelmus essoniaret se inde versus ipsos Alanum et Alinam de malo lecti, et per milites ad eum transmissos ad videndum utrum infirmitas qua se essoniavit esset languor necne, datus esset ei languor usque in unum annum et unum diem, predicta Alina durante anno et die predicto decessit, unde idem Willelmus per transmissum ad nos nuncium suum petiit a nobis licentiam surgendi a dicto languore a quo convaluit, ut dicitur, ut ita impune ad nos accedere possit nobiscum transfretaturus sicut eum summoneri fecimus vel super transfretatione sua nobis satisfacturus. Et quia post mortem ipsius Aline, quam nobis constat mortuam esse, dicta licentia sine alicujus prejudicio ei concedi potest, tibi precipimus quod per transmissos ad eum iiij^or milites de comitatu tuo dictam licentiam surgendi ei concedas, ita quod in nullo inde occasionetur. Teste rege apud Portesmue, xxij die Aprilis.

1230.

[m. 9.] *Pro B. de Insula.*—Rex vicecomiti Suht' salutem. Precipimus tibi quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu tuo diligenter inquiras quantum auxilium vicecomitis et secta* comitatus et hundredi de terris Briani de Insula in balliva tua valeant per annum, si predictum auxilium et predictam sectam eidem B. remiserimus et quieta clamaverimus, et quantum vicecomites capere consueverunt de terris ipsius pro predicto auxilio et secta predicta; et inquisicionem inde factam sub sigillo tuo etc. facias habere venerabili patri R. Cycestrensi episcopo etc. et Stephano de Sedgrave et hoc breve, quibus mandavimus quod ex quo inquisicionem illam receperint, eidem B. pro predicto auxilio et secta predicta pacem habere faciant quousque de partibus transmarinis redierimus. Teste rege apud Portesmue, xxj die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Linc', Dereb', Dors', Sussex', Cantebrigie.

Et mandatum est eisdem episcopo et Stephano quod ut supra in brevi.

De tradendo in ballium.—Henricus Pincun habet literas directas vicecomiti Devonie quod si invenerit ei bonos et salvos plegios qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum recto de morte Nicholai mercatoris, unde rectatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Devonie, et pro cujus morte fugit et se retraxit in itinere justiciariorum illorum, ut dicitur, tunc ipsum Henricum inde pacem habere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Stutevill'.—Nicholaus de Stutevill' finem fecit cum rege ne transfretet cum rege in hac prima transfretatione sua anno etc. xiiij°. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsum occasione predicte transfretationis in nullo vexet aut gravet. Teste ut supra.

De deafforestatione de Ketsteven'.—Rex concessit pro se et heredibus suis omnibus manentibus infra forestam de Kesteven' in comitatu Linc' quod predicta foresta de Kesteven' deaforestetur† inperpetuum per metas subscriptas; videlicet, in longitudine ex una parte versus Kesteven' de Swafton' usque Est Deping', sicuti Karesdic se extendit inter Swaveton' et Est Deping'; et in longitudine ex altera parte versus Hoyland' de ponte de Bikere usque magnum pontem de Spauling'; et in latitudine ex una parte de magno ponte de Spauling' usque Est Deping', sicuti Weland' se extendit inter magnum pontem de Spauling' et Est Deping'; et ex altera parte in latitudine de certa terra de Suafton', usque pontem de Bikere. Et quod predicta foresta et omnes terre et marisci et turbarie infra metas predictas contente, quiete sint in perpetuum de vasto et reguardo et de visu forestariorum, viridariorum et omnium ministrorum suorum; et de omnibus que ad forestam vel forestarios et eorum ballivos pertinent, sicut plenius continetur in carta nostra quam inde fieri fecit dominus rex. Et mandatum est Brianno de Insula quod predictam forestam deaforestari, et omnes terras, mariscos, et turbarias infra metas predictas contentas de vasto et reguardo et de visu forestariorum, viridariorum

* Secta in MS.

† deaforestur in MS.

1230.

[m. 9.] et omnium ministrorum suorum de omnibus que ad forestam et ad forestarios pertinent, quietos esse permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex concessit Radulfo filio Nicholai et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis, quod omnes terre sue quas habet in Corsham', Stratton' et Harham' quiete sint inperpetuum de sectis comitatuum et hundredorum et de auxiliis vicecomitum. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod cartam regis eidem Radulfo inde factam in pleno comitatu suo legi faciat, et dictam quietanciam eum habere permittat. Teste rege apud Portesmue, xxiij die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus—

Suff'; de terra sua in Fyneberg'.

Dereb'; de terra sua in Thurvadeston', Langel', Bruer' et in Spondon'.

Noting'; de terra sua in Winkenefeld' et Butinton'.

vicecomiti Warewic' et Leic'; de terra sua in Stratton' et Osberneston'.

vicecomiti Essex'; de terra in Smetheton'.

Et concessit rex per cartam suam eidem Radulfo quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant liberam warennam in maneriis suis de Langel' et de Smitheton'; ita quod nullus in warenna illa currere possit ad leporem in eo fugandum et capiendum, sine licentia et voluntate ipsius Radulfi et heredum suorum. Et mandatum est B. de Insula quod predictam cartam legi et ipsam warennam ei habere et firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni de Monemue de warenna quam rex eidem Radulfo concessit per cartam suam habendam in manerio suo de Corsham. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo de Norwico.—Rex concessit Radulfo de Norwico omnes exitus provenientes de episcopatu Imelicensi de termino Sancti Michaelis, anno etc. xiij°, et de termino Pasche anno etc. xiiij°, ad prosequendum pro rege causam que vertitur inter regem et magistrum Johannem, qui se gerit electum Imelicensem, super eleccione ejusdem episcopatus. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod predictos exitus eundem Radulfum habere permittat, sicut predictum est. Et si quid inde ceperit de tempore predicto, id ei sine dilatione reddat. Teste ut supra.

Pro burgensibus F. comitis Flandrie de Bruges.—F. comes Flandrie et Hanoye domino regi graviter conquerendo monstravit quod Ricardus de Gray et homines sui vina et alia bona burgensium suorum de Bruges, que fuerunt in quadam navi, que vocatur navis Sancti Petri de Bayona, capi et arestari fecerunt et ipsos homines male tractaverunt. Et quia omnes mercatores de potestate ipsius comitis habent salvum conductum regis per totam potestatem regis usque ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum, et similiter mercatores regis per potestatem ipsius comitis usque ad eundem terminum; mandatum est ipsi Ricardo de Gray, firmiter injungendo in fide qua regi tenetur, quod, sicut vult quod rex ad terras

1230.

[m. 9.] suas manum non mittat, omnia vina et alia bona dictorum burgensium de Bruges, qué per eum vel suos capta fuerunt, omni excusatione post posita sine dilatione deliberet; et decetero mercatoribus de potestate dicti comitis per insulas transeuntibus nullum faciat impedimentum aut gravamen usque ad prefatum terminum, nisi a rege interim aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

[m. 8.] *Hibernia. Pro hominibus Dublin'.*—Rex pro combustione civitatis Dublin' et paupertate hominum ejusdem ville concessit ipsis civibus Dublin' quod ha[c] vice tallientur ad ducentas marcas. Et mandatum est R. de Burgo etc. quod ita fieri permittat. Teste rege apud Portesmue, xxix die Aprilis.

Mandatum est eidem justiciario quod secundum legem et consuetudines terre Hibernie, plenam faciat exhiberi justiciam priori Sancte Trinitatis, Dublin'*

Pro priore de Snelleshal'.—Rex concessit priori de Snelleshal' quod habeat singulis septimanis per diem Jovis unum mercatum apud terram suam de Muresl', nisi etc. Et mandatum est viceconiti Buk' quod predictum mercatum clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est W. de Millers',† constabulario de Windles', quod in foresta regis de Wiudles' faciat habere Radulfo de Trublevill' v quercus de dono regis. Teste ut supra.

De vinis cariandis ad regem.—Mandatum est custodi vinorum regis Suhamt' quod de vinis regis, que sunt in custodia sua, faciat habere ballivis regis de Suhamt' xvj dolia vini de prisa regis et xxxvj dolia vini de empto, carianda ad regem usque Portesmue. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Trinitatis Kantuarie de villa et portu de Sandwic'.—Rex loquelam que est inter regem et priorem Sancte Trinitatis Cantuarie de villa et portu de Sandwic', quam rex posuerat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xiiij°, posuit in respectum usque in xv dies a die Pasche anno etc. xv. Et mandatum est hoc justiciariis de Banco ut hoc sciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo scissore regis.—Rex dedit Willelmo scissori suo duas longas carectas regis quas habet in custodia vicecomes Suht' apud Wintoniam. Et mandatum est ei quod dictas carectas ei habere faciat. Teste ut supra.

De Radulfo de Norwico constituto justiciario in Banco.—Rex constituit Radulfum de Norwico, justiciarium regis de Banco et cum aliis justiciariis de Banco socium adhibuit. Et mandatum est justiciariis de Banco quod ipsum ad hoc socium admittant. Teste ut supra.

* Cancelled. † Corrected from "Coimeres."

1230.
[m. 8.] *De tradendis in baillium.*—Quia constat regi per inquisicionem factam quod Reginaldus Chevaler et Eudo faber non sunt culpabiles de morte Ricardi le Messager, unde Hawisia que fuit uxor ipsius Ricardi, eos appellat; mandatum est vicecomiti Linc' quod si uterque ipsorum Reginaldi et Eudonis invenerint ei xij liberos etc. ad primam assisam etc. tunc tradat etc.

Pro Henrico de Ponte Audomari.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod non obstante eo quod rex commisit Theobaldo de Engleskevill' terram de Cumpton' quam Henricus de Ponte Audomari prius habuit de ballio regis, eidem Henrico omnia catalla sua que habuit in predicta terra sine inpedimento reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie.

Pro magistro Philippo de Lucy.—Rex licentiam dedit et concessit magistro Philippo de Lucy quod capiat wulpem et leporem in balliva Johannis de Munemue in comitatu Suhamt' extra coopertum foreste regis ejusdem comitatus; quamdiu regi placuerit. Et mandatum est J. de Munemue quod ipsum magistrum Philippum wulpem et leporem ibidem capere permittat. Teste ut supra.

Consimiles literas patentes habuit idem Philippus directas J. de Monemue per eadem verba.

De mercato mutato.—Rex concessit Hamoni de Crevequer quod mercatum, quod teneri solebat singulis septimanis per diem Dominicam apud Brancheslegh' in cimiterio ecclesie ejusdem ville, decetero teneatur singulis septimanis per diem Mercurii super terram ipsius Hamonis de Brancheslegh'; et quod idem Hamo et heredes sui habeant inperpetuum unam feriam ibidem singulis annis duraturam per tres dies; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Omnium Sanctorum, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et ibidem teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Portesmue, xxix die Aprilis.

Pro Drogone de Trublevill'.—Rex perdonavit Drogoni de Trublevill' firmam provenientem de terris et tenementis pertinentibus ad archiepiscopatum Rothomagensem in Anglia de termino Pasche, anno etc. xiiij°; quam quidem firmam idem Drogo recepit dum terras et tenementa predicta habuit in custodia sua per preceptum regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Drogonem de predicta firma quietum esse faciant. Teste ut supra.

Hibernia. De custodiis episcopatuum Hibernensium.—Rex concessit L. Dublinensi electo quod si contigerit aliquem episcopatum vacare in terra Hibernie quamdiu rex fuerit in partibus transmarinis, ipse habeat custodiam ejusdem episcopatus quamdiu vacans fuerit, ita quod respondeat de exitibus ejusdem episcopatus vacantis ad Scaccarium Dublin'. Et mandatum est R. de Burgo etc. quod cum aliquem episcopatum vacare contigerit, ei inde plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1230.

[m. 8.] *Pro hominibus comitis Patricii.*—Rex mandavit vicecomiti Norhumberland' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo diligenter inquirat utrum homines comitis Patricii de Scotia, de tribus villis de Midelton' et de villa de Radun tailliari consueverunt temporibus H. regis avi sui et R. regis avunculi, et domini J. regis, patris sui, usque ad gwerram motam inter ipsum et barones suos Anglie, quando ipsi predecessores sui reges Anglie tailliari fecerunt sua dominica in regno Anglie vel non; et quod inquisicionem inde factam sub sigillo suo et sub sigillis eorum per quos facta fuerit inquisicio, nobis transmittant. Et ideo mandavit eidem quod si per predictam inquisicionem ei constiterit quod predicti homines non consueverint tailliari, tunc eos de tailliagio penitus quietos esse et de eis que ab eis de ultimo tailliagio vel alio capta sunt eis restitui faciat. Teste rege apud Porchesm', xxvij die Aprilis, anno r. n. xiiij.

Et mandatum est vicecomiti Norhumbr' etc.

Pro L. Dublinensi electo de quercubus et fagis datis.—Mandatum est W. de Coigneres quod habere faciat L. Dublinensi electo v fagos et v quercus in foresta Windles' de dono regis ad focum suum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat H. Dispensatore xv damas et v damos in foresta de Shirewod' de dono regis ad ponendum in parco suo de Lucteburg'. Teste ut supra.

Johannes de Fay moram facit in Anglia de licentia regis, ita quod ad hanc primam transfretationem suam non transfretabit cum rege. Et ideo mandatum est vicecomiti Surr' quod ipsum Johannem occasione predicta non distringat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Gipeswic'.—Rex pro paupertate hominum de Gipeswic' et pro servicio quod regi fecerunt in hac prima transfretatione sua anno etc. xiiij°, perdonavit eis tallagium super eos ultimo assisum per G. de Craucumbe et Willelmum Hardel. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eos inde quietos esse faciat. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Alba Marla.—Rex vicecomiti Devonie salutem. Scias quod Reginaldus de Alba Mara, quem summoneri fecimus ad transfretandum nobiscum, de licentia sua remansit in Anglia usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xiiij°. Et ideo tibi precipimus quod pacem interim ei inde habere permittas. Teste ut supra.

De faciendo commodo regis de vinis suis.—Mandatum est custodibus vinorum Suht' quod omnia vina regis de prisa que habent apud Suht', et que rex ibidem habiturus est usque ad festum Sancti Michaelis anno xiiij°, liberent Johanni de Colemere per talliam inter eos factam, ad faciendum inde commodum regis, sicut ei injunxit. Teste ut supra.

1230.

[m. 8.] *Pro Jollano de Nevill' et aliis.*—Mandatum est ballivis P. comitis Britannie quod de scutagio quod exigunt pro exercitu regis contra instantem transfretationem regis de Jolano de Nevill', Olivero de Albin' et Radulpho de Trehamt', qui tenent de comite Britannie et qui fuerunt cum equis et armis apud Portesmue a die Sancti Michaelis in xv dies anno etc. xiiij° parati ad transfretandum cum rege, pacem eis habere permittant.

De thesauro Hybernie.—Mandatur R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod omnem thesaurum quem ad presens habent ipse et thesaurarius Dublin', cui rex idem mandavit, in primo vento oportuno mittant in Angliam, liberandum ad Scaccarium regis Lond', per visum R. Cycestrensis episcopi et S. de Sedgrave, quibus rex commisit curam et custodiam terre Anglie. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur J. Fernensi episcopo thesaurario regis Hibernie.

Pro comite Marescallo de servicio Hibernie.—Rex concessit W. comiti Marescallo servicium suum xl dierum regi debitum de uno anno, ad castrum suum de Cumbre firmandum. Et mandatum est R. de Burgo etc. quod servicium illud ipsum comitem habere permittat. Teste ut supra.

Quod magister Johannes Blundus sedeat ad Scaccarium.—Rex mittit magistrum Johannem Blundum ad sedendum ad Scaccarium regis pro agendis regis ejusdem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum ad hoc recipiant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et W. thesaurario quod ipsum ad sedendum ad Scaccarium, sicut predictum est, recipiat, ita quod clericum suum habeat loco suo cum uno rotulo ad Scaccarium de Recepta.

De loquelis ponendis in respectum usque ad reditum de partibus transmarinis.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod loquelam que est in comitatu suo inter Radulfum de Imeworth', querentem, et Spamson de Mules', qui profectus est cum rege per preceptum suum ad partes transmarinas de quodam lokto facto in Eyser' et Waleton' ad nocumentum etc. in Imeworth', et loquelam que est in comitatu suo inter eundem Spamson querentem, et ballivos hundredi de Emelesbrug', de averiis captis etc., ponat in respectum quamdiu idem Sampson fuerit in partibus illis per preceptum regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur—

justiciariis de Banco pro Elia de Boulton' qui profectus est etc. de loquela etc. inter Thomam de Camvill', petentem, et ipsum tenentem, de una hida terre in Orset'.

eisdem pro Willelmo de Sancto Johanne, qui profectus est, de loquela etc. inter Rogerum Hay, petentem, et ipsum de medietate manerii de Hunestan'.

De roboribus datis.—Mandatum est W. de Millear', constabulario Windles', quod in foresta regis de Windles' faciat habere R. Cycestrensi

1230.

[m. 8.] episcopo xxx robora de dono regis ad focum suum. Teste rege apud Portesmue, xxx die Aprilis.

Eodem modo scribitur eidem pro Stephano de Sedgrave de xxx roboribus ad focum suum.

Hibernia. Pro monachis Sancte Trinitatis Dublin'.—H. Dei gracia etc. R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Alias vobis dedimus in mandatis quod de manerio nostro de Cortelay cum pertinentiis, plenam saisinam habere faceretis priori et canonicis Sancte Trinitatis Dublin', quod eis concessimus tenendum de nobis ad firmam quamdiu nobis placuerit, reddendo ad Scaccarium nostrum Dublin' quantum homines qui modo manerium illud tenent inde reddunt. Et quia predictum mandatum nostrum nondum estis, ut dicunt, executi; vobis mandamus quatenus manerium illud, si fieri potest vel aliud manerium quod eis tenere expediat, eis quamdiu nobis placuerit tenendum modo predicto sine dilatione committatis. Teste me ipso apud Portesmue, xxx die Aprilis, anno regni nostri xiiij°.

De cheveronibus datis.—Mandatum est Hasculfo de Nevill' quod in balliva sua in bosco qui vocatur parcus, faciat habere Gileberto Marescallo, fratri W. comitis Marescalli, xl cheverones et quatuor furcas de dono regis, ad se hospitandum apud Ocham'. Teste ut supra.

De appello ponendo in respectum.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod apellum, quod Ricardus de Seleby facit versus Nigellum de Mubray de roberia et pace nostra fracta in comitatu suo, et apellum quod Andreas de Seleb' versus Willelmum de Gray et Simonem le Venur de eodem, et apellum quod Walterus de Seleby facit versus Ingeramum Paynel' et Alanum de Aldefeld', et apellum quod Robertus forestarius facit versus Terricum forestarium et Walterum de Mesewod', et Rac' (*sic*) filium Hugonis, Hugonem carbon[arium], Adam de Ponte Fracto, et Robertum de Cundy de eodem in comitatu predicto, ponas in respectum quamdiu idem Nigellus et predicti Willelmus, Ingeramus, Alanus, Terricus, Walterus, Ric', Hugo, Adam, et Robertus cum eo fuerint nobiscum in partibus transmarinis in servicio nostro. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao de Verdun.—Mandatum est Ricardo de Burgo, justiciario Hybernie, quod cum dominus rex concesserit Nicholao de Verdun, qui profectus est secum per preceptum suum ad partes transmarinas, quod omnia placita mota in Hybernia versus ipsum Nicholaum ponantur in respectum donec dominus rex a partibus predictis redierit, eidem Nicholao de predictis placitis respectum illum habere faciat. Teste ut supra.

Pro Olivero de Sancto Georgio.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cum rex scutagium de Muntgomery, quod exigitur de Olivero de Sancto Georgio de terra quam tenet in Brouhton' et de tempore Rogeri de Monte Begonis qui terram illam tenuit de hereditate Olive uxoris sue, que terram illam postea dedit ipsi Georgio in maritagium cum Anabilla uxore sua, ipsi Olivero perdonavit, ipsum inde quietum esse faciant. Teste etc

1230.

[m. 8.] *De damis datis.*—Mandatum est Thome de Samford' quod habere faciat Alano Basset in foresta de Braden' iij damos et xij damas ponendos in parco suo de Wutton'. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Ricardo de Burgo.—Mandatum est R. de Burgo etc. quod habere faciat Ricardo Duket xl marcas ad expensas suas ad se sustentandum in servicio regis in Hibernia. Teste ut supra.

De custodia terre que fuit Oliveri de Tyntiniac.—Rex concessit Philippo de Albin' custodiam terre que fuit Oliveri de Tyntiniac usque ad etatem heredum predicti Oliveri. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicta terra que fuit ipsius Oliveri in balliva sua, eidem Philippo sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et habet idem Philippus inde literas patentes.

[m. 7.] *Hibernia. De loquela resummonenda.*—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod loquelam que fuit coram rege in curia sua apud Dublin', inter Theobaldum Pincernam, petentem, et priorem de Holmpatric', tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Baliogassan, de qua rex ei mandavit quod ipsam poneret in respectum quamdiu ipse prior esset in partibus Anglie pro negociis ecclesie sue, quia ipse jam pridem rediit ad partes Hibernie, summoneri faciat coram eo ad certum terminum in eodem statu in quo prius remansit per mandatum regis. Teste rege apud Portesmue, xxiiij die Aprilis.

Hibernia. Pro mercatoribus R. comitis Cestr'.—Mandatum est eidem quod omnes mercatores de terra et potestate R. comitis Cestrie et Linc' venientes ad Hiberniam et deferentes secum literas ipsius comitis vel justiciarii sui Cestrie patentes, testificantes ipsos suos esse mercatores proprios de terra et potestate sua, non impediat nec impediri permittat quominus ibidem possint negociari et mercandisas in terra illa emere deferendas secum in terram et potestatem ipsius comitis. Permittant etiam libere et absque inpedimento mercatores de partibus Hibernie cum rebus et catallis et mercandisis suis in terram et potestatem ipsius comitis venire et redire ad negociandum ibidem. Teste ut supra.

De cheveronibus datis.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod habere faciat abbatisse Sancte Marie Wintonie l cheverones in balliva sua extra bruillios regis de Andovr', ad operationem ecclesie sue Wintonie, de dono regis. Teste ut supra.

De coronatoribus faciendis.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod loco Johannis Britonis coronatoris regis, qui est in servicio H. de Burgo etc., in pleno comitatu suo per assensum totius comitatus de discretioribus et legalibus militibus ejusdem comitatus alium eligi faciat coronatorem, qui, prestito sacramento sicut fieri debet et solet, extunc faciat et conservet una cum aliis coronatoribus regis de comitatu suo ea que ad coronam regis pertinent; et talem eum eligat qui fideliter et diligenter ad hoc intendat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' quod loco Ade coronatoris, qui est in servicio H. de Burgo etc. ut supra, eligi faciat etc.

1230.

[m. 7.] *Pro Theobaldo de Engleskevill'.*—Rex commisit Theobaldo de Engleskevill' terram illam in Steinwic' cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit; quam Henricus de Ponte Audomari habuit de ballio J. regis etc. et domini regis. Et mandatum est vicecomiti Devon' quod de predicta terra plenam saisinam ei habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Portesmue, xxv die Aprilis.

De loquelis ponendis in respectum usque ad reditum de partibus transmarinis.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per breve regis inter H. de Trublevill' et Willelmum Peverel' de quodam mercato in Samford, quod idem Willelmus levavit ad nocumentum mercati ipsius Henrici in Brayles, ut dicitur, qui quidem Willelmus profectus est ad partes transmarinas per preceptum regis, ponant in respectum quamdiu idem Willelmus fuerit in servicio regis in partibus transmarinis per preceptum regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem justiciariis—

pro Willelmo de Stowe, qui profectus est cum Petro de Tany de loquela etc. inter Baldwinum filium Stephani, petentem, et ipsum Willelmum, tenentem, de ij hidis terre in Stowe etc.

pro Rogero la Zuche, qui profectus est etc. de loquela etc. inter Robertum le Poher et Olivam uxorem ejus et Aliciam sororem ipsius Olive, petentes, et ipsum Rogerum, tenentem, de j virgata terre in Hamsted'.

vicecomiti Wilt', de loquela que est in comitatu suo per breve de recto inter Petrum de Saucey, petentem, et Petrum de Munbir', qui profectus est cum Alano de Lindon, qui de rege tenet in capite, de duabus hidis terre in Lavinton'.

pro Rogero la Zuche, de loquela que est coram eis inter Robertum le Poher et Olivam uxorem ejus et Aliciam sororem ipsius Olive, petentes, et ipsum Rogerum, tenentem, de una virgata terre in Hamsted'.

vicecomiti Buk', de loquela que est in comitatu suo per breve de recto inter Willelmum de Hyda, petentem, et Paulinum Peivre, qui est de familia W. de Cantil' cum quo profectus est etc., tenentem, de j carucata terre in Cestersham; et de loquela que est in comitatu illo inter eundem Paulinum et Ricardum de Sifrewast, deforciantem, de averiis captis etc.

justiciariis proximo itineraturis in comitatu Wigornie de assisa mortis antecessoris, que summonita est coram eis inter Robertum de Antioch', petentem, et Hamonem le Gras, qui profectus est cum comite Marescallo etc., tenentem, de feodo dimidii militis in Dormeton' etc.

vicecomiti Suhamt' pro Willelmo Buzun, qui de rege tenet in capite et profectus est etc. de loquela que est in comitatu suo inter Hugonem de Wigheth' et ipsum Willelmum de averiis captis etc.

1230.

[m. 7.] *Pro episcopo Carleolensi de libertatibus in soka de Hornecastr'.*—Rex concessit per cartam suam W. Carleolensi episcopo quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum per omnes terras et tenementa sua in manerio et soka de Hornecastr' cum pertinentiis, quasdam libertates et quietantias sicut plenius in predicta carta continentur. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et concessas a rege eidem episcopo libertates et quietantias, ei et heredibus suis firmiter faciat observari. Teste rege apud Portesmue, xxv die Aprilis.

Pro Willelmo de Ferrariis de quodam saltatorio.—Rex concessit Willelmo de Ferrariis quod habeat unum saltatorium in parco de Perye, qui est in custodia sua de ballio W. comitis de Ferrariis patris sui. Et mandatum est B. de Insula quod predictum saltatorium in predicto parco fieri permittat. Teste ut supra.

Pro Eva de Gray.—Rex per cartam suam concessit Eva de Gray pro se et heredibus suis quod ipsa et heredes sui habeant inperpetuum unam feriam apud manerium suum de Stanlak'.

Pro Rogero de Clare de perdonatione scutagii.—Rex perdonavit Rogero de Clare scutagium suum de feodo j militis quod de rege tenet in Norton' de ballio regis de terra que fuit comitis Bolonie; videlicet, iij marcas pro exercitu regis contra primam transfretationem suam. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de scutagio illo predictum Rogerum pacem habere permittat. Teste rege apud Portesmue, xxvj die Aprilis.

Pro Hugone Graundin'.—Rex perdonavit Hugoni Graundin' iiij^or^ marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de amerciamento de itinere justiciariorum qui ultimo itineraverunt in comitatu Bed'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Hugonem inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De loquelis ponendis in respectum.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis inter Ricardum de Bera, petentem, et Alanum de Plughen' et Aliciam uxorem ejus tenentes, de una carucata terre cum pertinentiis in Kilmeston', qui quidem Alanus profectus est ad partes transmarinas cum Fulcone filio Warini, ponat in respectum quamdiu idem Alanus fuerit in servicio regis in partibus transmarinis cum eodem Fulcone. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Lanc', de loquela que est in comitatu suo per breve de recto inter Alanum de Singeton', petentem, et Willelmum Russell', qui profectus est etc. cum comite Cestrie, tenentem, de xv bovatis terre cum pertinentiis in Nordmoles, ponenda in respectum etc.

Eodem modo scribitur—

justiciariis de Banco de loquela inter Willelmum Buzun', et Johannem de Erleg', tenentem, de j hida terre in Pereton' et de feodo unius militis in Sumerton', etc.

justiciariis proximo itineraturis in comitatu Linc' de apello quod Robertus filius Hugonis fecit versus Johannem filium Hugonis,

1230.

[m. 7.] qui est de familia comitis Cestrie et profectus est etc. de roberia et pace regis fracta.

justiciariis de Banco de loquela etc. inter Johannem filium Galfridi, petentem, et Walterum Eskilling, qui profectus est cum comite Cestrie etc. de duabus carucatis terre in Nattegrave per breve de ingressu etc.

Eodem modo scribitur—

eisdem de loquela etc. inter Robertum Waspail, petentem, et Henricum Waspail, qui est cum comite Cestrie profectus in partes transmarinas etc. de feodo j militis in Smalebroc per breve de ingressu.

eisdem de loquela etc. inter priorem de Stikeswalt' et Willelmum le Chen qui profectus est cum Hugone Wak' de quodam stagno ex*

vicecomiti Warewic' de loquela etc. inter Clementiam de Tatlington', querentem, et Ernaldum de Bosco, qui profectus est etc. de averiis captis etc.

justiciariis de Banco pro Bertram de Gartlip de loquela inter Ricardum Mar' et Gervasiam uxorem ejus, petentes, et ipsum, tenentem, de manerio de Geynch'.

eisdem pro Willelmo de Lanc' de loquela inter Robertum de Kyme et ipsum Willelmum, tenentem, de xv libratis terre in Ulveston'.

eisdem pro Ricardo Suard' de loquela que est coram eis inter Walterum de Dunstanvill', petentem, et ipsum Ricardum et Philippam uxorem ejus, tenentes, de manerio de Coninton' cum pertinentiis ponenda in respectum etc.

eisdem pro Alicia comitissa Augi de loquela que est inter Stephanum Harengod', petentem, per breve de recto et ipsam comitissam tenentem, de maneriis de Elcham' et Bilsinton'; que quidem comitissa habet milites suos etc.

eisdem pro Willelmo de Braos' de loquela que est inter Johannem de Braos' et ipsum Willelmum de xxx s̃. terre et xl lĩ. quas idem Johannes ab eo exigit, ponenda in respectum quousque idem W. fuerit a prisona liberatus.

eisdem pro Willelmo Mauduit de loquela etc. inter Robertum de Burneb' et Johannam uxorem ejus, Johannem le Brun et Aliciam uxorem ejus, Ricardus Burdun et Egelinam uxorem ejus, Bartholomeum de Rakinton et Matildem uxorem ejus, Radulfum de Wedon' et Laur' uxorem ejus, petentes, et ipsum Willelmum, tenentem, de manerio de Lecumbe cum pertinentiis, quod clamant per breve de precipe etc. in capite; ponenda etc.

Pro Rogero la Suche de perdonatione.—Rex perdonavit Rogero la Suche v marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de promisso quod fecit pro quodam merento habendo apud manerium suum

* Cancelled, 'quia non habuit.'

1230.

[m. 7.] de Esseb' in comitatu Leic.' Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis v marcis quietum esse faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Portesmue, xxvj die Aprilis.

Pro Henrico de Ferlinton'.—Rex concessit Henrico de Ferlinton' pro se et heredibus suis quod ipse toto tempore vite sue quietus sit de assisis, juratis et recognicionibus. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod secundum tenorem carte regis ei inde facte, predictam libertatem ei firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norhumb'.

De plumbo recepto apud Portesmue.—Godricus de Novo Castello lator presentium, regi liberavit apud Portesmue vij^{xx} et j fotmella plumbi. Et mandatum est ballivis portus Lenn' quod quod* catalla ipsius Godrici que ceperunt in securitatem quod plumbum illud illuc cariaret, ei sine dilatione deliberari faciant. Teste rege apud Portesmue, xxvij die Aprilis.

Eodem modo scribitur eisdem pro Gomero de Shartheburg', qui liberavit ibidem vij^{xx} et xv fotmella plumbi.

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod in bosco de Bera faciat habere Henrico filio Nicholai xx quercus de dono regis, in auxilium adificandi apud manerium de Fordinton', quod idem H. habet de ballio regis. Teste ut supra.

Pro Eva de Gray de mercato et feria.—Rex concessit Eve de Gray et heredibus suis quod ipsi habeant in perpetuum unam feriam apud manerium suum de Stanlak' singulis annis, duraturam per iij dies; videlicet, in vigilia, in die et in crastino Sancti Egidii; et quod habeant ibidem unum mercatum singulis septimanis per diem Veneris, nisi feria illa et mercatum sint ad nocumentum vicinarum feriarum et vicinorum mercatorum. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod predictam feriam et predictum mercatum clamari facias* et teneri. Teste ut supra.

Pro eadem de saltatorio.—Rex concessit Eve de Gray quod ipsa et heredes sui claudant boscum suum de Stanlak' et in bosco illo faciant unum saltatorium. Et mandatum est Johanni de Monemue quod ipsam sic facere permittat.

Hibernia. Pro L. Dublinensi electo.—Rex concessit et confirmavit L. Dublinensi electo quasdam libertates et quietancias predecessoribus suis archiepiscopis Dublinensibus a domino J. rege concessas, quibus rex quedam duxit addenda, sicut plenius continetur in predictis cartis ei inde factis. Et mandatum est justiciario Hibernie quod coram eo predictas cartas regis legi faciat, et concessas ei a rege et predecessoribus suis libertates et quietancias ei firmiter faciat observari. Teste ut supra.

De loquelis ponendis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter priorem Sancte

* *Sic* in MS.

1230.

[m. 7.] Fretheswithe, petentem, et Ricardum Suhard et Philippam uxorem ejus, tenentes, de terra in Honiton', qui quidem Ricardus profectus est ad partes transmarinas in servicio regis cum W. comite Marescallo, ponat in respectum donec de partibus illis redierit. Teste rege apud Portesmue, xxvij die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie de loquela que est in comitatu suo per breve de recto inter Jacobum de Bensted', petentem, et Eustachium de Burn', qui profectus est cum comite Glouc' etc. deforciantem de ix s̄. redditus in Ending', ponenda in respectum etc. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur justiciariis de Banco—

pro Thoma de Bavelingham qui est profectus cum H. de Burgo etc. de loquela etc. inter Hugonem de Nevill' et Beatricem uxorem ejus et Aliciam de Bendeng', petentes, et ipsum Thomam et Mabiliam uxorem ejus, tenentes, de uno mesuagio cum pertinentiis in Gateshull', ponenda in respectum etc.

eisdem pro Radulfo Basset de Weledon' qui profectus est etc. de loquela etc. inter Willelmum Basset, petentem, et ipsum Radulfum, tenentem, de uno molendino cum pertinentiis in Weston'.

eisdem pro Willelmo de Ros de loquela que est inter abbatem de Rivall', petentem, et ipsum Willelmum, tenentem, de warantia carte de iiij carucatis terre in Grif' et iiij carucatis terre in Tilston'.

justiciariis proximo itineraturis in comitatu Oxonie pro Willelmo de Brion' de assisa mortis antecessoris inter Robertum le Bretun petentem, et ipsum Willelmum, tenentem, de x. lī. terre in Eburbir'.

justiciariis proximo itineraturis in comitatu Berk' pro eodem Willelmo de assisa mortis antecessoris inter eosdem Robertum le Bretun et ipsum Willelmum de x lī. terre in Warenting'.

justiciariis de Banco pro Roberto de Wulfrinton' de loquela que est inter Robertum de Riveres, petentem, et predictum Robertum, qui profectus est etc. per breve de conventione de tertia parte manerii de Ethon' cum pertinentiis, ponenda in respectum etc.

vicecomiti de Westmeril' pro Willelmo de Lanc' de loquela etc. inter Willelmum de Arundell' et ipsum Willelmum de divisi[s] faciendis inter terram W. de Arundell' in Frithebenk et terram ipsius W. de Lanc' in haya de Kirkeb'.

vicecomiti Linc' pro Ricardo de Alencun', qui profectus est etc. de loquela que est inter abbatem de Seleb' et Willelmum le Frankelein, querentes, de averiis captis etc.

De tradendo in ballio.—Radulfus filius Randulfi captus et detentus in prisona regis pro morte Willelmi de Cottegrave habet literas quod tradatur in ballium xij etc. coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum recto si quis etc. Teste ut supra.

1230.

[m. 7.] *Pro Hugone de Sampford'.*—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de xj s̄. redditus cum pertinentiis in Treuborden quas Hugo de Samford' clamat ut jus Johanne uxoris sue, ipsis Hugoni et Johanne plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Portesmue, xxviij die Aprilis.

De cuneo Cantuarie.—Rex concessit Willelmo scissori quod, quamdiu vixerit, habeat custodiam cunei regis Cantuarie, quod fuit in custodia Simonis Chiche qui mortuus est, et quod rex post mortem ipsius Simonis commisit eidem Willelmo custodiendum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monemue quod habere faciat B. de Insula xv quercus in foresta de Bera de dono regis ad unum molendinum ad ventum faciendum. Teste ut supra.

Pro Johanne de Vilers—Rex ad instantiam R. comitis Cornubie concessit Johanni de Vilers ut moram faciat in Anglia et cum rege non transfretet ad presens in hac prima transfretatione sua, anno etc. xiiij°. Et mandatum est vicecomiti Bedeford' et Buk' quod occasione predicte transfretationis ipsum non vexet vel gravet. Teste ut supra.

De quadam liberatione data cum vacaverit.—Rex concessit Dionisie filie Edmundi medici liberationem unius denarii, cum eam primo vacare contigerit, de elemosina regis constituta, pro dampnis sibi illatis occasione cujusdam barbecane quam Falcasius de Breaute fieri fecit prope castrum Oxonie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem illam, cum eam primo vacare contigerit, ei ad sustentationem suam habere faciant. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

De quercubus datis.—Mandatum est Michaeli de Columpbar' quod habere faciat Henrico de Berneval, capellano nostro, quatuor quercus in balliva sua extra brullios de Andevr' ad domos suas de Chibalton' reparandas, de dono regis. Teste ut supra.

De loquelis ponendis in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per breve de recto inter Walterum de Dunstanvill', petentem, et Johannem Biset et Aliciam uxorem ejus et Reginaldum de Valle Torta et Johannam uxorem ejus, tenentes, de manerio de Columton' cum pertinentiis, ponant in respectum quamdiu predicti Johannes et Reginaldus, qui profecti sunt cum rege ad partes transmarinas per preceptum regis, fuerint in eis partibus in servicio regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur—

vicecomiti Linc' pro Ernisio de Nevill' de loquela inter Margaretam de Castr,' petentem, et ipsum Ernisium, qui profectus est etc., tenentem, de duabus bovatis terre in Castr', ponenda in respectum etc.

1230.

[m. 7.] justiciariis de Banco pro Willelmo de Percy de loquela etc. inter Willelmum de Sancto Johanne, petentem, et ipsum W. de Percy, tenentem, de feodo dimidii militis in Snailewelle, ponenda etc.

vicecomiti Sussex' pro Gileberto de Aquila, qui habet milites suos etc. de loquela etc. inter priorem de Lewes', petentem, et ipsum deforciantem de servicio unde acquietare debet ipsum priorem versus Robertum de Horsted', ponenda in respectum etc.

vicecomiti Berk'* pro Johanne de Boterell'† de loquela etc. inter Johannem de Suwerc' et Matildem uxorem ejus, petentem, et Johannem de Boterell' et Hawisiam uxorem ejus‡ de j carucata terre in Upton' cum pertinentiis, ponenda etc. Teste ut supra.

vicecomiti Sussex' de loquela etc. inter priorem de Lewes, petentem, et Robertum de Horsted', qui profectus est etc. de debito xl. m̃. m̃.

vicecomiti Sussex' pro Willelmo de Percy de loquela que est inter Brianum de Wopeham petentem, et ipsum Willelmum de dimidia virgata terre in Futelfald' et de j virgata terre in Putefaud, ponenda etc.

vicecomiti Lanc' pro Theobaldo Pincerna, qui profectus est etc. de loquela etc. inter abbatem de Furneis' et ipsum de xx marcis, quas idem abbas exigit.

vicecomiti Berk' pro Radulfo Russel de loquela inter Johannem de Suwerc' et uxorem ejus et ipsum Radulfum et uxorem ejus, tenentes, de x lī. terre in Upton'.

[*In Cedula.*]

[H. etc.] baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod ducentas marcas quas nobis debuit dilectus nobis L. Dublinensis electus . . . . ad Scaccarium nostrum, reddidit nobis idem electus apud Wintoniam in garderoba nostra quintodecimo die Marcii anno regni nostri xiiij°, per manus Radulfi de Norwico, clerici nostri, et Georgii de Fuble militis dilecti et fidelis nostri [R.] de Burgo, justiciarii nostri Hibernie, qui thesaurum nostrum Hibernie secum attulerunt de Hibernia in Angliam, et ibidem liberaverunt per preceptum nostrum. Et ideo vobis mandamus quod ipsum electum de predictis ducentis [marcis] quietum esse permittatis. Teste me ipso apud Portesmue, xxx die Aprilis anno eodem.

Hic incepit currere Sigillum de Scaccario.

[m. 6.] *Pro uxore Roberti de Veteri Ponte.* — Monstravit regi Idonea que fuit uxor Roberti de Veteri Ponte, quod cum ipsa et homines sui de

* Corrected from "Midd'."

† "et Radulfo Russell'" is struck out here.

‡ "Radulfum Russell' et Isabellam uxorem ejus, de manerio de" is struck out here.

1230.

[m. 6.] Esenden' quieti sint de sectis comitatus et hundredi, vicecomes Rotel' illos, una cum aliis qui hujusmodi sectas faciunt, distringis (*sic*), ad reddendum finem quem milites comitatus sui fecerunt coram justiciariis ultimo itinerantibus in eodem comitatu pro transgressione eorum qui sectam faciunt ad comitatum. Et mandatum est vicecomiti Rotel' quod, si predicta Idonea et homines sui quieti sint de sectis comitatus et hundredi, ut predictum est, et finis ille factus fuerit pro transgressione eorum qui sectam faciunt ad comitatum, tunc eis pacem inde habere permittat. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, viij die Maii.

De nave permittenda abire.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod non obstante mandato regis eis facto de navibus in portu suo arestandis contra transfretationem regis, navem Thurfini le Paumer ibidem arestatam occasione transfretationis regis sine dilatione abire permittant. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, viij die Maii.

De quodam prisone replegiando.—Mandatum est B. de Insula quod si Johannes de Brehull', captus et inprisonatus apud Aylesbir' pro transgressione foreste regis, invenerit ei bonos et salvos plegios de stando recto coram justiciariis foreste cum primo ad partes illas venerint ad placita foreste tenenda, tunc ipsum ita replegiari faciat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo de Trublevill'.—Rex R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Bene reducimus ad memoriam quod manerium de Balimadun', quod Robertus Ruffus tenuit de ballio domini J. regis, patris nostri, et quod dilecto et fideli nostro Radulfo de Trublevill' per cartam nostram concessimus, in manum nostram capi precepimus eo quod decepti fuimus in concessione quam eidem Radulfo inde fecimus. Et quia Johannes le Cordewaner, cui predictus Radulfus manerium illud commiserat ad feodi firmam pro x marcis ei annuatim reddendis, eidem Radulfo liberavit x li. pre manibus; eidem Johanni de denariis nostris liberari precepimus x marcas et uxori ejus v marcas, dantes vobis in mandatis quod eidem Radulfo redditum illius manerii de termino Sancti Johannis Baptiste, anno etc. xij, et blada et catalla sua usque ad festum Sancti Michaelis anno eodem, et similiter uxori ejusdem Johannis catalla et blada sua seminata in terra ejusdem manerii que ei assignata fuit nomine dotis sue, habere permitteretis; postea vero concedentes eidem Radulfo predictum manerium de Balymadun' cum pertinentiis tenendum ad vitam suam, ei inde saisinam fieri precepimus. Quo comperto, quia predicta uxor predicti Johannis saisita fuerat de terra in eodem manerio ei assignata nomine dotis, que quidem terra capta fuit in manum nostram, et cum manerium illud in manum nostram captum fuisset per preceptum nostrum, conquerens de predicto Radulfo et hominibus suis quod eam inde disseisivissent injuste et sine judicio; tulit super eos breve nove disseisine; super quo facto, per literas vestras ad nos inde destinatas nos duxistis consulendos; et nos vobis respondentes mandavimus quod secundum legem et consuetudinem terre nostre Hibernie faceretis quod inde fuisset faciendum. Cum etiam perventum esset ad recognicionem illius assise faciendam, recognoverunt juratores illius assise quod idem Radulfus, cui videbatur in hoc non deliquisse, amitteret saisinam dicti

1230.

[m. 6.] tenementi et dampnatus esset ad xx marcas eidem uxori dicti Johannis reddendas occasione illius dissaisine pro dampnis suis. Et ideo vobis mandamus quod convocatis recognitoribus dicte assise, diligenter ab eis inquiratis sub debito prius prestiti sacramenti si predictus Radulfus et homines sui nominati in brevi nove dissaisine aliter quam per preceptum nostrum ingressi fuerunt predictam terram, de qua predicta mulier questa est se injuste et sine judicio fuisse dissaisitam; et si, facta inde inquisicione diligenti per eosdem, constiterit vobis ipsum Radulfum et homines suos non aliter quam per predictum preceptum nostrum ingressos fuisse saisinam dicte terre, tunc de predictis xx marcis ipsum quietum esse faciatis. Si vero per inquisicionem predictam certificati fueritis ipsum Radulfum et homines suos predictos aliter quam per predictum preceptum nostrum terram illam fuisse ingressos; vobis relinquimus faciendum quod de jure et secundum legem et consuetudinem terre nostre Hibernie videritis faciendum. Teste S. de Sedgrave ut supra.

De exenniis austurcorum vel aliarum avium.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod cum aliquod exennium austurcorum, girofalconum vel aliarum avium de Norwegia vel aliunde in partibus suis ad opus regis advenerit, illud recipiat et salvo custodiat donec Henricus de Hauvill', cui rex vult illud liberari, pro eo venerit; cui etiam cum aliquod hujusmodi exhennium ad ipsum vicecomitem perventum fuerit, sine dilatione aliqua scire faciat. Teste S. de Sedgrave apud Norht', xvij die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' et Suff'.

De navibus deliberandis.—Mandatum est ballivis portus de Winchel' quod tres naves quas in portu suo arestaverunt, quarum unam ducit Petrus Johannis de Susey et aliam Bernardus de Sancto Johanne et terciam Julianus de Camer', deliberari faciant cum mercandisis in eis contentis, non obstante mandato regis eis directo de hujusmodi navibus arestandis; accepta prius ab eis securitate per sacramentum eorum quod alibi non divertent cum navibus illis quam in terram regis de Burdegala et Baiona. Teste ut supra.

De terris que fuerunt W de Braos'.—Rex commisit W. comiti Marescallo omnes terras terras (*sic*) que fuerunt Willelmi de Braos', custodiendas quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ballivis ipsius comitis has literas deferentibus sine dilatione plenam saisinam habere faciat de omnibus terris que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua; et si quid inde per ipsum vel suos captum fuerit vel amotum post captionem ipsius Willelmi, id eisdem ballivis reddi faciat. Teste S. de Sedgrave apud Heref', xxv die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Heref', Surr' et ballivo de Kaermerdin' et Waltero de Clifford' de terra que fuit ipsius Willelmi in Sancto Claro.

Patens.—Et mandatum est omnibus militibus et liberis hominibus et aliis de terris, tenementis et feodis que fuerunt ipsius Willelmi, quod eidem comiti et ballivis suis has literas deferentibus in omnibus que ad

1230.
[m. 6.] custodiam illam pertinent, intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus Hereford' et Surr' quod nullam districtionem faciant in terris que fuerunt ipsius W. pro debitis que idem W. vel R., pater suus, domino regi debuit, quamdiu terre predicte fuerint in manu domini regis et in custodia predicta. Teste ut supra.

De quarellis mittendis usque Skenefrith'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat constabulario de Skenefrith' trescentos quarellos de quarellis regis qui sunt in custodia sua. Teste rege apud Hereford', xxvij die Maii.

Pro abbate de Flexl'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod permittat abbatem de Flexl' habere fabricam suam errantem in foresta nostra de Den', sicut habere consuevit ante transfretationem regis per preceptum suum, et maeremium in eadem foresta sicut prius habere consuevit. Teste rege apud Heref', xxx die Maii.

Pro servientibus de Sancto Briavello.—Mandatum est eidem quod permittat servientes regis de Sancto Briavello habere pasturam suam in foresta Sancti Briavelli, et husbot' et heibot', sicut ea habere debent et habuerunt ante transfretationem domini regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Hoes' et uxore ejus.—Quia constat regi per inquisicionem factam per preceptum regis quod terra que fuit Johannis de Dorsinton' in Sturton', qui utlagatus fuit pro morte Walteri de Dorsinton' unde rectatus fuit, extitit in manu domini regis per unum annum et unum diem, et quod idem Johannes eandem terram tenuit de Willelmo Hoese et Margareta uxore ejus; mandatum est vicecomiti War' quod eidem Willelmo de terra illa plenam saisinam habere faciat. Teste S. de Sedgrave apud Wigorniam, ij die Junii.

De nave deliberanda per sacramentum.—Mandatum est ballivis de Wincheles' quod si Reymundus Bernardi et Petrus de Roan, mercatores, coram eis juraverint super sacrosancta evangelia quod de Baionia sint et quod non divertent cum vinis et mercandisis suis in loco aliquo ubi dampnum regi vel eis possit evenire; tunc navem suam, que in portu suo arestata est, cum vinis et mercandisis suis sine inpedimento abire permittant. Teste S. de Sedgrave apud Kideministr', viij die Junii.

De Johanne de Monemue et aliis assignatis ad assignandum uxori Willelmi de Braos' dotem suam.—Rex attornavit Johannem de Munemue una cum Willelmo de Furches et Elya thesaurario Herefordensi ad assignandum Eve, que fuit uxor Willelmi de Braos', racionabilem dotem suam de terris et tenementis que fuerunt predicti Willelmi in Brechinnioch', Went', Kint', Radenour', Kingesleun', Erlesleu', Seintcler et Tottenes', retentis in manu regis castris que fuerunt ipsius Willelmi. Et mandatum est Johanni de Monemue quod una cum predictis Willelmo de Furchis et thesaurario Herefordensi, quibus idem mandavit rex, certis diebus

1230.

[m. 6.] et locis conveniant ad assignandum predicte Eve secundum legem et consuetudinem terre racionabilem dotem suam de predictis terris que fuerunt predicti Willelmi, retentis in manu regis castris que fuerunt predicti Willelmi, sicut predictum est. Teste S. de Sedgrave apud Salopiam, xij die Junii.

Eodem modo scribitur Willelmo de Furches et et (*sic*) Elye, thesaurario Herefordensi, et magistro Willelmo de Cristescherch', senescallo comitis Marescalli, quod dotem suam ei assignet una cum predictis et habere faciat, sicut predictum est.

De honore Richemund'.—Rex reddidit P. comiti Britannie honorem Richem' cum omnibus pertinentiis suis. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem comiti sine dilatione plenam saisinam habere faciat de omnibus terris et tenementis ad predictum honorem pertinentibus in balliva sua, tam in dominicis quam in serviciis et aliis. Teste S. de Sedgrave apud Staff', xvj die Junii.

Pro priore Lewens'.—Prior Lewensis coram Willelmo de Muncell', Willelmo Bernehus, Amfredo de Feringes et Johanne le Cunte, justiciariis assignatis ad assisam ultime presentacionis capiendam inter eundem priorem, petentem, et Galfridum de Dunstanvill', deforciantem, de ecclesia de Gretham', recuperavit saisinam advocationis predicte ecclesie. Et mandatum est Radulfo episcopo Cycestrensi quod non obstante reclamatione predicti Galfridi, ad presentacionem predicti prioris idoneam personam ad eandem ecclesiam admittat. Teste S. de Sedgrave apud Staff', xiiij die Junii.

Pro Petro Pictavensi.—Mandatum est ballivis de Jernem' quod duas naves quas dominus rex ante transfretationem suam dedit Petro Pictavensi que fuerunt * capti et detenti in prisona pro morte * , eidem Petro sine dilatione habere faciat, cum batellis et omnibus aliis ad naves illas pertinentibus.

De tradendo in ballio.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum suum quod Juliana, que fuit uxor Petri le Taunur, appellat Walterum Hiberniensem, Johannem Kempe, Robertum Hoppesort et Editham la Daye de morte predicti Petri quondam viri sui odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Wilt' quod si quilibet ipsorum Walteri, Johannis, Roberti, et Edithe invenerit ei sex probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc eos eis tradet in ballio sicut predictum est. Et habeat ibi nomina ipsorum qui eos manuceperint et hoc breve. Teste S. de Sedgrave apud Lenton', xxij die Junii.

De nave permittenda abire.—Mandatum est Sahero de Sutton' et sociis suis quod non obstante precepto regis eis facto de navibus

* Blank in MS.

1230.

[m. 6.] arestandis, permittant navem Walteri filii Randulfi de Dunewic', carcatam lana Hugonis de Seleby majoris Eboraci, quam arestari fecerunt apud Hul, in partes Flandrie libere et sine impedimento divertere. Teste S. de Sedgrave apud Linc', xxvij die Junii.

Eodem modo scribitur eisdem de nave Roberti Blund', mercatoris de Doay, deliberanda cum rebus in ea contentis et permittenda abire quo voluerit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur W. comiti Warenn' et sociis suis, custodibus portuum et costere maris in comitatu Norf', de duabus navibus carcatis lana Walteri Cruselin de Ipre et sociorum suorum mercatorum de Flandria, quas arestari fecerunt apud Lenn', permittenda (*sic*) abire cum predicta lana et aliis mercandisis suis ad partes suas.

Eodem modo scribitur eisdem de nave carcata lana et rebus Aelardi Iserman, mercatoris Hoiland', permittenda abire ad partes Flandrie, que quidem navis arestata est apud Lenn'.

De navibus deliberandis.—Eodem modo scribitur Thome de Muleton' et sociis suis, custodibus portuum in comitatu Linc', de nave Willelmi filii Willelmi, mercatoris Hoyland', arestata apud Sanctum Botulfum, permittenda abire ad partes Flandrie.

Mandatum est Sahero de Sutton' et sociis suis, custodibus portuum et costere maris in comitatu Eboraci, quod non obstante etc. navem Willelmi de Oreford', carcatam coriis Andree Bukerel, civis Lond', quam arestaverunt apud Hul, libere et sine inpedimento abire permittant quo voluerit cum coriis predictis et aliis rebus in ea contentis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur—

- eisdem de navibus Johannis Kyte, Willelmi le Masuer de Graveling', arestatis apud Hul, permittendis abire ad partes suas, accepta securitate quod sint de terra comitis Flandrie.
- eisdem de nave Alelmi Columbel, mercatoris de Abbevill' de terra comitis de Pontif, arestata apud Hul, permittenda abire ad partes suas cum rebus in ea contentis. Teste ut supra.
- eisdem de nave Nicholai de Dam, arestata apud Hul, permittenda abire ad partes suas, accepta securitate quod sit de terra comitis Flandrie.
- Thome de Muleton' de nave Gileberti Ruffi de Sandwico, carcata lana Stephani de Croy, arestata apud Sanctum Botulfum, permittenda abire ad partes Flandrie.
- W. comiti Warenn' et sociis suis in comitatu Norf' de navibus Mathei filii Galfridi, Johannis Herebrand', Willelmi Hereward', Edmundi de Walsingham, Radulfi Cosman' et Willelmi Aleman, hominum de Len', ibidem arestatis, permittendis abire ad partes Norweye et Scottie.

Mandatum est W. de Raleg' et sociis suis justiciariis de B

De nave deliberanda.—Mandatum est Bertram de Cryoil et sociis suis custodibus portuum Kancie, quod non obstante etc. navem Ricardi de Depa, in qua carcate sunt res et mercandise Johannis Gasce et Symonis

1230.

[m. 6.] Caboch', que quidem arestata est apud Sandwicum, libere et sine inpedimento abire permittat cum rebus et mercandisis in ea contentis. Teste S. de Segrave apud Linc', xxviij die Junii.

De vinis deliberandis.—Monstravit regi Radulfus de Imovill', mercator, quod cum nuper periclitasset prope Bamburg' quedam navis cum vinis et aliis mercandisis, ita quod marinelli salvo aplicuerunt et quedam pars vinorum et mercandisarum suarum ad terram devenisset, Brianus filius Alani decem dolia et quasdam alias mercandisas suas nomine wrek' arestavit et adhuc detinet; unde cum nullum wrek' habeatur ubi aliquis homo vel marinellus ad terram salvo devenerit, licet navis in qua fuerunt periclitet, mandatum est eidem Briano quod, si ita est, vina sua predicta et alias mercandisas suas si quas arestavit ea occasione, ei sine dilatione deliberet. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Baiocis.—Quia Willelmus de Baiocis coronator regis est in comitatu Linc' et quietus esse debet de assisis, juratis et de sectis comitatuum extra comitatum illum quamdiu fuerit coronator regis; mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsum Willelmum, quamdiu fuerit in officio illo, non ponat in assisis vel juratis nec ad faciendum sectam ad comitatum suum eum distringat. Teste S. de Sedgrave apud Linc', xxviij die Junii.

De navibus deliberandis.—Mandatum est W. comiti Warenn' et sociis suis, custodibus portuum in comitatibus Norf' et Suff', quod non obstante etc. naves Radulfi Cosman, quas Absolon de Sancto Botulfo, Lefman de Wutton', Ailgerus de Sutton', et Godman de Wutton' ducunt, sine inpedimento permittant abire in partes Scottie. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Sahero de Sutton' et sociis suis quod non obstante etc. quod navem Radulfi de Grimesb' et Galfridi de Thorne, quam arestaverunt apud Hul, abire permittant cum rebus et mercandisis suis. Teste ut supra.

De aula castri Noting' reparanda.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat constabulario Noting' maeremium in foresta regis, ubi melius viderit expedire et ad minus nocumentum foreste regis de Noting', ad alam aule regis in castro Noting' perficiendam, quam de precepto regis facit reparari; et in propria persona sua accedat ad idem castrum et videat quid et quantum maeremii opus fuerit ad barbecanas et palitia ipsius castri reparanda, et illud eidem constabulario per visum viridariorum et forestariorum regis liberari faciat ad predicta predicta (*sic*) facienda. Teste ut supra.

[m. 5.] *Pro abbate de Beauchef'.*—Mandatum est vicecomiti Noting' quod, non obstante mandato regis de terris que fuerunt Radulfi Musard' in manum regis capiendis, terram quam idem Radulfus dedit abbati de Beauchief' in vita sua in Waldeself' et in Hanleg', eidem abbati in pace tenere permittat cum rebus et catallis ipsius abbatis in eadem terra inventis. Teste S. de Segrave apud Linc', j die Julii anno regni nostri xiiij.

1230.

[m. 5.] *De navibus deliberandis.*—Mandatum est Gaufrido de Lucy quod navem Roberti Cuillard', carcatam vinis Reineri Aucoste, Petri Aucoste, et Widonis Ruffi, hominum comitis Pontif', quam arestari fecit apud Portesmue occasione precepti quod habuit de navibus arestandis, libere et sine impedimento abire permittat cum vinis predictis et rebus suis in eadem navi contentis. Teste ut supra.

Mandatum est W. comiti Warenn' et sociis suis etc. quod non obstante etc. navem Johannis de Estring quam abbas de la Dale conduxit ad opus suum ad eundum ad partes Norwagie pro negociis domini Pape, quo quidem arestata est apud Lenn', sine difficultate eidem abbati habere permittant. Teste S. de Sedgrave apud Linc', j die Julii.

Mandatum est Thome de Muleton' et sociis suis, custodibus portuum et costere maris in comitatu Linc', quod, non obstante mandato regis eis facto de navibus arestandis, duas cogas de Colonia et unam cogam de Grenig', et duas cogas de Stoverne, de quibus Petrus de Andwerp' ducit unam cogam de Colonia, et Gerardus de Flerching' aliam de Colonia, et Albertus de Grenig' cogam de Grenig, et Dodo de Staverne et Amisius de Staverne illas duas cogas de Staverne, permittant abire versus partes suas cum rebus et mercandisis suis in eis contentis. Teste S. de Sedgrava apud Stanf', iij die Julii.

Mandatum est W. comiti Warenn' et sociis suis, custodibus portuum in comitatu Suff', quod si Johannes filius Roberti, homo Henrici de Sancto Albano civis Lond', fecerit eos securos quod navis quam Nicholaus de Dunewic' ducit carcatam lanis et coriis predicti Henrici, non divertet alibi quam usque in Flandriam, ipsam navem in portu de Orewell' arestatam deliberari faciant et illuc ire permittant cum predictis lanis et coriis, non obstante etc. Teste supra.

Mandatum est Thome de Moleton' et sociis suis quod non obstante, etc. navem Simonis Cuple, in qua res et mercandise Walteri Beket et sociorum suorum mercatorum de Cambray carcate sunt, quam arestaverunt apud Sanctum Botulfum, accepta securitate quod cum navi predicta et rebus in ea contentis usque Dam divertent et non alibi, libere et sine inpedimento abire permittant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem de duabus navibus Othonis de North' et Mainardi de North', mercatorum de North' de terra imperatoris, quas arestaverunt apud Sanctum Botulfum, libere et sine impedimento permittendis abire cum rebus in eis contentis Teste ut supra.

De navibus deliberandis.—Mandatum est Thome de Muleton' et sociis suis etc. quod non obstante etc. navem Hugonis Conam de Cadomo, quam arestaverunt apud Sanctum Botulfum, permittant carcari omnibus quibus poterit mercandisis, exceptis blado et aliis victualibus, et abire sine inpedimento cum rebus et catallis in eis contentis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem de nave Willelmi Bernard' de Cadamo arestata apud Sanctum Botulfum, permittenda carcari ut supra etc. Teste.

1230.

[m. 5.] Eodem modo scribitur eisdem de nave Johannis de Cailli de Dep' arestata apud Sanctum Botulfum etc. ut supra.

Eodem modo scribitur Thome de Muleton' et sociis suis etc. quod non obstante etc., navem Gileberti de Sandwic' carcatam lana et plumbo, quam arestari fecerunt occasione ejusdem precepti apud Sanctum Botulfum, permittant diverti quo voluerit cum predicta lana et predicto plumbo et aliis rebus et mercandisis suis. Teste S. de Sedgrave apud Huutindon', iiij die Julii.

De perdonatione misericordie.—Quia constat regi per Stephanum de Sedgrave quod misericordia dimidie marce, in quam incidit Thomas filius Felicis coram eodem Stephano et sociis suis justiciariis nuper assignatis ad assisam nove dissaisine capiendam et gaiolam deliberandam apud Staff', per eosdem fuit ei perdonata pro paupertate sua; mandatum est vicecomiti Staff' quod pacem ei inde permittat, nullam ei super hoc inferens aut inferri permittens molestiam aut gravamen. Teste ut supra.

Pro Roberto Musard'.—Quia Robertus Musard' invenit regi salvos plegios; scilicet, Thomam de Muleton et Henricum de Walepol, de stando recto ad summonitionem regis super eo quod castrum et terras de Musardera, que fuerunt Radulfi Musard', patris sui, adhuc ipso patre suo vivo ingressus est contra formam pacis regis; mandatum est vicecomiti Eboraci quod de terris ipsius Roberti in balliva sua que capte fuerunt in manum regis occasione predicta, plenam ei sine dilatione inde saisinam habere faciat. Teste S. ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' pro eodem.

Pro uxore et filiis et filiabus Willelmi de Colevill'.—Mandatum est Roberto Coffin et Roberto de Dyva quod per visum proborum et legalium hominum venditionem faciant de aliqua parte bosci de Byham, ubi commodius poterunt et ad minus nocumentum ejusdem bosci, et de denariis inde provenientibus uxori que fuit Willelmi de Colevill' et filiis et filiabus suis et necessarie familie sue ad victum suum racionabile estoverium suum inveniant usque ad festum Sancti Petri ad Vincula anno etc. xiiij. Ita quod de denariis provenientibus de bosco quem vendiderint, penes se habeant unam talliam et ipsi per quorum visum hoc fecerint aliam talliam. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est W. comiti Warennie et sociis suis quod non obstante etc. naviculam Osberti Martini de Kileboeu in Normannia, quam arestaverunt apud Jernem', sine inpedimento abire permittant cum catallis in ea inventis. Teste ut supra.

De custodia terrarum et heredum Willelmi de Braos'.—Rex concessit W. comiti Marescallo custodiam terrarum et heredum Willelmi de Braos' usque ad etatem ipsorum heredum, cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem comiti de omnibus terris que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua, sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste S. de Sedgrave, apud Westmonasterium, xj die Julii. Per breve regis sub magno sigillo.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumerset' et Dors', Wilt', Heref' et Surr' de terra in Patenden'.

1230.

[m. 5.] *Pro Willelmo de Vernun.*—Mandatum est vicecomiti Berk' quod non distringat vel distringi permittat Willelmum de Vernun', justiciarium Cestrie, ad faciendum sectam ad comitatum vel hundreda; nec ipsum ponat vel poni permittat in assisis, juratis vel recognicionibus, quamdiu dictus comes Cestrie cum rege fuerit in servicio suo in partibus transmarinis, et idem Willelmus justiciarius Cestrie fuerit. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Berk' quod non occasionet vel occasionari permittat Willelmum de Vernun, justiciarium Cestrie, occasione armorum assidendorum in balliva sua, nec ei aliquam inde inferat aut inferri permittat molestiam aut gravamen. Et si ipsum vel etiam aliquem alium de balliva sua posuerit in defalta occasione predicta, ipsos inde quietos esse faciat, quia rex non vult ipsos inde gravari vel occasionari. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est W. comiti Warennie et sociis suis, custodibus portuum et costere maris in comitatibus Norf' et Suff', quod navem de Graveling' carcatam rebus et catallis Ernaldi Geroldun et Petri Boneface et Petri de la Cassain', mercatorum, qui habent literas regis patentes de conductu, que quidem navis arestata est in portu de Brodhe, sine impedimento permittant abire usque in partes Flandrie, non obstante mandato domini regis quod eis factum fuit de navibus arestandis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Cum Robertus de Russeden' captus sit et detentus in prisona domini regis eo quod fuit suspectus de malo recto in comitatu Suhampton'; mandatum est vicecomiti Hertford' quod si aliquis de comitatu suo de amicis ipsius Roberti invenerit ei xij legales homines qui eum manucapiant ad habendum eum standi recto si quis versus eum loqui voluerit; tunc predictos homines coram coronatoribus et legalibus hominibus de comitatu suo recipiat, et eorum nomina imbreviari et scire faciat dilecto et fideli nostro Galfrido de Lucy, sub cujus custodia idem Robertus est in prisona regis apud Porcestr'. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo de Trublevill'.—Rex R. de Burgo, justiciario suo Hibernie, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatenus in presencia proborum et legalium hominum, convocatis coram vobis juratoribus assise nove disseisine capte inter Aufricam que fuit uxor Johannis le Cordewaner et dilectum et fidelem nostrum Radulfum de Trublevill' et ballivos suos de terra in Ballimadun, diligenter ab eisdem juratoribus inquiratis sub debito prius prestiti sacramenti, si disseisina illa, quam predicta Aufrica questa est sibi factam fuisse per eundem R. et ballivos suos, facta fuisset tempore quo terra predicta fuit in manu nostra per preceptum nostrum post primam seisinam quam idem R. inde habuit de precepto nostro; vel tempore quo idem R. seisinam postea habuit de terra illa tenenda ad vitam suam per preceptum nostrum; vel postea tempore quo seisinam inde habuit per cartam nostram; ita quod idem R. terram illam teneat in vita sua et Henricus de Trublevill' post eum tanquam heres suus. Si

1230.

[m. 5.] vero post eandem inquisitionem diligenter factam constiterit vobis disseisinam illam factam fuisse tempore quo terra illa fuit in manu nostra post primam seisinam suam, sicut predictum est, manifestum est quod idem Radulfus et ballivi sui eam inde non disseisiverunt; et si eam non disseisivit, non ergo judicandum est quod de predicta terra versus eos seisinam recuperet, vel quod ipsi dampnentur ad aliqua deperdita eidem Aufrice ea occasione solvenda. Sive ergo facta fuisset seisina illa tempore quo predicta terra fuit in manu nostra per preceptum nostrum post primam seisinam ipsius R., sicut predictum est, vel tempore quo idem R. terram illam tenuit ad vitam suam, sive postea tempore quo terram illam tenuit per cartam nostram, sicut predictum est, secundum legem et consuetudinem terre nostre Hibernie, eidem R. tam de terra illa quam de xx marcis eidem Aufrice adjudicate fuerunt pro deperditis per eandem disseisinam, justiciam faciatis exhiberi, ne clamor iteratus ad nos inde debeat pervenire. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est W. comiti Warennie et sociis suis etc. quod navem de Graveling' carcatam rebus et catallis Ernaldi Geraldun, Petri Boneface et Petri de la Cassayne, mercatorum, qui habent literas regis de conductu, que quidem navis arestata est in portu de Brodhe, sine inpedimento permittat abire usque in partes Flandrie, non obstante mandato regis eis facto de navibus arestandis. Teste ut supra.

De tradendis in ballium. —Mandatum est vicecomiti Warewic' quod si Hugo de Ardern', Nicholaus filius Henrici, Willelmus filius Willelmi de Wappenbir', Ricardus de Puz, Henricus filius Thome de Merton' et Johannes filius Roberti de Merton' capti et detenti in prisona regis apud Exoniam, invenerint ei probos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant habere quando et ubi rex preceperit, ad standum recto si quis versus eos loqui voluerit, tunc per literas suas significet vicecomiti Devonie ipsum predictam securitatem cepisse, cui rex per literas suas mandavit quod ex quo hoc ei significaverit eos a prisona deliberari faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad mandatum vicecomitis War' ipsos deliberet, sicut predictum est.

Pro comite Britannie.—Rex reddidit P. comiti Britannie omnes terras suas in Anglia tam in dominicis quam in serviciis. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod eidem comiti de terra cum pertinentiis in Swaves', quam Alanus vicecomes de Rohan tenuit de eo in capite et quam Nicholaus de Molis tenet de ballio regis, et de terra cum pertinentiis in Fulebum' quam idem vicecomes tenuit de eodem comite et quam Willelmus de Serland' similiter tenet de ballio regis, cum feno hujus autumpni, sine dilatione plenam saisinam habere faciat, salvis eisdem Nicholao et Willelmo bladis et catallis suis que habent in eisdem terris. Teste S. de Sedgrave, apud Westmonasterium, xiij die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' de manerio de Costes' cum pertinentiis, quam predictus vicecomes de Rohan tenuit de eodem comite Britannie

1230.

[m. 5.] *De navibus deliberandis.*—Mandatum est W. comiti Warennie et sociis suis, custodibus portuum et costere maris in comitatibus Norf' et Suff', quod non obstante mandato regis etc. de navibus arestandis, duas naves de Graveling' arestatas apud Lenn', quarum unam ducit Gilebertus le Uncle et aliam Johannes Ruffus, et duas naves de Dam arestatas ibidem, quarum unam ducit Dithericus de Prato et Hugo filius Thome aliam, deliberari faciant et abire permittant versus partes Flandrie cum rebus et catallis suis in eis contentis. Teste ut supra.

De tradendis in baillium.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum regis quod Johannes prepositus de Huneston* et Thomas le Sauser, capti et detenti in prisona regis pro morte Michaelis filii Mathei de Ellington' unde rectati fuerunt et appellati, appellati sunt de morte illa odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Wilt' quod si uterque illorum invenerit ei xij probos et legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc.; tunc tradat eos in ballium sicut predictum est. Teste ut supra.

De quodam coronatore in comitatu Bed'.—Mandatum est vicecomiti Bed' quod loco Hugonis de Saleford' quondam coronatoris in comitatu suo qui mortuus est, in pleno comitatu suo per assensum totius comitatus de discretioribus et legalioribus militibus ejusdem comitatus alium faciat eligi coronatorem, qui prestito sacramento sicut fieri debet et solet extunc faciat et conservet una cum alio coronatore ejusdem comitatus ea que ad coronam regis pertinent; et talem eum eligat qui fideliter et diligenter ad hoc intendat. Teste S. de Sedgrave, apud Westmonasterium, xiiij die Julii.

Pro Warino le Paneter.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod terram Warini le Paneter, custodis gaiole Wintonie, quam cepit in manu regis occasione escapii latronum de eadem gaiola, eidem Warino replegiari faciat una cum custodia predicte gaiole, quousque rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est Bertram de Crioil et Henrico de Sandwic' quod, non obstante mandato domini regis eis facto de navibus arestandis, navem de Baionn arestatam in portu de Sandwico quam Johannes de Goce duxit cum catallis in ea contentis, libere et sine inpedimento abire permittant. Teste ut supra.

Pro Willelmo fabro.—Mandatum est ballivis Glouc' quod habere faciant Willelmo fabro loco Johannis de Malemort fratris sui, qui singulis diebus fabricare debuit centum quarellos et percipere sex denarios et obolum et qui recessit a servicio regis, liberaciones suas a die Pasche anno regni nostri xiiij° usque ad vigiliam Pentecostes, utroque die computato, per quod tempus idem Willelmus fabricavit pro predicto fratre suo tot quarellos quot ipse frater suus debuit fabricasse in die. Et computabitur vobis ad Scaccarium nostrum per aliud breve quod penes vos habetis. Teste ut supra.

* Substituted for Adam Wranch'.

1230.
[m. 5.] *De estoverio uxoris et familie Willelmi de Colevill'.*—Mandatum est Roberto Coffin et Roberto de Diva quod in forma qua rex eis per alias literas suas mandavit, fieri faciant venditionem de aliqua parte bosci de Biham, et de denariis inde provenientibus uxori que fuit Willelmi de Colevill' et filiis et filiabus suis et necessarie familie sue, ad victum suum rationabile estoverium suum inveniant usque ad festum Sancti Bartholomei, anno etc. xiiij°. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est Galfrido de Lucy quod navem quam arestari fecit in portu de Shorham, quam Simon Estian ducit carcatam mercandisis Thome de Bonsmulins de Rothomago, permittat hac vice cum predictis mercandisis abire quo voluerint, non obstante mandato regis ei facto de navibus arestandis. Teste ut supra.

Pro Johanne et Gerardo Talebot'.—Mandatum est G. de Luscy quod cum Johannes Talebot et Gerardus frater ejus ad eum venerint vel homines suos miserint pro navibus habendis ad transfretandum ad regem in Britanniam, eis naves, pontes et cleyas habere faciat ad denarios regis, quos rex solvi faciet cum eorum summam scierit. Teste S. de Sedgrave, apud Westmonasterium, xvij die Julii.

Pro anima Reymundi de Burgo.—Rex vicecomiti Norf' salutem. Scias quod Reymundus de Burgo mortuus est, et concessimus ei quod ad debita sua acquietanda et ad elemosinas pro anima sua faciendas, habeat omnia catalla sua. Et ideo tibi precipimus quod Willelmo Pucyn et Martino Gulafre, sociis suis, de omnibus catallis que fuerunt ipsius Reymundi in balliva tua, sine dilatione plenam seisinam habere facias ad debita sua acquietanda et ad erogandum pro anima sua, sicut predictum est. Teste S. de Segrave, apud Westmonasterium, xvij die Julii, anno regni nostri xiiij°.

Eodem modo scribitur vicecomiti Midelsex', vicecomiti Essex et Hertf', vicecomitibus Kancie, Hunt', Sumers', Buk' et Bedef', pro eodem.

De navibus deliberandis.—Rex dilectis et fidelibus suis Bertram de Crioil et Henrico de Saundwic' salutem. Mandamus vobis quod, non obstante mandato nostro quod vobis fecimus de navibus arestandis, duas naves carcatas lana et aliis mercandisis Stephani de Croy et arestatas apud Sandwicum, quarum unam ducit Bateman de Sandwic' et aliam Edwardus Ruffus, sine inpedimento permittatis abire versus partes Flandrie. Teste S. de Segrave, apud Westmonasterium, xvij die Julii, anno regni nostri xiiij°.

Rex W. comiti War' et sociis suis, custodibus portuum et costere maris in comitatibus Norf' et Suff', salutem. Mandamus vobis quod, non obstante mandato nostro vobis facto de navibus arestandis, cogam de terra comitis de Hodland' arestatam apud Lenn', quam Nicholaus Clertebars et Henricus socius ejus ducunt, sine inpedimento abire permittatis cum rebus et mercandisis in ea contentis. Teste ut supra

1230.

[m. 4.] Rex ballivis Glouc' salutem. Mandamus vobis quod Willelmo fabro fabricanti quarellos nostros apud Sanctum Briavell' per preceptum nostrum, qui percipit in die septem denarios et obolum, et singulis diebus fabricabit . . . . pro liberationibus suis de sexaginta et uno die; videlicet, a festo Beati Petri ad Vincula, anno regni nostri xiiij°, usque ad festum Sancti Michaelis anno eodem, utroque die computato. Faciatis etiam habere Willelmo . . . . flechiandos et inpennandos, qui capit in die duos denarios et obolum, duodecim solidos, et viij đ. et obolum pro liberationibus suis de eisdem diebus. Et computabitur vobis ad Scaccarium. Teste ut supra.*

Pro abbatissa de Cadomo.—Rex vicecomiti Essex'. Significavit nobis Ysabella de novo creata abbatissa de Cadomo, supplicans quod cum parata esset ad nos venire ad faciendum nobis quod facere tenetur racione terrarum suarum q . . . . per gwerram, id pacienter sustinere vellemus usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xiiij , et quod terras suas predictas ipsam et suas interim in pace tenere permitteremus. Attendentes igitur excusacionem ipsius [abbatisse, precipimus tibi quod ipsam] et suos, terras et tenementa sua in balliva tua interim in pace et sine inpedimento tenere permittas. Teste ut supra. Per breve regis sub magno sigillo.

Eodem modo vicecomitibus Glouc', Dorset', Wiltes'.

De navibus deliberandis.—Rex W. comiti War' et sociis suis, custodibus portuum et costere maris in comitatibus Norf' et Suff', salutem. Mandamus vobis quod, non obstante mandato nostro vobis facto de navibus arestandis, navem carcatam rebus . . . . arestatam apud Erewell', quam Augustinus de Donewic' ducit, sine inpedimento abire permittatis cum eisdem catallis. Teste ut supra.

Rex custodibus portus de Hul salutem. Mandamus vobis quod, non obstante mandato nostro quod vobis fecimus de navibus arestandis, navem in qua sunt catalla et mercandise Stephani Reimundi mercatoris Aggen[ensis qui habet literas] nostras de conductu, arestatam in portu de Hul, sine impedimento abire permittatis cum predictis catallis et mercandisis. Teste ut supra.

Mandatum est W. comiti Warennie et sociis suis, custodibus portuum et costere maris in comitatu Suff', quod, non obstante mandato regis de navibus arestandis, navem Petri de Colonia carcatam lana et aliis mercandisis mercatorum Colonie, quam arestari fecerunt apud Orewell', sine inpedimento permittant cum predictis catallis abire. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem de duabus navibus de Holland', carcatis rebus et mercandisis Willelmi de Montenegol', Petri Berard' et Michaelis de Walebroc, arestatis ibidem, permittendis abire. Teste ut supra.

* Crossed out, "quia in alio rotulo."

1230.

[m. 4.] *De quodam prisone.*—Mandatum est ballivis de Gernem' quod de rebus et catallis Johannis Hereb', capti et detenti in prisona regis apud Flet' pro morte hominis unde rectatus est, eidem Johanni et uxori et liberis suis rationabile estoverium faciant inveniri, preterquam de duabus navibus quas habuit et quas rex dedit Petro Pict[avensi]. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Serland'.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod, non obstante eo quod rex saisinam fieri precepit P. comiti Britannie de terra cum pertinentiis in Fileburn', quam Willelmus de Serland' tenuit de ballio regis, eidem Willelmo permittat sine inpedimento habere catalla sua que habet in eadem terra. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Montanago et Petro Berard.—Mandatum est Galfrido de Luscy quod permittat Willelmum de Montanago et Petrum Berard', qui habent literas domini regis de conductu, et homines suos carcare in portu Suhampt' lanas et alias mercandisas suas, et cum navibus in quibus lane et mercandise eorum fuerint carcate sine inpedimento quo voluerint abire, non obstante precepto domini regis quod habuit de navibus arestandis. Teste S. de Segrave, apud Westmonasterium, xxij die Julii, anno regni nostri xiiij°.

Mandatum est ballivis Suhampt' quod permittant predictos Willelmum et Petrum et homines suos cum navibus in quibus lane et mercandise eorum fuerint carcate, sine inpedimento quo voluerint abire. Teste ut supra.

De navibus deliberandis.—Mandatum est Sahero de Sutton' et sociis suis, custodibus portus de Hul, quod navem quam Dawe de Grimesby ducit carcatam rebus et mercandisis Elebaldi Rikewardi, quam arestari fecerunt in portu de Hul occasione precepti domini regis quod habuerunt de navibus arestandis, non obstante precepto illo sine inpedimento permittant cum rebus et mercandisis suis in partes Flandrie diverti. Teste ut supra.

Mandatum est Bartholomeo Criol, constabulario Dovor', et sociis suis custodibus portus Sandwici, quod navem quam Johannes de Gravelinge ducit carcatam rebus et mercandisis Ernaldi Geraldon et Bernardi Boniface, qui habent literas de conductu, quam arestari fecerunt in portu de Sandwico occasione precepti domini regis quod habuerunt de navibus arestandis, non obstante eodem precepto sine inpedimento permittant in partes Flandrie cum predictis rebus et mercandisis suis diverti. Teste ut supra.

De permittendo O. duce Saxonie currere ad bestias.—Mandatum est Willelmo de Millers, constabulario Windles,' quod cum O. de Lunesburg' dux Saxonie ad eum venerit usque Windlesor' et voluerit in foresta domini regis de Windles' ad bestias currere, eum sine inpedimento in eadem currere et bestias capere permittat. Teste S. de Segrave, apud Westmonasterium, xviij die Julii, anno regni regis xiiij°.

1230.

[m. 4.] Mandatum est Henrico filio Aucheri quod cum O. de Lunesburg' dux Saxonie ad eum venerit usque Havering', ipsum et suos in domibus domini regis honeste recipiat et permittat eum ad bestias currere sine inpedimento in parco de Havering', vel extra parcum pro voluntate sua. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est custodibus portus de Grimesby quod navem de Graveling' carcatam rebus et mercandisis Ernaldi Geraldon et Bernardi Bonyface, qui habent literas domini regis de conductu, quam arestari fecerunt in portu de Grimesby occasione precepti domini regis quod habuerunt de navibus arestandis, non obstante eodem precepto sine inpedimento cum rebus et mercandisis suis quo voluerint abire. Teste ut supra.

De capellano proviso ad celebrandum pro anima R. de Burgo.—Rex providit quod decetero sit unus capellanus in capella Sancti Johannis apud Westmonasterium, celebraturus ibidem divina pro anima Reymundi de Burgo, et quod singulis annis percipiat ad Scaccarium regis l s̄. ad sustentationem suam. Et mandatum est W. Carlelensi episcopo, thesaurario regis, quod predictum capellanum provideri et predictas l s̄. singulis annis ei habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De custodiendo prisone.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Matildem de Henxtes', captam et detentam in prisona abbatis de Abbend' pro morte Isabelle de Wicthal' et Ricardi filii sui unde rectata est, quam quidem Matildem idem abbas ei liberabit, recipiat et in prisona regis Oxonie salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste S. de Sedgrave, apud Swaneburn', xxv die Julii.

De navibus deliberandis.—Mandatum est W. comiti Warennie et sociis suis etc. quod naves de terra comitis Flandrie, quarum unam ducit Johannes de Munkerod' et aliam Walterus le Herecre et terciam Walterus del Dam, qui habent literas regis de conductu, que quidem naves arestate sunt apud Lenn', sine inpedimento quo voluerint abire permittant. Teste ut supra.

De custodiendo prisone.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Henricum de Sancto Edwardo prisonem captum et detentum in prisona abbatis Abendon', quem idem abbas ei mittet, recipiat et ipsum in gaiola domini regis apud Oxoniam salvo custodiat, donec aliud mandatum inde habuerit. Teste S. de Segrave, apud Eilesbir', xxv die Julii.

Pro Petro Pictavensi.—Rex commisit Petro Pictavensi terram cum pertinentiis in Stonieston' quam Ricardus de Greinvill' tenuit de ballio J. regis etc. et quam Robertus de Barrevill' postea habuit de ballio domini regis, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Petro sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste S. de Sedgrave, apud Norht', xxx die Julii.

1230.

[m. 4.] *De navibus deliberandis.*—Mandatum est ballivis portus de Hull' quod navem Willelmi de Muntenago et navem Petri Berald', qui habent literas regis de conductu, carcatas lana et in portu de Hul arestatas, sine inpedimento quo voluerint abire permittant, non obstante precepto regis de navibus arestandis. Teste ut supra.

De fenis de Esinden' et de Beford'.—Mandatum est Willelmo Pucyn quod fenum de maneriis de Esenden' et de Beford', quod falcari fecit et extra maneria illa asportari, quod quidem fenum ad warectum debet pertinere, in presentia sua a vicecomite Essex' un[a cum] probis et legalibus hominibus permittat appreciari; de quo precio rex ei respondebit si fenum illud ei remanere debeat per judicium.

Pro Ricardo filio Reginaldi et uxore ejus.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod loquelam que est in curia de Sandwico inter Matildem Tanere, petentem, et Ricardum filium Reginaldi et Roesiam uxorem ejus, tenentes, de tribus acris terre et xv s̄. redditus in Sandwico, ponant in respectum quamdiu idem Ricardus fuerit in partibus transmarinis. Teste S. de Sedgrave, apud Norht', j die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebrigie de loquela inter Willelmum filium Radulfi petentem, et Lucam de Kenovill', tenentem, de una carucata terre in Heres', unde idem Lucas per attornatum suum vocat ad warranciam Baldewinum de Ros' qui est cum rege in partibus transmarinis, etc.

Pro Galfrido de Staverton'.—Galfridus de Staverton' apud Norht', die Sancti Petri ad Vincula reddidit R. Cycestrensi episcopo, etc. et S. de Sedgrave ad opus regis unum spervarium sorum quem regi debuit de annuo redditu pro tenemento quod de rege tenet in Staverton.' Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De x navibus deliberandis.—Mandatum est Johanni Gubaud et Alano de Muleton' quod x naves que de Norwegia nuper venientes applicuerunt apud Grimesbi, carcate bordis sapineis, oleo et aliis mercandisis, quarum navium magistri literas regis habent de conductu; sinde (*sic*) inpedimento abire quo voluerint permittant. Teste apud Leic'.

[m. 3.] *De cogis deliberandis.*—Mandatum est W. comiti etc. quod sex cogas que sunt de terra imperatoris et venerunt de nundinis Sancti Botulfi carcate pannis, vinis et aliis mercandisis, deliberent et quo voluerint abire permittant, non obstante etc. Omnes etiam alias naves de terra imperatoris et comitis Flandrie que simili modo venerint in portus predictos, ad partes suas sine inpedimento redire permittant. Teste S. de Sedgrave, apud Leic', iiij die Augusti.

De armis assidendis in terris ecclesie Lincolniensis.—Mandatum est Simoni de Roppel' et sociis suis assignatis ad arma assidenda in comitatu Linc' quod permittant ballivos H. Lincolniensis episcopi et

1230.

[m. 3.] capituli Lincolniensis una cum uno eorum arma assidere in terris ecclesie Lincolniensis, secundum formam in literis regis contentam quas penes se habent; ita quod rotuli inde confecti penes eos remaneant R. Cycestrensi episcopo etc. et S. de Sedgrave secundum formam mandati regis quod penes se habent. Teste S. de Sedgrave, apud Lenton', vj die Augusti.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis portus de Hul quod navem del Dam de terra comitis Flandrie arestatam in portu de Hul, quam Hugo Corterchere ducit carcatam lana Walteri de Heddon' et Henrici de Heddon', libere et sine inpedimento abire permittant versus partes suas, non obstante etc. Teste S. ut supra.

Pro uxore et filiis et familia que fuit Willelmi de Colevill'.—Mandatum est Roberto Coffin' et Roberto de Dyva quod non obstante mandato regis eis facto de venditione facienda per visum et testimonium legalium hominum de aliqua parte bosci de Biham ad sustentationem uxoris que fuit ipsius Willelmi et filiorum et filiarum suarum et necessarie familie sue usque ad festum Sancti Bartholomei anno etc. xiiij., eisdem uxori et filiis et filiabus et neccessarie familie sue de bladis, que sunt in terra que fuit ipsius Willelmi, rationabile estoverium suum ad victum inveniri faciant per visum eorundem legalium hominum, a festo Sancti Laurencii anno eodem usque ad idem festum Sancti Bartholomei, nullam tempore illo de predicto bosco permittentes fieri venditionem. Teste ut supra.

Pro prisone deliberando.—Radulfus Cusin qui captus est et detentus in prisona regis apud Oxoniam pro malo recto, habet literas quod deliberetur in forma plenius scripta in rotulo finium.

De navibus deliberandis.—Mandatum est G. de Lucy et sociis suis custodibus portuum in comitatu Sussex' quod non obstante etc., quatuor naves que arestate sunt in portu de Winchel' carcate rebus et mercandisis mercatorum de terra comitis Flandrie de Brug' et de Doay, sine dilatione et inpedimento permittant abire quo voluerint. Teste S. de Sedgrave, apud Noting', x die Augusti.

Mandatum est eisdem quod non obstante etc., navem magistri et fratrum militie Templi de Rupella que vocatur Le Buscard' de Templo, arestatam in portu de Winchel', quam frater Johannes de Quisey qui habet literas de conductu ducit carcatam vinis, sine inpedimento permittant abire quo voluerit. Teste ut supra.

Pro David' filio Leulini de xx libratis terre.—Mandatum est baillivis Totenes' quod habere faciat (*sic*) L. principi Norwallie talem saisinam ad opus David filii sui de viginti libratis terre quas Willelmus de Breos' reddidit eidem David per ballivos suos de Totenes', quando dictus David filiam ipsius Willelmi desponsavit; qualem inde habuit tempore Willelmi de Breos' predicti ante infortunium quod de eo accidit. Teste etc. apud Noting', x die Augusti, anno etc. ut supra.

1230.

[m. 3.] *De navibus deliberandis.*—Mandatum est G. de Lucy etc. quod non obstante etc., duas naves vinis carcatas que de Rupella venerunt et arestate sunt in portu de Winchel', sine inpedimento abire permittant. Teste ut supra, quia magistri illarum navium habent literas H. de Trublevill' de conductu per preceptum regis.

Pro Augusto filio Willelmi de Notingham.—Quia constat regi per inquisicionem quam fieri fecit quod Swanus Passelewe qui abjuravit regnum regis pro morte Elene que fuit uxor Galfridi de Litleburg' unde rettatus fuit, tenuit unum toftum cum pertinentiis in Noting' de Augusto filio Willelmi et quod toftum illud extitit in manu regis per unum annum et unum diem; mandatum est vicecomiti Noting' quod eidem Augusto de predicto tofto cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est W. comiti Warennie et sociis suis custodibus portuum in comitatibus Norf' et Suff', quod non obstante etc. navem Archebaldi de Stovere, mercatoris de terra comitis Saxonie, quam idem Archebaldus ducit, que arestata est in portu de Orewell', sine inpedimento abire permittant. Teste ut supra.

Pro Olivero de Sancto Georgio.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non obstante precepto regis quod ei fecit de facienda saisina P. comiti Britannie de terra in Fulebec et in Ledenham, quam Oliverus de Sancto Georgio habuit de ballio regis, eidem Olivero libere et sine inpedimento faciat habere blada et alia catalla sua que habet in eadem terra, salvis eidem comiti fenis ejusdem terre pertinentibus ad warettum. Et si quid de predictis catallis vel bladis amotum fuerit, illud eidem Olivero restitui faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Gatesden, constabulario castri de Sefford' quod de centum doliis vini que per litteras suas significavit venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario regis, ipsum arestasse in quadam navi de Sefford' que venit de Rupella cum predictis vinis, de quibus l sunt Johannis Warner de Sefford' et alia l Willelmi Columbel de Rupella, retineat ad opus regis et salvo custodiat l dolia vini que sunt predicti W. donec aliud inde precipiat dominus rex, et alia l dolia vini dimittat quieta Johanni Warner de Sefford', cujus predicta navis est. Teste S. de Segrave, apud Pontem Fractum, xv die Augusti, anno regni regis xiiij.*

De prisone deliberando.—Rex constabulario castri de Berkamestud' salutem. Precipimus tibi quod cum Andreas de Seintfey, capellanus, invenerit vicecomiti nostro Sussex' bonos et salvos plegios pro Johanne le Curteis et Johanne le Yreis quos cepisti et captos tenes in prisona nostra apud Berkamestud' pro mala suspicione, et idem vicecomes Sussex' tibi per literas suas significaverit quod predictos plegios receperit pro eis ad standum inde recto coram justiciariis nostris ad primam assisam cum

* Cancelled, "quia aliter inferius."

1230.

[m. 3.] in partes Hertford' venerint; eos sine dilatione a prisona nostra deliberes, nisi capti sint sint (*sic*) pro morte hominis vel pro foresta nostra vel pro aliquo alio quare non sint replegiabiles. Et eidem vicecomiti per litteras tuas significes ob quam causam eos cepisti. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Sussex' etc.

De nave deliberanda.—Mandatum est Johanni de Gatesden', constabulario de Sefford', quod non obstante mandato etc. navem Johannis Warner de Sefford' quam significavit R. Cycestrensi episcopo etc. se arestasse cum centum doliis vini, quo voluerit abire permittat cum predictis vinis, accepta ab eo securitate quod alibi non divertet ad predicta vina vendenda nisi in terra Anglie. Teste ut supra.

Pro R. comite Cornubie de custodia terrarum et heredum Theobaldi filii Walteri.—Rex concessit R. comiti Cornubie custodiam terrarum et heredum Theobaldi filii Walteri et maritagium eorumdem heredum. Et ideo mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Theobaldi in balliva tua de quibus fuit saisitus die quo obiit, ei plenam saisinam habere faciat sicut predictum est; salvo Roesie que fuit uxor ipsius Theobaldi rationabili dote sua que eam contingit de eisdem terris. Faciat etiam habere eidem comiti heredes ipsius Theobaldi si in balliva sua inveniantur, in cujuscunque manibus fuerint inventi. Teste S. de Sedgrave, apud Shireburn', xv die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Lanc' et Dors' et Sumerset' et Eboraci.

Scribitur etiam R. de Burgo, justiciario Hibernie, per literas patentes sub eadem forma. Teste ut supra per literas quas misimus venerabili patri R. Cycestrensi episcopo etc. et S. de Sedgrave.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis portus de Hul quod non obstante etc. navem Willelmi Curtore del Dam de terra comitis Flandrie arestatam in portu de Hul, quam idem Willelmus ducit carcatam lana et plumbo et aliis mercandisis mercatorum de Beverle et de Ipra et del Dam, permittant libere et sine inpedimento abire versus partes suas. Teste S. de Sedgrave, apud Eboracum, xviij die Augusti.

Mandatum est ballivis portus de Hul quod non obstante etc. navem Alcini Columbel de Abbevill', carcatam rebus et mercandisis mercatorum de Eboraco et mercatorum de Abbevill' et arestatam in portu de Hul, libere et sine inpedimento permittat (*sic*) inde abire usque Eboracum. Teste S. de Sedgrave, apud Eboracum, xxv die Augusti.

Pro Anketillo Mallore.—Quia constat regi per inquisicionem factam per preceptum regis coram S. de Sedgrave, Willelmo Basset et sociis suis justiciariis regis ad assisam nove dissaisine capiendam apud Eboracum nuper assignatis, quod Robertus de Percy tenuit tres carucatas terre [cum] pertinentiis in Sutton' et in Catwayton' per servicium militare de Willelmo de Malethorp', qui mortuus est, cujus filie et heredis custodiam et maritagium rex concessit Anketillo Mallore; mandatum est vicecomiti

1230.

[m. 3.] Eboraci quod de predictis iij [carucatis] terre cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat prefato Anketillo custodiendis usque ad plenam etatem filie et heredis predicti Roberti de Percy. Teste ut supra.

Pro mercatoribus Anglie et Flandrie quod libere veniant in portum de Hul et inde recedant.—Mandatum est ballivis portus de Hul quod cives Lond' et Eboraci et de aliis civitatibus, burgis et villis Anglie, libere et sine inpedimento res et mercandisas carcare et discarcare in portu de Hul permittant ad negociandum inde per [terr]am Anglie et in terra comitis Flandrie. Mercatores vero de terra et potestate comitis Flandrie, quos rex recepit in salvum conductum suum, quamdiu ei placuerit, similiter carcare et discarcare res et mercandisas in eodem portu, sine inpedimento permittant ad negociandum inde in terra Anglie vel in terra Flandrie; non obstante mandato regis de navibus arestandis. Teste S. de Sedgrave, apud Eboracum, xxviij die Augusti.

De spervario recepto ad opus regis.—Rex recepit apud Eboracum, die Jovis in festo decollationis Sancti Johannis Baptiste anno etc. xiiij° per manus R. Cycestrensis episcopi etc. et Stephani de Sedgrave, unum spervarium mutarium de Michaele filio Michaelis de redditu quem idem Michael regi debet per annum de tenemento suo quod de rege tenet in capite in Witingeham. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Michaelem inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod loco Roberti de Plumpton', quondam coronatoris in comitatu suo qui mortuus est, et loco Willelmi de Hebbeden' et Marmeduci de Twenge coronatorum qui infirmi sunt, alios faciat eligi coronatores, sicut fieri debet et solet etc.

Pro Thoma de Scotiny.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod accepta securitate per bonos et salvos plegios de Thoma de Scotiny quod erit coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis a die Sancti Michaelis in xv dies, satisfacturus ibidem Deulaye filio Elie, Abrahe de Linc' et genero suo de debitis que eis debet, tunc respectum illum ei inde habere permittat et terram suam que in manum ipsorum Judeorum saisita fuit occasione predictorum debitorum, per preceptum regis, ei cum bladis suis replegiari faciat. Teste S. de Sedgrave, apud Danecastr', ij die Septembris.

Pro Petro de Wyum.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod si Petrus de Wyum fecerit eum securum per bonos et salvos plegios quod erit apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis ad satisfaciendum Peitevino le Crast, Garcie le Eveske, Peytevino filio Elye, Dyay fratri suo, Hackino fratri eorum et Dyay filio Abrahe, Judeis Linc', de debitis que eis debet, pro quibus terra sua in balliva sua fuit in manibus predictorum Judeorum per preceptum regis; tunc ei terram suam predictam cum catallis suis reddi faciat. Teste ut supra.

1230.

[m. 3.] *De catallis que fuerunt Mauricii de Gant liberandis executoribus testamenti sui.*—Mandatum est Simoni de Roppesl' quod omnia catalla que fuerunt Mauricii de Gaut in Irnham et capta in manum regis et eidem Simoni liberata ad custodiendum, sine dilatione liberet Hugoni de Humby, qui fuit so[cius] ejusdem Mauricii, liberanda executoribus testamenti ejusdem Mauricii ad faciendum testamentum ejusdem Mauricii. Maeremium etiam quod prostratum fuit in parco ejusdem manerii et venditum per manum ejusdem Hugonis antequam manerium illud in manum regis caperetur, libere et sine inpedimento hiis qui illud emerunt abducere permittat. Teste etc. apud Mirivall', vj die Septembris.

De tradendis in ballium.—Quia constat regi per inquisicionem etc. quod Radulfus de Kiselingbur', Robertus et Edwardus fratres ejus, appellant Willelmum filium Hugonis et Warnerum filium Roberti de morte Johannis fratris sui odio et athia etc.; mandatum est vicecomiti Norht' quod si uterque illorum Willelmi et Walteri invenerint ei xij probos etc. coram justiciariis itinerantibus etc.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie pro Baldewino Haket, Willelmo et Waltero filiis ejus et Ricardo de Hekinton' rettatis de morte Roberti de Mara et tradendis in ballium, videlicet, quolibet sex hominibus etc.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' pro Warino filio Johannis et Willelmo filio Hildich', qui capti sunt etc. pro morte Willelmi mercatoris unde Ascelina uxor ejus eos appellat.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' pro Radulfo le Bracur* quem Adam de Sikelto apellat de morte Ade filii Stephani etc.

[m. 2.] *De terra Walteri de Preston' tradenda in custodiam Johanni de Ulecot'.*—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod sine dilatione capiat in manum regis totam terram que fuit Walteri de Preston' in balliva tua, et eam cum bladis et catallis in ea inventis tradas dilecto et fideli Johanni de Ulecot', cui rex eam commisit custodiendam quamdiu eidem domino regi placuerit. Teste S. de Sedgrave apud Coventr', xij die Septembris.

Pro quatuor militibus qui fuerunt cum Reymundo de Burgo de terris eis commissis que fuerunt comitis Sancti Pauli.—Rex concessit Bertram le Gros terram illam in Dunmawe, et Baldewino de Sancto Martino terram illam in Abberton', et Willelmo Pueyn terram illam in Roinges, et Willelmo Blangernun illas c solidatas terre in Farnham, quas quidem terras prius habuerunt de ballio Reimundi de Burgo de terris comitis Sancti Pauli quas idem Reymundus habuit de ballio regis, habendas et tenendas de rege et heredibus suis. Et si forte rex terras illas reddiderit rectis heredibus per voluntatem vel per pacem, dabit eis rationabile escambium in wardis vel escaetis. Et mandatum est vicecomiti Essex' et Hertf' quod eis de predictis terris sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste S. de Sedgrave, apud Covintr', xiij die Septembris.

* Corrected from "Johanne de Sikelto."

1230.
[m. 2.] *De executoribus testamenti Roberti de Barrevill'.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod omnia catalla que fuerunt Roberti de Barrevill' in balliva sua faciat habere executoribus testamenti ipsius Roberti ad executionem ejusdem testamenti faciendam.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' cum hac clausula: Et si quis de predictis catallis amoverit, ipsum distringat ad catalla per ipsum amota eisdem executoribus restituenda.

Pro abbate de Hales.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod non permittat quod Rogerus de Lench' et Stephanus de Lench' amoveant domos abbatis de Hales que site sunt in communi pastura de Halelench' et in quibus reposita sunt blada que seminata fuerunt in predicta communi pastura; de qua quidem pastura predicti Rogerus et Stephanus per assisam nove dissaisine recuperaverunt saisinam versus predictum abbatem coram justiciariis ultimo assignatis ad assisam nove dissaisine capiendam in comitatu suo, quia rex vult ad petitionem ejusdem abbatis predictas domos stare usque ad purificationem Beate Marie anno etc. xv, que ad predictum terminum per ipsum abbatem amoveantur. Teste S. de Sedgrave apud Glouc', xvij die Septembris.

Pro uxore Mauricii de Gant'.—Rex commisit M., que fuit uxor Mauricii de Gant, maneria de Cantoc et de Hywis' ad se sustentandam quousque dos sua de terris que fuerunt ipsius Mauricii, ei plenarie assignetur. Omnia etiam catalla que fuerunt ipsius Mauricii tam in predictis maneriis quam in aliis terris que sue fuerunt, que rex ei commisit custodienda cum predictis terris, sine dilatione faciat habere executoribus testamenti ipsius Mauricii ad debita que tam regi quam aliis debuit reddenda, et ad executionem testamenti sui faciendam. Teste S. de Sedgrave, apud Glouc', xviij die Septembris.

De sex milibus quarellorum deferendis ad castra de Cardigan' et Kaermerdin'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de quarellis regis quos habet in custodia sua in castro Sancti Briavelli, faciat habere fratri Waltero de Kinaldesl' sex milia quarellorum deferenda usque ad castra de Cardig' et Karmerdin' ad eorum tuitionem et munimentum. Teste S. de Sedgrave, apud Glouc', xviij die Septembris.

De nave deliberanda.—Mandatum est B. de Crioil et Henrico de Sandwic' quod navem Simonis de Bruges carcatam melle Amanei Columb de Burdegala et aliorum burgensium de Burdegala ad eundum in partes Flandrie et arestatam in portu de Sandwico, permittant abire quo voluerit non obstante etc. de navibus arestandis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo de servicio terrarum comitis Sancti Pauli.—Rex concessit Johanni de Burgo servicium de terris que fuerunt comitis de Sancto Paulo et quas Reymundus de Burgo commisit militibus suis ad eorum sustentacionem; scilicet, de terra quam Bertram le Gros tenet in Dunmawe, et de terra quam Baldewinus de Sancto Martino tenet in Affreton', et de terra quam Willelmus Pulein tenet in Royng',

1230.

[m. 2.] et de terra quam Willelmus Blanegernun tenet in Farnham, quas terras eis concessit ad se sustentandos in servicio suo. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod de serviciis predictarum terrarum ipsi Johanni seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste S. de Segrave, [apud] Westmonasterium, xxix die Septembris.

De manerio de Derteford'.—Rex concessit Johanni de Burgo manerium de Derteford' cum pertinentiis quod fuit comitis de Sancto Paulo et quod Reymundus de Burgo tenuit de ballio domini regis, habendum donec illud per pac[em vel per volun]tatem domini regis reddatur rectis heredibus. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de eodem manerio cum pertinentiis ipsi Johanni seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste S. de Segrave ut supra.

Pro Henrico de Franchedney.—Rex concessit Henrico de Franchedney id quod ad eum pertinet per unum annum et unum diem de terra que fuit Roberti de Bosco, qui convictus est de morte hominis. Et mandatum est v[icecomiti] . . . . . quod eidem Henrico de predicta terra quantum ad regem pertinet per unum annum et unum diem, sicut predictum est, seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Henrico filio regis.—Rex concessit Henrico filio regis terram in Stoniettun'* cum pertinentiis quam Robertus de Barevill' tenuit de ballio nostro ad se sustentandum etc. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod eidem Henrico se[isinam] habere faciat, sicut predictum est. Teste S. de Segra, apud Westmonasterium, xxv die Septembris.

Pro abbatissa de Cadomo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod Isabella abbatissa de Cadamo fecit fidelitatem domino regi et quod non vexetur vel molestetur super terris vel rebus suis. Teste ut supra.

De prisone custodiendo.—Mandatum est custodi gaole de Neuwegath' quod Stephanum Camelyn captum pro latrocinio et probatorem regis quem Willelmus le Bygod ei tradet, recipiat et salvo custodiat donec aliud preceptum receperit. Teste S. de Segra, apud Westmonasterium, ij° die Octobris.

Pro Petro Pictavensi.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de terra de Stonieston', quam Robertus de Barrevill' tenuit de ballio regis et quam postea commisit rex Petro Pictavensi ad se sustentandum etc., ipsum Petrum non disseisiet occasione precepti regis quod ei fecit de saisina inde facienda Henrico fratri regis, cui rex eam commiserat ad se sustentandum quamdiu regi placeret. Et si occasione illius precepti eidem Henrico inde saisinam habere fecerit, non obstante saisina illa eundem Petrum inde sine dilatione faciat resaisiri. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo de maneriis quibusdam que fuerunt Mauricii de Gant.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad opus H. de Burgo etc. de

* It appears as if "Stonisiettun" had been originally written, and then the 'si' erased.

1230.

[m. 2.] castro de Beverestan' et de maneriis de Beverestan', Weston', Oure, Radewic' et Albricton', que fuerunt Mauricii de Gant in balliva sua, sine dilatione plenam saisinam habere faciat fratri Waltero de Kinardesl' et Willelmo de Blockel' senescallis ipsius justiciarii vel eorum alteri has literas deferenti. Teste ut supra.

Pro Theobaldo de Engleskevill'.—Quia constat regi per inquisicionem factam per preceptum regis quod una carucata terre cum pertinentiis in Cumpton' est pertinens ad terram de Theingwic', quam Henricus de Ponte Audomari tenuit de ballio J. regis etc. et quod predictus Henricus non tenuit illam carucatam terre aliter quam occasione predicte terre de Theingwic' tamquam ejus pertinentiam; mandatum est vicecomiti Sussex' quod de illa carucata terre cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat Theobaldo de Engleskevill', qui predictam terram de Theinwic' habet de ballio regis ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit.

Eodem modo vicecomiti Suht' de xx s̄. redditus in Wintonia pertinentibus ad predictam terram de Theinwic' etc. ut supra.

Pro electo Landaffensi.—Rex eleccioni facte de magistro Elya thesaurario Heref' in episcopum Landaffensem, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est ballivis W. comitis Penbr' de Netherwent' quod de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad predictum episcopatum pertinentibus in balliva sua, ei sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis G. comitis Glouc' de Wlatmorgan'.

Pro Willelmo de Vescy.—Dedit regi intelligi Willelmus de Wescy quod cum habuerit de concessione regis scutagium suum de exercitu de Kery et literas regis inde optinuisset, vicecomes Norhumbr', eo quod in brevi regis ei directo de scutagio illo habendo taliter fuit erratum quod ubi apponi debuit scutagium de Kery, appositum fuit scutagium de Muntgomery, distringit ipsum Willelmum ad predictum scutagium de Kery solvendum. Et mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod si ita est, tunc eidem Willelmo de predicto scutagio de Kery pacem habere permittat. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, iiij die Octobris.

De navibus deliberandis.—Mandatum est ballivis portus de Portesm' quod navem Simonis de Bulewarh' et navem Johannis de Kaleis, carcatas mercandisis Johannis Gace et sociorum suorum, et quatuor alias naves carcatas mercandisis mercatorum de Rothomago, que quidem naves sic carcate nuper venerunt usque Portesm' de Suhamt', sine impedimento abire et transfretare permittant. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, v die Octobris.

Mandatum est ballivis portus Suhamt' quod navem Constantini de Dunewic' carcatam vinis Johannis del Verger et P. de Torcy et sociorum suorum mercatorum de Sancto Johanne, qui habent literas regis de conductu de vinis illis ducendis quo voluerint, hac vice permittant sine inpedimento abire quo voluerint. Teste ut supra.

1230.

[m. 2.] *Pro Johanne filio et herede Johannis de Cawude.*—Mandatum est B. de Insula quod terras, res et possessiones que fuerunt Johannis de Cawude nuper defuncti, quas in manum regis cepit eo quod idem Johannes terram suam tenuit de rege per serjantiam foreste regis inter Use et Derewent', Johanni filio et heredi predicti Johannis terras illas, res et possessiones sine dilatione reddat, accepta securitate quod ballivam suam fideliter servabit. Teste ut supra.

De manerio de Derteford'.—Rex commisit Johanni de Burgo manerium de Derteford' quod fuit comitis Sancti Pauli ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod ei redditum ejusdem manerii de hoc termino Sancti Michaelis habere faciat. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, viij die Octobris.

De castro Hertf' et maneriis de Esenden' et Beyford'.—Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod habere faciat eidem Johanni, cui rex commisit castrum Hertford' cum molendinis regis ibidem et maneria de Esenden' et de Beiford' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit, redditum de maneriis de hoc termino Sancti Michaelis anno etc. xiiij°. Teste ut supra.

De operationibus hominum de Esinden' et de Beyford' et aliis maneriis.—Eidem etiam vicecomiti mandatum est quod operationes hominum de Esinden' et de Beyford' permittat habere Willelmo Pucin et Martino Gulafre assignatis ad debita Reymundi de Burgo acquietanda [et] ad blada predictorum maneriorum colligenda et adunanda, et si quid ab eisdem hominibus cepit pro operationibus predictis, id eisdem assignatis sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Essex' quod operationes hominum de White Rothing', de Dunmawe, de Alfreston' et de Farnham, que fuerunt comitis de Sancto Paulo, permittat habere Willelmo Pucin et sociis suis militibus, quibus Reymundus de Burgo commisit terras predictas ad se sustentandos in servicio suo; et quibus rex commisit easdem terras ad se sustentandos in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et si quid a predictis hominibus ceperit pro predictis operationibus vel aliis, id eisdem Willelmo Pucyn et sociis suis sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De ballia foreste de Shirewod' quam Thomas de Birkin habuit, commissa G. Spigurnel.—Rex commisit Godefrido Spigurnel balliam foreste de Shireuuod', que fuit in custodia Thome de Birkin' qui mortuus est, custodiendam una cum forestariis de feodo in eadem ballia constitutis; quamdiu regi placuerit. Et mandatum est B. de Insula quod eidem G. de ballia predicta cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, viij die Octobris.

Et mandatum est per literas patentes forestariis de feodo et viridariis ejusdem ballie et omnibus aliis infra eandem balliam constitutis

1230.

[m. 2.] quod eidem G. in omnibus etc. sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Radulfus de Clenward', quem Willelmus Silverloc appellat de morte Alani filii Ricardi odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit, ut constat regi per inquisicionem, habet literas quod tradatur in ballium xij etc. usque ad adventum justiciariorum etc. Teste ut supra.

De quodam homine priorisse de Clerkenewell' et de Othone filio Willelmi et serviente suo de . . . . . transgressione.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod accepta securitate a Rogero Dolbog', homine priorisse de Clerkenewell', de stando recto quando rex preceperit de transgressione illa quod permisit in bosco de Wudemannecot' quem habuit in custodia dum Mauricius de Gant superstes esset, cujus boscus ille fuit, venditionem fieri post mortem suam sine waranto; tunc ipsum Rogerum quem ob hoc inprisonavit, a prisona deliberet. Teste ut supra.

Mandatum est etiam eidem vicecomiti quod, accepta consimili securitate ab Othone filio Willelmi et Nicholao le Rus serviente ejus, qui vastum inde fecerunt vendendo quercus ejusdem bosci, propter quod terram ipsius Othonis cepit idem vicecomes in manum regis et ipsum Nicholaum ponere minatus est in prisonam regis, eidem Othoni de terra sua saisinam habere faciat et eidem Nicholao pacem habere permittant (*sic*). Teste ut supra.

Pro Hereberto filio Mathei de manerio de Were.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat Hereberto filio Mathei custodi filii et heredis Willelmi Paynel de manerio de Were cum pertinentiis, quod Mauricius de Gant qui mortuus est tenuit de predicto herede, salvis executoribus testamenti ipsius Mauricii bladis et catallis suis in eodem manerio inventis ad executionem illam faciendam. Si quid autem proficui quod ad regem pertinet inde ceperit, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

[*De*] *custodia filii et heredis Nigelli de Mubray* [*et t*]*erris ejusdem.*—Rex concessit H. de Burgo comiti Kancie, justiciario Anglie, custodiam terre et heredis Nigelli de Mubray qui nuper obiit, usque ad etatem predicti heredis, una cum maritagio ejusdem. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Nigelli in balliva tua et de quibus fuit saisitus die quo obiit de hereditate sua, eidem justiciario plenam saisinam simul et heredem ipsius Nigelli habere facias. Teste S. de Sedgrave, apud Westmonasterium, x die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Linc', Noting'.

[m. 1.] *Pro Henrico Teutonico.*—Rex concessit Henrico Teutonico terram cum pertinentiis quam Thomas Basset tenuit de ballio regis in Grendon' de terris Normannorum; habendam et tenendam sicut predictus Thomas eam tenuit quousque rex eam recto heredi ejusdem terre reddiderit per voluntatem vel per pacem, ad se sustentandum in servicio regis. Ita quod quamdiu idem Henricus terram illam tenuerit, quietus erit rex de annuo

1230.

[m. 1.] redditu x li. quem percipere solebat ad Scaccarium de dono regis. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod de predicta terra cum pertinentiis plenam ei saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste S. de Sedgrave, apud Westmonasterium, xiiij die Octobris.

[*De*] *catallis Thome Basset.*—Mandatum est vicecomiti Bukingh' quod res et catalla que Thomas Basset qui nuper obiit habuit in balliva sua, sine difficultate faciat habere executoribus testamenti ipsius Thome ad intencionem ipsius Thome faciendam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc' et Oxonie, hoc adjecto, "non obstante mandato ipsius regis de catallis predicti Thome in manum regis capiendis et salvo custodiendis donec aliud preceperit."

[*Pro*] *Nicholao de Lettres.*—Rex concessit Nicholao de Lettres ad se sustentandum in servicio suo quamdiu regi placuerit, manerium de Ipelepenn' cum pertinentiis, quod Radulfus de Meuslent de ballio regis tenuit. Ita quod quamdiu idem Nicholaus manerium illud tenuerit, quietus erit rex de annuo feodo suo xxv librarum quod percipere consuevit ad Scaccarium. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Nicholao plenam inde seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Rex concessit Gilberto Basset terram quam Thomas Basset frater ipsius Gilberti habuit in Kertlinton' de dono regis ad se sustentandum in servicio suo, donec certioretur per inspectionem carte quam inde fieri fecit dicto Thome, utrum predicta terra eidem Gilberto tamquam fratri et heredi ipsius Thome in perpetuum remanere debeat in forma qua predictus Thomas eam tenuit, nec ne. Teste ut supra.

[*Pro N*]*icholao de Molis.*—Rex dedit, concessit, et carta sua confirmavit Nicholao de Molis pro homagio et servicio suo maneria sua de Carswell' et de Depeford' cum pertinentiis, et cum advocacione ecclesie de Depeford', habenda et tenenda eidem Nicholao et heredibus suis de domino rege et heredibus suis per servicium feodi dimidii militis pro omni servicio. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod plenam ei saisinam habere faciat de predictis maneriis cum pertinentiis. Teste ut supra.

[*Pro Roger*]*o de Clifford' de Sloetres.*—Rex commisit Rogero de Clifford' manerium de Sloetres ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, ita quod quamdiu manerium illud tenuerit, quietus erit rex de annuo censu xxx li. quem percipere consuevit ad Scaccarium et de lv marcis quas percipere solebat per annum ad Scaccarium regis pro custodia foreste de Sancto Briavello. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicto manerio plenam ei saisinam habere faciat, sicut predictum est; et si inde receperit ad opus regis redditum de termino Sancti Michaelis anno etc. xiiij°, id ei reddi faciat. Teste S. de Sedgrave, apud Suht', xxvij die Octobris.

1230.
[m. 1.] *Pro villata de Cosham.*—Mandatum est vicecomiti Wilt', Willelmo Gileberti et sociis suis quod occasione illa quod villata de Cosham non venit coram eis ad inquisicionem faciendam per preceptum regis de morte cujusdam hominis, eam non ponat in defaltam ; et si eam in misericordiam occasione ipsius defalte posuerit, ei inde pacem habere faciat. Teste rege apud Portesmue, xxvij die Octobris.

1229.
[m. 23*d*.] *Sussex'. De itinere justiciariorum.*—Rex vicecomiti Sussex' salutem. Scias quod constituimus Thomam de Muleton', Willelmum de Ralegh', Willelmum de Lond,' et Willelmum de Insula, justiciarios nostros ad itinerandum in comitatu tuo et ad omnes assisas et omnia placita in eodem comitatu, tam de corona quam de aliis que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in comitatu tuo, placitanda apud Lewes die Jovis proxima post festum Sancti Martini anno etc. xiiij°. Et ideo tibi precipimus quod summoneri facias per bonos summonitores omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et liberetenentes de comitatu tuo, et de qualibet villa quatuor legales homines et prepositum, et de quolibet burgo ejusdem comitatus xij legales burgenses et omnes alios qui coram justiciariis itinerantibus venire debent et solent, quod sint coram predictis justiciariis nostris predictis die et loco audituri et facturi preceptum nostrum. Facias etiam tunc venire coram eis omnia placita corone que placitata non sunt, et omnia athachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas et omnia alia placita que ad justiciarios pertinent, placitanda cum brevibus assisarum et placitorum, ita quod assise ille et placita pro defectu tui vel summonitionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri in comitatu tuo quod omnes assise et omnia placita que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in comitatu tuo, quod tunc sint coram eisdem justiciariis. Summoneri etiam facias per bonos summonitores omnes illos qui in comitatu tuo wicecomites vel coronatores fuerunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in eodem comitatu, quod tunc sint ibidem cum brevibus assisarum et placitorum quo tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo, sicut responderi debet et solet coram justiciariis itinerantibus. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste me ipso apud Keninton', xxx die Octobris.

Rotel'.—Eodem modo scribitur vicecomiti Rotel' de Stephano de Sedgrave, Mauricio de Aundel', Johanne [de Ulecot']* et Radulfo filio Reginaldi, quos rex constituit justiciarios ad itinerandum in comitatu Rotel' apud Ocham in crastino Sancti Hillarii. Teste rege apud Noting,' xvij die Decembris.

Litere patentes.—Rex archiepiscopis, episcopis etc. et omnibus aliis de comitatu Rotel' salutem. Sciatis quod constituimus dilectos et fideles nostros S. de Sedgrave, Mauricium de Aundely, Johannem de Ulecot'† et Radulfum filium Reginaldi justiciarios nostros ad itinerandum in comitatu Rotel' ad omnes assisas et omnia placita ejusdem comitatus,

* Corrected from "Willelmo Basset." "De Ulecot" is supplied from the next entry.
† Corrected from "Willelmum Basset."

1229.

[m. 23*d*.] tam de corona nostra quam alia, que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in comitatu illo. Et ideo vobis mandamus quod in omnibus que ad nos pertinent in itinere illo, tamquam justiciariis nostris intendentes sitis et respondentes. Teste ut supra.

Scribitur etiam cuilibet predictorum justiciariorum quod apud Ocham sociis suis occurrat in crastino Sancti Hillarii.

Rex decano et capitulo Eboracensi salutem. Cum de communi comitum et baronum nostrorum consilio, transfretationem nostram distulerimus usque ad Clausum Pasche proximo futurum, infra quem terminum necesse habemus thesaurum nostrum coadunare; universitatem vestram duximus attentius exorandam quatinus juxta promissionem vestram nobis nuper factam apud Farnham sextam decimam vestram de qua penitus nichil recepimus, reddi faciatis ad opus nostrum venerabilibus patribus J. Bathoniensi et R. Dunholmensi episcopis apud Westmonasterium a die Sancti Hillarii in xv dies,* et mittatis aliquem clericum loco vestro ad eundem terminum ad compotum reddendum de eadem sextadecima coram eisdem episcopis. Taliter igitur dictum negotium ad honorem nostrum expediatis ut ex eo manifesta sumamus indicia qualiter in ceteris de vestra debeamus confidere devotione et ut vobis inde ad speciales teneamur graciarum actiones. Teste rege apud Mereton', ij die Novembris.

Rex decano et capitulo Linc' salutem. Cum sextamdecimam beneficiorum ecclesiasticorum per totum regnum nostrum nobis liberaliter concessum jampridem pro majori parte receperimus; non deberetis admirari si plurimum adversum vos moveremur ex eo quod de sextadecima capituli vestri penitus nichil recepimus, verumtamen, adhuc id sustinentes patienter, vobis mandamus rogantes quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, dictam sextamdecimam sine ulteriori dilatione reddi faciatis ad opus nostrum venerabilibus patribus etc. ut supra.

Eodem modo scribitur officiali Exoniensis episcopi, preterquam ubi dicitur superius "mittatis aliquem clericum," etc.; dicitur hoc, "facias etiam ad eundem terminum omnes archidiaconos predicti episcopatus et aliquem pro capitulo Exoniensi comparere coram eisdem episcopis ad compotum reddendum" etc.

Rex H. Lincolniensi episcopo salutem. Cum de communi comitum et baronum nostrorum consilio etc. ut in primo brevi; paternitatem vestram duximus attentius exorandam quatinus omnia arreragia sextedecime vestre de episcopatu vestro ad opus nostrum reddi faciatis venerabilibus patribus etc. a die Sancti Hillarii in xv dies. Faciatis etiam si placet ad eundem terminum venire archidiaconos Norht', Buk', Hunt', et Stowe ad compotum suum de eadem sextadecima reddendum. Taliter igitur dictum negotium vestra velit expedire paternitas, ut ex eo pateat manifeste sincera dilectio quam erga regiam geritis celsitudinem et vobis inde ad speciales teneamur graciarum acciones. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur episcopis Wigorniensi, Dunholmensi, Sarrisburiensi, in octabis Sancti Martini.

---

* Corrected from " in octabis Sancti Andree

1229.

[m. 23*d*.] Rex decano et capitulo Sarrisburiensi salutem. Miramur plurimum quod de sextadecima capituli vestri nobis liberaliter concessa nondum reddidistis nobis nisi l lī. xv s̄. et ij đ. Cum autem de communi consilio omnium magnatum nostrorum, dilata transfretatione nostra usque ad clausum Pasche proximo futurum, necesse habeamus interim thesaurum nostrum coadunare; universitatem vestram duximus attentius exorandam quatinus omnia arreragia predicte sextedecime reddatis ad opus nostrum venerabilibus patribus etc. in octabis Sancti Martini* apud Westmonasterium. Et mittatis aliquem clericum, ut supra.

Eodem modo scribitur archiepiscopo Eboracensi qui de archiepiscopatu suo non reddidit nisi quingentas marcas etc. a die Sancti Hillarii in xv dies.

Eodem modo scribitur episcopis—

Hereford', qui non reddidit nisi l lī. etc., ad eundem terminum.

Coventrensi, qui non nisi lix lī. x. s̄. et vij. đ., ad eundem terminum.

Carleolensi, qui non nisi xxxj lī. et iiij s̄. et iij. đ.

archiepiscopo Cantuariensi, qui non reddidit nisi xl lī. vij s̄. et xj đ. in octabis Sancti Martini.

Londoniensi, qui non nisi xxv lī. xj s̄. et ix đ. ob̄., ad eundem terminum.

Roffensi, qui non nisi x marcas, ad eundem.

officiali Wintoniensis episcopi, qui non nisi xxxviij lī. et xv s̄. ad eundem terminum.

Mandatum est ballivis portus de Winchel' quod occasione precepti quod rex alias fecit ut non permitterent aliquam navem exire de portu suo donec aliud haberent mandatum a rege, nullam navem decetero arestent in portu suo et illas quas ea occasione arestaverunt, cum rebus et catallis suis libere abire permittant. Teste rege apud Westmonasterium, ij die Novembris.

Petrus de Brus habet in eadem forma de nave sua deliberanda apud Winch.'

Eodem modo scribitur ballivis portus de Rumenal' et Pevenes'.

Suht'.—Johannes Cotel' attornavit Ricardum Fukerant contra Moisem de Bergton' et Ceciliam uxorem ejus tenentes de una virgata terre cum pertinentiis in Bergton'.

Susex'.—Robertus de Colevill' attornavit Johannem de Calevile contra Henricum de Hamtonett' tenentem de una hida terre in Hamton'.

Suht'.—Johannes Biset attornavit Johannem de Bonevill'†

Linc'.—Johannes Mar' attornavit David Camerarium contra Simonem Trussebut petentem de tenemento in Messingham.

* Corrected from "a die Sancti Hillarii in xv dies" and that from "in octabis Sancti Andree."

† Erased, "quia de debito."

1229.

[m. 23*d*.] *Eboracum.*—Frater Robertus magister milicie Templi, attornavit Robertum de Ulecot' contra Nicholaum filium Aldus' petentem de manerio de Waleford'.

Oxonia.—Herebertus de Chadelinton' attornavit Walterum de Chadelinton' contra Liniotam que fuit uxor Willelmi filii Johannis tenentem de dimidia virgata terre in Chadelinton'.

Glouc'.—Nicholaus Marcel attornavit Robertum Doberel contra Ricardum de Hamton' petentem de j virgata terre in Stratton', et de consuetudine et servicio que idem Ricardus ab eodem Nicholao exigit etc. in eadem villa.

Oxonia.—Abbas de Stanleg' attornavit fratrem Henricum de Lenham' monachum suum, contra Thomam le Bon petentem de ij virgatis terre in Horninton'.

[m. 22*d*.] Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et omnes liberetenentes de balliva tua, preterquam de balliva Thome de Langel', quod sint coram dilectis et fidelibus nostris Briano de Insula, uno de justiciariis foreste nostre, Willelmo Ruffo et Alexandro de Bassingeburn', sociis suis, apud Oxoniam a die Sancti Martini in xv dies ad placita foreste nostre in comitatu tuo, preter ballivam predicti Thome de Langel', sicut solent et debent venire. Summone etiam de qualibet villa comitatus tui infra metas predicte foreste nostre existente quatuor homines cum preposito et forestario villarum quod tunc ibi sint. Summone etiam omnes forestarios nostros et viridarios quod ibi habeant omnia atachiamenta sua tam de viridi quam de venatione, tam de illis athachiatis qui manent infra predictam forestam quam de illis atachiatis qui manent extra predictam forestam, post ultima placita foreste emersa et que nondum terminata sunt. Summone etiam omnes regardatores predicte foreste in balliva tua quod ibi habeant omnia reguarda sua sigillis suis sigillata, et agistatores quod sint ibi cum agistamentis suis. Teste me ipso apud Westmonasterium, iiij die Novembris.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti de placitis foreste de balliva predicti Thome de Langel' venire facienda ibidem eodem die coram Johanne de Monem', uno de justiciariis foreste, Radulfo Musard' et magistro H. de Cern'.

Et mandatum est vicecomitibus Buk', Huntind', et Linc' de placitis foreste venire faciendis coram predicto Briano et predictis sociis suis ad dies et loca que ipsi mandabunt.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc', Berk', Wilt', Heref', Dors', et Sumerset', Suht', Devon', de placitis foreste venire faciendis coram predicto Johanne de Monem' et predictis sociis suis ad dies et loca que ipsi mandabunt.

Postea mandatum est B. de Insula et A. de Bassingburn', quod admittant Mauricium de Audely ad itinerandum etc. quem rex eis socium adhibuit in comitatibus Buk' et Hunt'.

1229.

[m. 22*d*.] *Hibernia.*—Rex universis et singulis abbatibus de ordine Cysterciensi in Hibernia constitutis salutem. Cum de mandato quorumdam amicorum nostrorum de partibus transmarinis et de communi consilio omnium comitum et baronum nostrorum Anglie habuerimus in firmo proposito transfretandum ad proximo instans clausum Pasche anno etc. quartodecimo, ad jura nostra hereditaria recuperanda et ad propositum nostrum feliciter prosequendum, multorum et precipue spiritualium nostrorum indigeamus auxilio; inter ceteros benivolos nostros, de quibus certam gerimus fiduciam, universitatem vestram specialiter duximus exorandam cum affectu quatinus loco sextedecime vestre de qua requisiti fuistis ad opus nostrum, sicut et totus clerus Hibernie in hac instanti et urgenti neccessitate, liberaliter et efficaciter nobis succurrere velitis ad concepta negocia nostra commodius effectui mancipanda; ita quod ad perpetuas graciarum actiones et ad graciam et favorem uberius vobis pro loco et tempore rependendas exinde teneamur. Id autem gracie et subsidii quod nobis in casu presenti duxeritis impendendum, justiciario nostro Hibernie sub quanta poteritis maturitate ad opus nostrum liberari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, v die Novembris.

Mandatum est justiciario Hibernie quod in propria persona sua accedat ad omnia dominica regis in Hibernia, et per visum proborum et legalium hominum tallagium assideat super homines eorumdem dominicorum et denarios illos salvo faciat adunari, ita quod regem possit certificare de summa illius tallagii. Ceterum rex scripsit regi Todmundo quod ei succurrat in hac neccessitate, et succursum illum quem regi facere voluerit, ipsi justiciario faciat liberari ad opus suum. Scripsit etiam rex omnibus abbatibus in Hibernia etc. ut supra; et mandatum est ipsi justiciario quod ad omnes denarios colligendos de quibus superius facta est mencio et de aliis perquirendis diligenter intendat, ita quod rex denarios illos habeat in Anglia ad mediam quadragesimam anno etc. xiiij°, et alios denarios quos promptos habet, sine dilatione mitti faciat in Angliam sub salvo conductu.

1230.

Postea facte fuerunt patentes sub eadem forma hee litere suprascripte et transmisse in Hiberniam per nuncium justiciarii Hibernie. Teste rege apud Westmonasterium, xxx die Januarii.

1229.

Mandatum est H. de Burgo etc. quod scire faciat civibus London' quod ipsi omnes denarios quos debent domino regi, tam de tallagio ultimo assiso in civitate Lond' quam de aliis debitis, sine dilatione reddant ad Scaccarium regis, ita quod citra festum Sancte Lucie anno etc. xiiij°, plene reddantur. Et si ipsi predicta debita ad prefatum terminum non reddiderunt; mandatur ei in fide qua regi tenetur et sub debito sacramento ei prestito firmiter injungendo quod ad diem illum capiat in manum regis civitatem Lond' et libertates suas; ita quod decetero nulle libertates teneantur ipsis civibus Lond' donec ipse justiciarius a rege aliud habuerit mandatum. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Novembris anno eodem.

Memorandum quod episcopus noluit brevia que Philippus de Ardern' tulit ad curiam Romanam, inrotulari.

Mandatum est vicecomitibus Lond' quod distringant Gregorium le Sene ad reddendum Rogero le Duc, Henrico de Cocham et Stephano

1229.

[m. 22*d*.] Bokerel xl li. quas ipse Gregorius recepit de Deutesalve, Romano, sicut ipse cognovit in curia nostra coram justiciariis nostris et quos ipsi Rogerus, Henricus et Stephanus reddiderunt predicto Deutesalve pro ipso Gregorio per preceptum regis. Teste rege apud Windl', xj die Novembris.

Rex vicecomiti Cornubie salutem. Precipimus tibi quod in propria persona tua accedas ad omnes portus comitatus tui, et de omnibus navibus quas invenies in portubus illis, et de omnibus illis que citra clausum Pasche in portus illos venture sunt, que quidem xvj equos vel plures ferre possunt, capias bonam et sufficientem securitatem quod omnes naves ille quas in portubus predictis invenies et que in eosdem portus venture sunt citra predictum terminum, sicut predictum est, erunt apud Portesmue ad instans Pascha Floridum anno etc. xiiij, parate ad eundum in servicium nostrum cum corpore nostro, et nomina omnium magistrorum naves illas ducentium, et quot equos singule naves ille ferre possunt, distincte inrotulari facias. Taliter et ita diligenter te inde intromittas ut nos pro defectu tui ad te graviter capere non debeamus. Accepta autem a predictis navibus tali securitate, illas interim quo voluerint ire permittas. Teste rege apud Westmonasterium, vij die Novembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus -	Devonie	Sussex'	
	Dors' et Sumers'	Kancie	Linc'
	Suht'	Norf' et Suff'	Eboraci
		Essex' et Hertf'	

[m. 21*d*.] Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod si Radulfus de Thurston' fecerit eum securum de clamio suo prosequendo, summoneat per bonos summonitores Willelmum filium Roscelini, Thomam de Ingoldestorp', Rogerum de Mustrol et Andream de Sherneburn', quod sint coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die Sancti Hillarii in xv dies, et habeant ibi coram eisdem justiciariis recordum assise nove disseisine quam Galfridus de Len' et Galfridus filius ejus aramiaverunt versus ipsum Radulfum de tenemento in Hulm', et ad quam capiendam rex eos constituit justiciarios una cum Willelmo de Heingham' et Ada de Kailly, quos eis ad hoc adhibuit socios et absque quorum presentia ipsi Willelmus, Thomas, Rogerus et Andreas assisam illam ceperunt, ut dicit, et unde idem Radulfus queritur falsum sibi judicium factum fuisse in assisa illa. Et summoneat etc. predictos Galfridum et Galfridum quod tunc sint ibi recordum illud audituri, et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste rege apud Wudestok', xxvij die Novembris.

Oxonia.—Editha Bluet attornavit fratrem Gilebertum, canonicum de Chaucumbe, contra Adam filium Gerardi tenentem de j mesuagio in Bannebir'.

Norht'.—Willelmus de Wichinton' attornavit Philippum de Dudinton' contra Walterum de Preston' de eo quod acquietet ipsum Willelmum de servicio quod comes de Ferrariis ab eo exigit etc. in Dudinton'.

Hugo le Sage attornavit Willelmum le Sage contra Galfridum le Clerc et Beatriciam uxorem ejus de una virgata terre, exceptis ij acris in Touecestr'.

1229.

[m. 21d.] *Villa de Norhamt'.*—Willelmus filius Gileberti attornavit Ricardum le Seler contra Robertum le Blund petentem de j mesuagio in Norht'.

Norht'.—Aumaricus de Sancto Amando attornavit Johannem Doget contra Galfridum filium Willelmi petentem de xij acris terre in Ferningho.

H. etc. Hugoni de Nevill' etc. Venientes ad nos, cum essemus in partibus illis, homines nostri de Cliva et homines de circumvicinis partibus nobis lacrimabiliter proposuerunt quod vos et ballivi vestri non permittitis eos habere capras suas in foresta nostra de Cliva, sicut habere consuerunt et sine quo vitam suam ut dicitur ducere non possent. Et ideo vobis mandamus quod in clariori bosco et ad minus nocumentum foreste nostre quod fieri possit pro Deo permittatis eos capras suas habere, sicut habere consueverunt. Homines quidem de Glapethorn' et de Codestok' et alii de vicinis partibus flebiliter nobis sunt conquesti quod non permittitis eos habere pasturam suam in Toteho et chacia de Pyriho, unde maxima pars dependet sustentationis sue. Compatientes igitur misericorditer penurie eorum, vobis mandamus quod permittatis prefatos homines habere pasturam suam in locis predictis, sicut habere consueverunt temporibus predecessorum nostrorum regum Anglie usque ad gwerram motam inter dominum J. regem, patrem nostrum, et barones suos Anglie; permittatis etiam homines nostros de Selveston' qui consimilem nobis fecerunt querimoniam, habere capras suas in foresta nostra de Witlewud', scilicet, in claro bosco ubi magis expedire videritis et sicut ad minus nocumentum foreste nostre hoc fieri possit. Teste rege apud Stanford', x die Decembris.

Linc'.—Gilbertus de Gant' attornavit loco suo Rogerum Mangevillein contra Willelmum de Albiniaco petentem et ipsum Gilbertum deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que idem Willelmus exigit ab eodem Gilberto.

Noting'.—Jordanus Foliot attornavit Hugonem de Fenwic' contra abbatem de Rufford' deforciantem, de quadam domo levata in Ekering' ad nocumentum Jordani in eadem villa.

Eboracum.—Robertus de Useflet et Alicia uxor ejus et Margaret soror ipsius Alicie attornaverunt Willelmum Foliot contra Jordanum Foliot tenentem de lx acris terre in Ranesholm'.

[m. 19d.] H. comes Heref' attornavit Walterum de Wileford' et Johannem de Neweton' contra Elam comitissam Sarrisburiensem deforciantem, de averiis ipsius comitis captis etc.

Eboracum.—Agnes de Hoverun attornavit Johannem filium Gileberti contra Ricardum de Boulton', abbatem de Salleg', Henricum de Blakeburn' et Willelmum filium Ricardi tenentes, de iiij bovatis et lxij acris terre in Bothelton'.

1229.

[m. 19*d*.] *Derbi.*—Prior de Tuttebiri attornavit Johannem de Bricton' contra Godricum molendinarium de secta molendini, quam idem Godericus exigit ab eodem priore.

Norh'.—Nicholaus de Letres et Matillis uxor ejus attornaverunt Petrum de Sauz et Willelmum de Cruce contra Ricardum de Arden' de tercia parte trium virgatarum terre cum pertinentiis in Essebi.

Eboracum.—Henricus de Claxeby et Isabella, Jollanus de Hagh' et Alicia uxor ejus et Agnes soror ipsius Alicie attornaverunt Willelmum de Neuton' contra Reginaldum de Ameringh', quem ipsi Henricus, Isabella, Jollanus, Alicia et Agnes clamant nativum suum.

Eboracum.—Stephanus de Bowes attornavit Johannem de Stiveton contra Odonem de Onegatesinton' de uno tofto in Onegatesinton'.

Linc'.—Prior de Ormesby attornavit Hamelinum de Yereburg' contra Philippum de Kyma de eo quod idem Philippus acquietet predictum priorem de servicio quod Ricardus de Percy exigit ab eo de libero tenemento suo, quod de eo tenet in parva Grimesby.

Linc'.—Elyas filius Constancie attornavit Willelmum priorem de Ellesham' in assisa mortis antecessoris, que sumonita est coram justiciariis proximo itineraturis in comitatu Linc' contra Johannem de Yseny de sex bovatis terre in Welbursoure.

Hertford'.—Willelmus, abbas de Waredon', attornavit fratrem Gregorium de Sandeya, monachum suum, contra Andream de Goyz de consuetudinibus et serviciis que idem abbas exigit ab eodem Andrea de libero tenemento suo quod de eo tenet in Hodenho.

Cantebrigia.—Willelmus filius Roberti attornavit Nicholaum filium Roberti contra Robertum Sherewind' de una virgata et una roda terre in Toft.

1230.

[m. 18*d*.] Vicecomiti Linc' salutem. Scias quod assignavimus Simionem de Hal, una cum aliis militibus de comitatu tuo, quos tu et ipse ad hoc eligetis, ad gaolam Lincoln' deliberandam. Et ideo tibi precipimus quod ad diem quem ad hoc providebitis, facias venire coram eis prisones gaiole predicte et omnia attachiamenta eorum. Teste rege apud Linc', viij die Januarii.

Rex dilectis et fidelibus suis Stephano de Segrave et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Roteland' salutem. Mandamus vobis quod assisam mortis antecessoris quam Henricus de Condray arramiavit coram vobis versus Willelmum de Gamages de tenemento in Godesmor', ponatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium in octabis clausi Pasche anno regni nostri xiiij°, ita quod tunc sint ibi in eodem statu in quo nunc remanet per preceptum nostrum. Teste me ipso apud Westmonasterium, xviij die Januarii, anno eodem.

1230.

[m. 18d.] *Essex.*—Galfridus Drury attornavit Agnetem filiam Johannis in loquela que est in comitatu Essex' de consuetudine et servicio que Ricardus filius Odonis exigit a predictis Galfrido et Agnete.

[m. 17d.] *Eboracum.*—Galfridus de Everleg' attornavit Eliam de Wardhou contra Galfridum de Gedding' tenentem de ij bovatis terre in Everle.

Essex'.—Johannes prior Sancte Trinitatis Cantuarie, attornavit Henricum King contra Johannem de Waleflet petentem de tribus partibus j carucate terre in Mareseya.

De navibus arestandis.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Precipimus tibi quod, sicut te ipsum diligis, statim visis literis istis cum festinatione, una cum dilecto et fideli nostro Willelmo de Welles, cui idem mandavimus, accedas ad omnes portus comitatus tui et omnes naves in portubus illis inventas et que in portus illos venient citra Floridum Pascha anno etc. xiiij°, que quidem xvj equos vel plures ferre possint, arestari facias, et de omnibus navibus illis cape bonam et sufficientem securitatem quod erunt apud Portesmue ad prefatum terminum Floridi Pasche, parate ire in servicium nostrum cum corpore nostro. Tu vero omnia nomina magistrorum singularium navium distincte facias inrotulari, que omnia simul et numerum navium nobis ad prefatum terminum significes, ut nobis constet de quot navibus confidere possimus de balliva tua. Tu igitur diligenter te inde intromittas, ut per defectum tui transfretatio nostra non impediatur, pro quo ad te nos graviter capere debeamus. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxx die Januarii.

Eodem modo scribitur Willelmo de Welles, mutatis personis, excepto hoc, 'sicut te ipsum diligis,' ubi ponitur 'mandamus vobis firmiter injungentes', etc.

Sub eadem forma—

in comitatu Eboraci, vicecomes et Nicholaus de Jeland;

in comitatibus Sumerset' et Dors' et Devonie, Rogerus la Such';

comitatu Cornubie, Cornubie vicecomes et Reginaldus de Vallo Torta;

in comitatu Kancie, vicecomes, Bertram de Crioil et Robertus de Aubervill';

in comitatu Sussex', Galfridus de Lucy, Robertus de Aubervill' et vicecomes;

in comitatu Suht', Petrus filius Hereberti, Galfridus de Lucy et vicecomes;

in comitatibus Norf' et Suff', vicecomes et Thomas de Hemmegrave;

in comitatu Essex', vicecomes et Willelmus de Sancto Leodegario;

in villa Bristoll'; Willelmus de Putot et Rogerus Aihard',

ad naves arestandas contra passagium.

Oxonia.—Ricardus Suward et Philippa uxor ejus attornaverunt Robertum Paynel et Ricardum Gernun contra priorem Sancte Fretheswithe

1230.

[m. 17*d.*] Oxonie, petentem, de pastura ad tres carucatas boum et ad trescentas oves et ad xx vaccas, et de dimidia virgata et xvj acris terre et xiiij acris prati in Hedindon', et de iij solidatis redditus in suburbio Oxonie, et de dimidia hida terre in Merston'.

Norf'.—Rogerus de Mortuo Mari attornavit Ricardum de Alneto contra Thomam de Bavent tenentem de xv acris terre in Athelburg'.

Essex'.—Priorissa de Strafford' attornavit Willelmum le Blund' et Johannem le Serjant contra Adam de Boxe et Emmam uxorem ejus petentes, de j acra terre in Botulvepir'.

Oxonia.—Johannes de Bassingeburn' attornavit Jacobum Revel' et Johannem Ganet contra Henricum de Oylly de consuetudine et servicio que idem Henricus ab eo exigit etc. in Dukelinton'.

Devonia.—Robertus de Bello Campo attornavit Ricardum de Aumary et Ricardum de Tatnus contra Widonem de Brettevill' de ij ferlingatis terre in Boltebir'.

Norf'.—Henricus de Hauvill' attornavit Reinerum de Dunton' contra Everardum filium Eudonis de consuetudine et servicio que idem Henricus exigit de predicto Everardo etc. in Len'.

Wigornia.—Willelmus de Kamvill' attornavit Aitropum de Samford' contra Walterum de Bello Campo petentem de consuetudine et servicio.

Kancia.—Felicia, uxor Willelmi de Wicheleg', attornavit eundem Willelmum virum suum contra Willelmum de Langham et Ceciliam uxorem ejus tenentes de tercia parte xiiij acrarum bosci et sex s̄. et novem deñ. et unius ob. redditus cum pertinentiis in Rulvinden', Hethingden' et Oxendal'.

Oxonia.—Elyas prior Sancte Fretheswithe Oxonie attornavit Johannem de Brehull' contra Ricardum Suward' et Philippam uxorem ejus tenentes, de dimidia hida terre cum pertinentiis in Merston', et de dimidia virgata et xvj acris terre et xiiij acris prati et de pastura ad tres carucatas boum, ccc oves et ad xx vaccas, cum pertinentiis in Hedindon', et de iij s̄. redditus in suburbio Oxonie et in loquela etc. inter ipsum priorem petentem et Feliciam Bolle tenentem de dimidia hida terre cum pertinentiis in Hedindon'.

Suff'.—Adam filius Randulfi attornavit Henricum filium Willelmi contra Ricardum Rerebrun' tenentem, de iij acris terre in Neuton' et Hopton'.

Mandatum est J. de . . . . Bristoll' quod venire faciant coram Johanne de Munemuth' in primo adventu suo apud Bristoll' omnes prisones ad faciendum quod ad justiciarios pertinet ad gaolam deliberandam. Teste J. Bathoniensi episcopo apud Westmonasterium, xij die Februarii.*

* This entry is nearly illegible, having apparently been erased.

1230.

[m. 16*d*.] Mandatum est J. de Monem' quod de prisonibus regis qui sunt in gaiola regis apud Bristoll' quo[s] ballivi regis de Bristoll' coram eo per preceptum regis venire facient, in primo adventu suo apud Bristoll' justiciam teneat, facturus inde quod ad justiciarium pertinet ad gaiolam deliberandam. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Februarii.

Et mandatum est eisdem ballivis Bristoll' etc.

Essex'.—Prior Sancte Trinitatis Cantuarie attornavit Radulfum de Burgo contra Johannem de Walflet petentem de j carucata terre in Mereseye, loco Henrici quem idem prior attornavit loco suo in eadem loquela.

Linc'.—Frater Robertus, magister milicie Templi in Anglia, attornavit Johannem de Bliburg' contra Johannem Talebot, de quadam domo et de quadam sopa levatis in Gaynesburg' ad nocumentum ipsius magistri in eadem villa.

Idem magister attornavit Ricardum de Bolestrod' contra Willelmum Hell' de Methingesby de ultima presentatione ecclesie de Methingesby.

Devonia.—Radulfus Springan attornavit Nicholaum filium Davidis contra Gervasium Ivans petentem, de uno molendino et xj ferlingatis et x acris terre et x acris bosci in Coleton'.

Linc'.—Elyas pincerna attornavit Robertum de Grift contra Andream filium Johannis tenentem, de cclix acris terre in Sumercot' et Skitebroc'. Nondum habuit.

[m. 15*d*.] *Dors'*.—Ricardus abbas de Keynesham attornavit Johannem de Keynesham versus Robertum Aumary et Johannam uxorem ejus de quarta parte manerii de Essemere.

Mandatum est justiciario Hibernie quod de militibus quibus rex scripserat de veniendo ad transfretationem suam cum equis et armis, propter securitatem terre Hibernie quamdiu ipse justiciarius absens fuerit, remaneant in Hibernia subscripti; videlicet, Walterus de Rideleford', Matheus filius Griffini, Hugo Tyrel, Johannes de Chahull', et Philippus de Barr', quibus injungat quod intendant honori domini regis in absentia ipsius justiciarii.

[m. 14*d*.] Rex concessit vinetariis Oxonie quod vendant sextercium vini pro xij d. usque ad Pascha anno etc. xiiij°. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ita fieri permittat. Teste rege apud Merleberg', v die Marcii.

Surr'.—Gladusa que fuit uxor Reginaldi de Braos' attornavit Willelmum le Bret, Widonem de Hadenhal' et Johannem de Kineton' contra Willelmum de Braos' tenentem, de tercia parte medietatis manerii de Gumehull', et de tercia parte manerii de Patesdenn' cum pertinentiis.

Heref'.—Eadem Gladusa attornavit eosdem contra Philippum le Bret tenentem, de tercia parte c acrarum terre in Radenor'; et contra

1230.

[m. 14d.] Hugonem de Croft de tercia parte xxx acrarum terre in Kingeslau', et contra Walterum le Peytevin deforciantem, de tercia parte xv s̄. redditus in Erleslau'; et contra Isabellam que fuit uxor Stephani de Ebroicis de tercia parte unius molendini in eadem villa; et contra Matildem que fuit Otueli le Poer de tercia parte vj virgatarum terre in eadem villa; et contra Henricum de Penebrig' de tercia parte ij carucatarum terre et xx m̄. redditus in Garwy.

Linc'.—Elias abbas de Revesbi attornavit Philippum de Kirkeb' et Lucam de Lek' contra Walterum de Bavent, de divisa facienda inter terram ipsius abbatis in Foleby et Tumby et terram ipsius Walteri in Marim.

Hibernia.—Willelmus de Lucy attornavit Henricum Morgan etc. in loquela que est in curia Hibernie inter Willelmum le Franceis et Margaretam uxorem ejus petentes et ipsum Willelmum tenentem de dimidia carucata terre in Castelbridoc.

Norf'.—Rogerus de Fonte attornavit Brianum le Criur contra Hemericum de Childerhus tenentem de x acris terre in Walton.'

Linc'.—Warnerus Engaino attornavit Johannem de Cokerinton' et Thomam Clement contra Johannem abbatem de Fontibus tenentem de uno mesuagio in villa Sancti Botulfi.

Dors'.—Ricardus abbas de Keynesham attornavit Johannem de Keynesham versus Robertum Aumary et Johannam uxorem ejus de quarta parte manerii de Essemere.

[m. 13d.] Rex archiepiscopis et episcopis salutem. Paternitati vestre satis constat quod ad tam arduum et sumptuosum negotium feliciter consumandum quod autore Domino in partibus transmarinis aggredi firmiter proposuimus, specialiter et precipue, post adjutorium divinum et amicorum nostrorum subsidium, pecunie facultas copiosa nobis esset necessaria, in qua quidem, quia negotium exigit memoratum ut ad presens habundemus, et per consequens amiciciam vestram et ceterorum amicorum nostrorum nos oportet in hoc casu, paternitatem vestram de qua plenam reportamus fiduciam, quod ex animo affectetis ut prospere nobis succedat, rogamus affectuose quatenus attendentes neccessitatem que nd succursum nostrum requirendum nos compellit, tam liberaliter de gracia vestra ad votum nostrum perficiendum nobis de pecunia vestra subvenire velitis, quod per hoc sincere dileccionis affectum quem erga nos geritis cognoscamus, et inde ad perpetuas vobis teneamur graciarum actiones. Teste me ipso apud Rading', vij die Aprilis, anno regni nostri xiiij.

Eodem modo scribitur archiepiscopo et episcopis aliis.

Banc'.—Abbas de Osen' attornavit fratrem Willelmum de Kenefar' canonicum suum, de warantia carte Rogeri de Coddesford' et Isolde uxoris ejus de una virgata terre in Folewell'.

1230.

[m. 12*d*.] Rex Briano de Insula, Thome filio Johannis et Alano Buche salutem. Mandamus vobis quod, assumptis vobiscum forestariis de feodo et viridariis de foresta Carleoli, in propriis personis vestris accedatis ad ipsam forestam et per sacramentum xij de legalioribus, discretioribus et antiquioribus hominibus per quos rei veritas melius possit inquiri, tam militibus quam aliis libere tenentibus de comitatu Cumbrie, quos vicecomes noster Cumbrie de precepto nostro ad mandatum nostrum illuc venire faciet, simul et per sacramentum predictorum forestariorum et viridariorum, diligenter inquiratis qui bosci pertinebant ab antiquo ad manerium de Daleston' quod dedimus venerabili patri W. Karleolensi episcopo et thesaurario nostro, ante quam manerium illud devenit in manum predecessorum nostrorum regum Anglie, occasione felonie quam Herveius filius Mauricii fecit per quam manerium illud forisfecit. Fieri etiam faciatis per eosdem legales homines tam milites quam libere tenentes et per predictos forestarios et viridarios perambulationem per certas metas et divisas inter boscos nostros et terras nostras, qui quidem bosci et que terre debent ad nos pertinere, tamquam non pertinentes ad dictum manerium de Daleston', et boscos et terras pertinentes a tempore predicto manerio eidem ; qui quidem bosci et que terre debent remanere eidem episcopo racione donationis quam ei fecimus de manerio predicto. Vos igitur predictam perambulationem ita factam stare et firmiter observari faciatis. Injunximus etiam vicecomiti Cumbrie quod eandem perambulationem, quantum in eo est, stare et firmiter faciat observari. Teste me ipso apud Radding', xij die Aprilis, anno regni nostri xiiij°.

Rex vicecomiti Cumbrie. Precipimus tibi quod ad diem et locum quem B. de Insula etc. et Thomas et A. quos sibi ad hoc associavimus et una cum eo justiciarios constituimus, assumptis tecum probis et legalibus hominibus tam militibus quam liberis hominibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad forestam nostram de Karleolo in occursum ipsorum B. Th. et A., quibus mandavimus quod per sacramentum xij de legalioribus, discretioribus et antiquioribus militibus et liberis hominibus de comitatu tuo qui melius sciant et velint inde dicere veritatem, simul et per sacramentum forestariorum et viridariorum, diligenter inquirant qui bosci pertinebant ab antiquo ad manerium de Daleston' quod dedimus venerabili patri W. Karleolensi episcopo et thesaurario nostro, ante quam manerium illud devenit in manum predecessorum nostrorum regum Anglie occasione felonie quam Herveius filius Mauricii fecit, per quam manerium illud forisfecit. Injunximus etiam eisdem B. Th. et A. quod per eosdem milites et liberos homines, forestarios et viridarios fieri faciant perambulationem per certas metas et divisas inter boscos nostros et terras nostras, qui quidem bosci et que terre debent ad nos pertinere tamquam non pertinentes ad dictum manerium de Daleston', et boscos et terras pertinentes a tempore predicto manerio eidem, qui bosci et que terre debent remanere eidem episcopo racione donationis manerii predicti quam ei inde fecimus. Tu igitur perambulationem per eos factam stare et firmiter observari facias, simul cum ipsis justiciariis quibus similiter mandavimus quod eam ex parte sua stare et servari faciant. Teste ut supra.

[m. 11*d*.] Rex vicecomiti salutem. Scias quod concessimus et confirmavimus magistro et fratribus milicie Templi in Anglia libertates et quietantias

1230.

[m. 11*d*.] prius eis a predecessoribus nostris regibus Anglie concessas, quibus et nos quedam duximus addenda, sicut plenius patet per cartas et confirmaciones nostras eis inde factas. Et ideo tibi precipimus quod predictas cartas et confirmaciones nostras in pleno comitatu tuo publice legi, et concessas eis a nobis et predecessoribus nostris libertates et quietancias secundum tenorem earumdem cartarum et confirmacionum nostrarum eis in balliva tua firmiter facias observari. Teste rege apud Westmonasterium, xvij Februarii, anno etc. xj°.

Coram justiciariis proximo itineraturis in comitatu Glouc'.—Prior de Lantocnay attornavit Walterum de Cudbrictlegh' et Willelmum de Martiny contra Henricum filium Johannis, qui aramiavit versus eum assisam nove dissaisine de tenemento in Eilewort h'.

Dors'.—Ricardus abbas de Kaynesham attornavit Johannem de Kaynesham contra Nicholaum Malemeins de manerio de Wimburn' cum pertinentiis, excepto menbro (*sic*) de Worth', et contra abbatem de Binedon' deforciantem, de manerio de Worth' cum pertinentiis.

Eboracum.—Ricardus de Percy attornavit Henricum de Percy et Danielem le Ticis contra Radulfum de Handley deforciantem, de consuetudine etc. que idem Ricardus etc. ab eo exigit etc. in Aton'.

Berk'.—Saddoc filius Reginaldi attornavit Willelmum de Camera contra Jordanum filium Saddoc et Johannem fratrem ejus tenentes, de una virgata terre in Waltham.

Cornubia.—Henricus de Pencoit attornavit Johannem fratrem suum contra Johannem de Pencoit tenentem, de manerio de Pencoit cum pertinentiis.

[m. 10*d*.] Memorandum quod Johannes de Kirkeb' optulit domino regi xx marcas pro habenda concessione regis quod bosscum de Normannespalles, qui jacet inter aquam que vocatur Kal et fossatum antiquum infra forestam de Ganteris, possit essartare et excolere et de rege tenere. Et* mandatum est B. de Insula quod inquirat quantum contineat per numerum acrarum et ad quod nocumentum foreste etc.

[m. 9*d*.] *Norf'*.—Jacobus de Birkin attornavit Alanum filium Steingrim' de loquela etc. inter ipsum Jacobum et Amabilem, uxorem ejus, et Rogerum de Eton' deforciantem, de consuetudine etc. in Tyrinton'.

War'.—Hervicus de Staff' attornavit Radulfum de Dunne contra Henricum de Oilly et Vivianum de Staundon' deforciantes, de consuetudine etc. que idem Hervicus ab eis exigit etc. in Bubehull' et Dicheford'.

Dereb'.—Radulfus de Cureun attornavit Robertum de Audewerk' contra Henricum de Osmundeston' tenentem, de tercia parte iiij bovatarum et sex acrarum terre et dimidie in Osmundeston'.

---

* E. MS.

1230.

[m. 9*d*.] *Dors'*.—Thomas de Aula attornavit Herebertum de Caln' et Robertum Chun contra Simonem de Maneston' deforciantem, de herede Warini de Hanle.

Berk'.—Willelmus Bardulf attornavit Robertum filium David de loquela etc. inter ipsum Willelmum et Nicholaam, uxorem ejus, et Robertum de Strode, de placito nativitatis.

Dors'.—Thomas de Aula attornavit Herebertum de Caln' et Robertum Chun contra Simonem* de Maneston' deforciantem, de herede Warini de Hanle.

Linc'.—Emma filia Michaelis attornavit Willelmum filium Willelmi Wambeis contra Radulfum le Curteis tenentem, de viij bovatis terre in Normanneb'.

Cantebrigia.—Adam de Perton' attornavit Rogerum de Eveners contra Thomam de Samford' de medietate feodi dimidii militis in Streleye.

Hibernia.—W. comes Marescallus attornavit Johannem de Bereford' et Reymundum Sprot in loquela que est in curia regis Dublin', inter ipsum comitem petentem et episcopum Kilkenniensem tenentem de manerio de Dervau cum pertinentiis.

Dors'.—Nicholaus Malemeins attornavit Robertum Malemeins et Radulfum Cotun contra abbatem de Keynesham petentem, de manerio de Uppingburn' cum pertinentiis.

Noting'.—Eustachius de Moretoin' attornavit Ambrosium de Tilles-worth' contra Robertum de Pavilly quod idem Robertus acquietet eum de servicio quod A. Coventrensis ab eo exigit etc. in Riseleg'.

Villa Oxonie.—Elyas de Redbergh' attornavit Johannem Ruffum contra Aliciam, que fuit uxor Hamonis de Norhamt', et Ricardum filium ejus, de serviciis que idem Elyas exigit ab eis etc. in Oxonia.

Norht'.—Radulfus Basset de Weledon' attornavit Galfridum Labbe de Sutton' contra Willelmum de Camera de conventione inter eos facta de duabus cartis, et contra Radulfum filium Wynemeri de conventione inter eos facta de j carta.

[m. 8*d*.] *Staff'*.—Nicholaus le Urs attornavit Robertum de Eselington' contra Aliciam que fuit uxor Hugonis de Dokes' petentem, de custodia terre que fuit ipsius Hugonis in Selkemor', Gretwod' et Castell'.

H. Dei gracia etc. vicecomiti Dors' salutem. Scias quod Laurencius de Swannewic', Robertus Gunfrei et Johannes Nel venerunt ad nos usque Portesmue cum navibus suis parati ad transfretandum nobiscum, si placeret nobis. Set quia alias naves habuimus ad sufficienciam, dedimus eis licenciam revertendi ad partes suas cum navibus predictis. Hec tibi significamus ne propter hoc graventur vel occasionentur. Teste me ipso apud Portesmue, xxx die Aprilis, anno regni nostri xiiij°.

* Repeated in MS.

1230.
[m. 7d.] *Justiciarii itinerantes in Wigornia et Eboraco.*—Hamo Crassus attornavit Robertum de Morton' et Johannem de Horleter' in assisa mortis antecessoris inter Robertum de Antioch', petentem, et ipsum tenentem, de feodo dimidii militis in Dormeston'.

Willelmus de Moy attornavit Johannem de Hamerton' in loquela etc. contra Willelmum Goher de warancia carte de ij bovatis terre in Neuton' super Usam.

In comitatu Sussex'.—Robertus de Horsted' attornavit Johannem Paterie contra priorem Lewensem de consuetudine etc. que idem Robertus ab eo exigit etc. in Horsted' et in Laugen'.

Suht'.—Gilebertus Basset attornavit Johannem de Sandervill' et Robertum Kempe contra Willelmum de Porte Arche tenentem, de manerio de Neweton' cum pertinentiis.

Lanc'.—Johannes de Nevill' attornavit Alanum de Paunton' et Thomam le Clerk contra Willelmum de Stratton', quem clamat nativum suum etc.

Radulfus de Haya attornavit Petrum Galle contra Gilebertum Bumble et Gilebertum le Noble, quos clamat nativos etc.

Hertf'.—Aubriens le Gayz attornavit Baldewinum de Stowa contra abbatem de Wardon' petentem, de consuetudine etc. in Beelond'.

Rex justiciariis suis de Banco, salutem. Precipimus vobis quod in presencia virorum discretorum, audiatis loquelam que est inter comitem Cestrie et monachos Sancte Marie de pratis in Normannia, de manerio de Stuvinton in comitatu Berk', et illam secundum legem et consuetudinem regni nostri deducatis. Et si responsio predictorum monachorum non fuerit ita sufficiens quod adquietet nos et ipsos, non omittatis per hoc, licet teneamur ad warentiam faciendam, quin procedatis in loquela illa, illam deducendo secundum legem regni nostri, sicut predictum est. Teste rege apud Portesmue, xx die Aprilis, anno regni nostri xiiij°.

Norhumbr'. — Willelmus de Mednilhermer attornavit Ivonem de Tunstall' contra Ricardum filium Ade petentem, de duabus partibus maneriorum de Berlawe, Cumberclive et Esperdeslegh'.

Eboracum.—Simon de Ver attornavit Andream de Wutton' contra Thomam filium Egidii tenentem de una carucata terre in Sprottel', et contra Rogerum de Preston' tenentem, de sex bovatis terre in Preston' et de quatuor bovatis terre in Tunestall', et contra Johannem filium Vic' tenentem de una bovata terre in Preston'.

Devonia.—Abbas de Gresteng attornavit Johannem capellanum de Mers' et Bartholomeum de Grestein' contra Alexandrum et Johelem de Buggeberg' de consuetudine etc. que idem abbas ab eis exigit etc.

Buk'.—Idem abbas attornavit eosdem contra Bernerum de Horwud' deforciantem de consuetudine etc.

1230.

[m. 7d.] *Dereb'*.—Matilda de Saucusemar' attornavit Willelmum filium Stephani contra Robertum de Prendregest et Alienoram uxorem ejus de consuetudine etc. de tenemento in Alewaldston'.

Rex vicecomiti Wigornie salutem. Precipimus tibi quod statim, visis literis istis, per totum comitatum tuum jurari facias ad arma omnes homines comitatus tui qui post nos remanebunt in Anglia, tam liberos quam alios, in forma in qua jurati fuerunt tempore domini J. regis, patris nostri. Ita quod singuli habeant arma sua in forma in qua jurati fuerunt citra Pentecosten proximam post transfretationem nostram, anno scilicet regni nostri xiiij°, ad defensionem et securitatem suam et terre nostre. Teste rege apud Portesmue, xxx die Aprilis, anno eodem.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Sumerset'.—Agneta de Windles' attornavit Engeram Luvel contra Galfridum de Kitenor' petentem, de quarta parte feodi j militis cum pertinentiis in Wulfreston'.

Noting'.—Willelmus le Rus et Isabella uxor ejus attornaverunt Henricum de Suwell' et Willelmum de Stanl' contra Willelmum de Hurle, Radulfum filium Willelmi de Weston' de duabus domibus levatis in Weston' ad nocumentum etc. in eadem villa.

Rex ballivis et baronibus suis de Hasting' salutem. Mandamus vobis quod, visis literis istis, per totum portum vestrum jurari faciatis ad arma omnes homines portus vestri in forma qua jurati fuerunt ad arma illi qui superstites fuerunt in portu vestro tempore domini J. regis patris nostri, ita quod singuli habeant arma sua in forma qua jurati fuerunt citra Pentecosten anno etc. xiiij°, ad securitatem et defensionem suam et terre nostre. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, ix die Maii, anno eodem.

Eodem modo scribitur ballivis et baronibus portuum Dovr', Sandwici, Heth', Rumenal.

[m. 6d.] *Wigornia*.—Prior de Wares attornavit Johannem le Butiller contra ballivos Radulfi de Thony de secta quam ipsi ab eo exigunt ad curiam ipsius Radulfi de Albodel'.

Noting'.—Prior de Lenton' attornavit Robertum de Cottegrave contra Alanum Malet tenentem, de una carucata et quarta parte unius carucate terre cum pertinentiis in Cottegrave.

Linc'.—Adam abbas de Bardenay attornavit Ricardum, celerarium suum, et Gilebertum Mandewerre contra Galfridum de Tupholm' de divisis faciendis* inter terram abbatis de Barden' in Barden', et terram abbatis de Tupholm' in Burreine, et terram predicti abbatis de Barden' in Barden', et terram Galfridi de Nevill' in Burreine, et terram ipsius abbatis Barden' in Barden', et terram Alicie que fuit uxor Henrici de Nevill' in

* The three preceding words are repeated.

1230.

[m. 6*d*.] Burreine, et terram ipsius abbatis de Bard' in Bard', et terram Hugonis pistoris in Burreine.

Noting'.—Robertus abbas de Pipwell' attornavit* Ricardum Anglicum contra Willelmum Hauberge petentem, de uno molendino in Acle.

Dors'.—Nicholaus Malemeins attornavit Robertum, personam de Hidle, et Adam de Theye contra abbatem de Keynesham petentem, de manerio de Upwinburn'.

Lanc'.—Prior de Ormesby attornavit Willelmum de Haddeclive contra Willelmum de Benigworth' de eo quod idem Willelmus acquietet eum de servicio quod Philippus de Kyme exigit ab eo de tenemento etc. in Freston'.

Linc'.—Simon de Hal' attornavit Simonem filium Roberti contra Willelmum de Winceby tenentem, de duabus bovatis terre in Winceby, et contra Thomam filium Albredi tenentem, de una acra terre et dimidia in eadem villa.

Villa Linc'.—Hamo de Wudehall' attornavit Thomam filium Petri contra Radulfum de Colecestr' de serviciis que idem Hamo exigit etc. in Linc'.

Norht'.—Simon de Hal' attornavit Henricum de Sproxton' contra Willelmum de Henred tenentem, de xv pedibus terre in Barton'.

Cantebrigia.—Matilda filia Fulconis attornavit Michaelem Malherbe contra Walterum filium Fulconis tenentem, de uno mesuagio in Cantebrigia.

Hertf'.—Johannes de Matan attornavit Rogerum filium Reginaldi contra Radulfum filium Bernardi tenentem, de una hida terre in Bisheye.

Norf'.—Willelmus Bigod attornavit Henricum de Kertling contra Willelmum de Banham de duabus marcis.

Buk'.—Abbas de Osen' attornavit fratrem Willelmum de Kenefar' contra Gilebertum de Bracy tenentem, de una virgata terre, ij acris prati et una acra pasture in Staues.

Villa Linc'.—Walterus filius Andree attornavit Robertum de Linc' contra Willelmum de Gresleby de uno mesuagio in Linc'.

Norht'.—Willelmus le Bretun attornavit Robertum de Ardern' contra Simonem de Berchers' tenentem, de c s. terre in Haringworth'.

---

* This word is repeated.

1230.

[m. 6*d*.] Henricus de Hauvill' attornavit Reynerum de Dunton' contra Everardum filium Eudonis de consuetudine etc. in Len' et in Tiln'.

Rex etc. dilecto et fideli suo Henrico de Braybroc' salutem. Sciatis quod constituimus vos et coronatores comitatus Bedef' justiciarios nostros ad gaolam nostram Bed' deliberandam. Et mandavimus vicecomiti Bed' et predictis coronatoribus quod ad diem competentem, quem eis per litteras vestras significabitis, vobis apud Bed' occurrant ad hoc faciendum; ita quod vicecomes ad diem illum coram vobis et predictis coronatoribus habeat omnes prisones et attachiamenta et alia que ad hujusmodi negocium pertinent. Et ideo vobis mandamus quod ad diem competentem quem predictis vicecomiti et coronatoribus prescire faciatis, conveniatis apud Bed' una cum eis ad faciendum inde quod ad justiciarios pertinet, secundum consuetudinem regni nostri. Teste S. de Sedgrave, xvij° die Maii, anno regni nostri xiiij.

Mandatum est vicecomiti et coronatoribus ejusdem comitatus quod ad diem quem idem Henricus eis scire faciat per litteras suas, occurrant ei apud Bed' ad hoc negocium exequendum in forma predicta, et quod vicecomes tunc habeat ibi coram eis omnes prisones Bed' et attachiamenta et alia que ad hoc negocium pertinent. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Staff' et Salopie quod coram Johanne de Monem' et Willelmo de Stutevill', quos rex una cum Willelmo de London' justiciarios constituit ad assisas capiendas et gaolas deliberandas die Dominica in octabis Sancte Trinitatis apud Salopiam, venire faciat ad eundem diem et locum omnimodas assisas, tam ultime presentationis, quam de morte antecessoris et nove disseisine, et alias quascunque assisas et omnia placita de dote; que quidem assise et que placita summonita sunt in comitatu suo Salopie coram justiciariis itinerantibus. Faciat etiam venire apud Staff' die Veneris proxima post predictam diem Dominicam coram predicto Johanne de Monem' et Willelmo Basset, quos rex una cum predicto W. de Lond' in comitatu illo justiciarios constituit, omnes hujusmodi assisas et placita de dote; que quidem assise et placita summonita sunt in eodem comitatu Staff' coram justiciariis itinerantibus. Et habeat ad utrumque diem et locum summonitores et atachiamenta, brevia, prisones et omnia alia que ad hujusmodi assisas capiendas et predicta placita tenenda et gaolas deliberandas pertinent, et hoc breve. Teste S. de Sedgrave apud Wigorniam, xxj die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie de assisis capiendis, et gaolis deliberandis etc. ut supra, coram Willelmo de Stutevill',* Radulfo de Sudleg' et W. de London' in crastino Sancte Trinitatis apud Wigorniam.

Rex vicecomiti Linc' salutem. Precipimus tibi quod coram dilectis et fidelibus nostris Briano de Insula et Simone de Roppesle, quos justiciarios nostros constituimus ad assisas† nove disseisine capiendas et gaiolas deliberandas die Mercurii proxima post festum Sancti Johannis Baptiste apud Linc', venire facias ad eundem diem et locum omnes assisas nove disseisine que arramiate sunt coram justiciariis nostris itinerantibus in

* Altered from "Johanne de Monem'."

† assisa, MS.

1230.

[m. 6*d*.] comitatu tuo. Et habeas ibi atachiamenta, brevia, prisones et alia que ad assisas nove disseisine capiendas et gaiolas deliberandas pertinent, et hoc breve. Teste S. de Segrave apud Salopiam, xij die Junii, anno regni nostri xiiij°.

Et mandatum est Briano de Insula et Simoni de Roppesle quod predictis die et loco ibi conveniant etc.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norht' de assisis nove disseisine et gaiolis deliberandis apud Norhamt' coram S. de Sedgrave et illis quos sibi associabit die Lune proxima ante festum Beati Petri ad Vincula. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, xviij die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Noting' de assisis nove disseisine et gaiolis deliberandis apud Noting' die Lune proxima post festum ejusdem Sancti Petri ad Vincula.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci de assisis nove disseisine faciendis venire coram Willelmo Basset apud Eboracum et sociis suis, quos rex justiciarios suos constituit. Teste S. de Sedgrave apud Leic', iij die Augusti.

Rex constituit Alanum de Bassingburn' et Galfridum Cinee justiciarios ad gaiolam de Huntind' deliberandam, die Sabbati in octabis Apostolorum Petri et Pauli.

[m. 5*d*.] Rex episcopo Roffensi salutem. Sciatis quod assignavimus vos et dilectos et fideles nostros senescallum archiepiscopi Cantuariensis, Johannem de Wauton', et vicecomitem nostrum Kancie, ad faciendum arma jurari et assideri per totam ballivam ipsius vicecomitis, sicut jurata fuerunt tempore domini J. regis patris nostri; videlicet, sub hac forma, quod unusquisque habens feodum militis integrum habeat loricam; qui vero habet feodum dimidii militis, habeat haubergellum; unusquisque autem qui habet catalla ad valorem xv marcarum, sive sit manens in civitate vel extra civitatem sive in burgo vel extra burgum sive in alia villa, habeat loricam; si vero habeat catalla ad valorem x marcarum, habeat haubergellum; qui vero habet catalla ad valorem xl solidorum, habeat capellum ferreum, purpuctum, et lanceam; qui vero habet catalla ad valorem xx solidorum, habeat archum et sagittas, nisi maneat in foresta nostra; si vero maneat in foresta nostra et habeat catalla ad valorem xx solidorum, habeat hachiam vel lanceam. In qualibet vero villa extra civitatem et burgum sit unus constabularius, et in qualibet civitate et in quolibet burgo plures constituantur constabularii, secundum quantitatem civitatis vel burgi, ad quorum summonitionem omnes ad arma jurati in warda sua sine dilatione et occasione conveniant, et ad inbreviandum distincte et aperte nomina singulorum et arma ad que jurati sunt, ita quod singuli talia arma habeant semper prompta sicut premuniti fuerunt ad diem Pentecostes anno regni nostri xiiij, ad defensionem regni nostri et suam. Et quia predicta forma non fuit eis prius sufficienter ostensa, mandavimus predicto vicecomiti quod si ea ad presens prompta non habeant, non ponat eos in defaltam, nec ea occasione aliquid de suo capiat, set eos distringat ad ea habenda decetero sub forma predicta. Et ideo vos rogamus quod ad dies et loca competentia, una cum predictis senescallo, Johanne et vicecomite, conveniatis ad predicta facienda cum omni diligentia quam merito commendare debeamus. Rotulos etiam de toto itinere vestro faciatis

1230.

[m. 5d.] habere venerabili patri R. Cycestrensi episcopo cancellario nostro et dilecto et fideli nostro S. de Sedgrave, distincte et aperte sub sigillo vestro et sigillis predictorum senescalli, Johannis et vicecomitis. Teste S. de Sedgrave apud Salopiam, xiij die Junii, anno etc. xiiij°.

Eodem modo scribitur et per eadem predicto senescallo et Johanni de Walton'. Vicecomiti vero scribitur per eadem verba usque ad hoc verbum "conveniant" et postea sic: Et ideo tibi precipimus quod ad dies et loca competentia una cum predictis episcopo, senescallo et Johanne, quibus idem mandavimus, convenias ad hoc faciendum, et ad inbreviandum distincte et aperte nomina singulorum et arma ad que jurati sunt, sollicite provisurus et facturus quod singuli talia arma semper prompta habeant sicut premuniti fuerunt ad diem Pentecostes, anno etc. xiiij°, ad defensionem regni nostri et suam. Et quia predicta forma non fuit eis prius sufficienter ostensa, quamvis ea ad presens prompta non habeant, non ponas eos in defaltam nec ea occasione aliquid de suo capias vel capi permittas, set eos distringas ad ea habenda decetero sub forma predicta. Teste ut supra.

Sicut scribitur certis personis in hoc comitatu Kancie et vicecomiti ejusdem loci sub forma predicta, ita scribitur certis personis et vicecomitibus aliorum comitatuum, sicut patet inferius:—

Sussex':	Comes Warennie Simon de Echingham	cum vicecomite.
	Amfr' de Fering' per literas.*	
Surr':	Comes Warennie Simon de Echingham Prior de Merton'	cum vicecomite.
Suht':	Petrus filius Hereberti Abbas de Hyda Senescallus episcopi Wintoniensis	cum vicecomite.
Berk':	Petrus filius Hereberti Abbas Abbendon' Abbas de Rading'	cum vicecomite.
Wilt':	Matheus filius Hereberti Alanus Basset Abbas de Malmeshir' Senescallus episcopi Sarrisburiensis	cum vicecomite.
Somerset' et Dors':	Alvredus de Linc' Henricus de Ortiay Abbas Glastoniensis Senescallus episcopi Bathoniensis in Sumerset Senescallus episcopi Sarrisburiensis in Dors'	cum vicecomite.

* Substituted for "Senescallus episcopi Cycestrensis."

1230.
[m. 5*d*.]

Devonia :	Episcopus Exoniensis Hugo Peverel de Ermninton' Wido de Brettevill' Willelmus de la Pomeraye	cum vicecomite.
Glouc' :	Thomas de Berkel' Abbas de Theok' Jordanus la Warre Radulfus de Sudleg'	cum vicecomite.
Heref' :	Episcopus Herefordensis Walterus de Lascy Prior de Leministr' Walterus de Clifford'	cum vicecomite.
Wigornia :	Episcopus Wygorniensis Eudo de Bello Campo Rogerus le Poher	cum vicecomite.
Salopia :	Abbas Salopiensis Vivianus de Roshal' Rogerus de Sibbeton'	cum vicecomite.
Staff' :	Episcopus Coventrensis Abbas de Burton' Robertus de Kinctel'	cum vicecomite.
Dereb' :	Episcopus Coventrensis Thomas Tuschet Senescallus comitis de Ferrariis	cum vicecomite.
Noting' :	Prior Lenton' Willelmus de Cressy Hugo filius Radulfi	cum vicecomite.
Linc' :	Episcopus Lincolniensis Simon de Roppel' Johannes Gubaud' Hugo de Humby per literas.	cum vicecomite.
Eboracum :	Archiepiscopus Eboracensis Malveisinus de Hersin Robertus de Cokefeld' Johannes de Rumes' Marmeducus de Tveng' Senescallus comitis Albem'	cum vicecomite.
Norhumbr' :	Senescallus episcopi Dunholmensis Rogerus de Merlay Ricardus Bertram	cum vicecomite.
Cumbr' :	Adam de Tindal' Prior Karleolensis Lambertus de Multon'	cum vicecomite.

1230.
[m. 5*d*.]

Lanc' :	Adam de Biry Senescallus comitis Cestrie de Westderyb' Rogerus Gernet	cum vicecomite.
Norf' et Suff' :	Episcopus Norwicensis Johannes Marescallus Willelmus de Franchevill' Willelmus de Amblye	cum vicecomite.
Essex' et Hertf' :	Episcopus Londoniensis Robertus filius Walteri Ricardus filius Simonis Abbas de Sancto Albano Adam filius Willelmi	cum vicecomite.
Midd' :	Abbas Westmonasteriensis Robertus de Bello Campo Johannes de Sampford'	cum vicecomite.
Cant' et Hunt' :	Elyensis episcopus Nicholaus de Kenet* Oliverus Monachus Everardus de Trumpinton' in Cantebrigia Radulfus de Trublevill'* in Hunt'	cum vicecomite.
	Henricus le Evesk' in comitatu Cantebrigie et Robertus de Wassingel' in comitatu Hunt' per literas.	
Rotel' :	Radulfus de Normanvill' Galfridus de Armenteres	cum vicecomite.
Norht' :	Abbas de Burgo Robertus de la Saucee David de Esseby Mauricius de Aundely	cum vicecomite.
Buk' :	Nicholaus de Haveresh' Radulfus Harang Walterus Folyot	cum vicecomite.
Bed' :	Prior de Neweham Walterus de Pateshull' Willelmus filius Warini	cum vicecomite.
Leic' :	Abbas Leic' Willelmus de Albin' Willelmus Basset	cum vicecomite.

* These two names are cancelled.

1230.
[m. 5d.]

War':	Prior Coventr' Walterus de Dayvill' Johannes de Lodbroc'	cum vicecomite.
Oxonia:	Abbas de Osen' Robertus Aumar' Henry de Oylly	cum vicecomite.
Cornubia:	Robertus de Cardinan Henricus de Bodrigan Prior de Bomine	cum vicecomite, cui soli mandatum fuit.
Westmerl':	Thomas filius Johannis Robertus de Helebec	Mandatum fuit vicecomiti quod illis duobus et aliis duobus legalibus militibus ei associatis jurari faciat ad* arma.

Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod coram dilecto et fideli nostro S. de Sedgrave et coram Briano de Insula et Simone de Roppel', justiciariis assignatis ad assisas nove disseisine capiendas et gaiolas deliberandas apud Linc' in festo Apostolorum Petri et Pauli anno regni nostri xiiij, in presentia plurimorum militum et liberorum hominum de eodem comitatu, recognitum fuit de precepto nostro per sacramentum Johannis Coleman, Hugonis de Harinton', Radulfi de Morton', Johannis de Bec, Roberti Collin', Willelmi de Seintlic', Michaelis de Merston', Hugonis de Castingthorp', Thome Fluri, Johannis de Bosco et Roberti filii Hugonis: quod Rogerus Bertram Brito tenuit terram in Fulebec et in Ledenham' quam Oliverus de Sancto Georgio habet de ballio nostro, de comite Britannie in capite et non de alio, cui comiti reddidimus omnes terras suas in Anglia tam in dominicis quam in serviciis et aliis, unde per literas nostras magno sigillo nostro sigillatas dedimus in mandatis venerabili patri R. Cycestrensi episcopo etc. et S. de Sedgrave, quod ei plenam saisinam habere facerent de omnibus terris suis in Anglia, tam in dominicis et serviciis quam aliis. Et ideo tibi precipimus quod eidem comiti de predicta terra cum pertinentiis eidem comiti sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste S. de Sedgrave, apud Linc', xxviij die Junii.

Domino regi, R. Dei gratia Cycestrensis etc. S. de Segrave et ceteri domini. Recolit, ut credimus, vestra celsitudo quod cum ultimo ante transfretationem vestram fuissetis apud Rading', venerunt ad vos ibidem homines quidam de Ludingeland', petentes manerium de Ludingeland' eis et heredibus suis per cartam vestram concedi ad feodi firmam per sexaginta et decem libras per annum ad Scaccarium vestrum reddendas, pro qua concessione eis facienda vobis optulerunt centum libras. Quia vero libertates quasdam speciales non pertinentes ad manerium illud petierunt quas eis concedere non fuit regie celsitudini consultum, et sine quibus

* Omitted in MS.

1230.

[m. 5d.] ipsi predictum manerium ad feodi firmam capere noluerunt, sicut nec se ausos esse protestati sunt irrequisito hominum dicti manerii super hoc assensu communi, reversi sunt ad partes suas inde deliberaturi. Nuper vero venientes ad nos homines predicti post transfretationem vestram, c libras optulerunt sicut prius pro habenda carta vestra de dicto manerio habendo ad feodifirmam sibi et heredibus suis de vobis et heredibus vestris, cum omnibus pertinentiis suis et cum libertatibus ad idem manerium pertinentibus, sine aliqua alia speciali libertate, si regie sederit voluntati, reddendo per annum lxx libras ad Scaccarium vestrum; videlicet, ad festum Sancti Michaelis unam medietatem et ad Pascha aliam medietatem, et ad Pascha aliam medietatem;* et de predictis c libris unam medietatem ad festum Omnium Sanctorum anno regni vestri xv, et aliam medietatem ad Pascha anno eodem. Si autem non placuerit vobis eorum oblatio pro habenda carta vestra de manerio illo cum pertinentiis et cum libertatibus ad illud pertinentibus sine aliqua speciali libertate, sicut predictum est, provisum est, si placeat vobis, quod manerium illud teneant ab hoc festo Sancti Johannis Baptiste anno regni vestri xiiij° usque in unum annum pro iiij^{xx} libris ad Scaccarium vestrum reddendis, ita quod si quid reddiderint de fine predictarum centum librarum, allocabitur eis in firma in firma* predictarum iiij^{xx} librarum de anno predicto. Et hoc dominationi vestre duximus signandum, ut nobis inde beneplacitum vestrum remandetis.

Middelsex'.—Egidia uxor Johannis de Stibbinges attornavit Willelmum de Stebbinges versus Henricum de Boquinte de sex acris terre in Stanner' etc.

Sussex'.—R. Cycestrensis episcopus attornavit Simonem de Scinlic' versus abbatem de Fiscamp' et priorem de Arundell' et Johannem filium Alani et Hugonem de Nevill' et Aufridum de Feringes de divisis faciendis inter terram predicti episcopi in Amb' et Feringes, et terram predicti abbatis in Biry, et terram prioris Arund' in Arundell', et terram Johannis filii Alani in Stok', et terram Hugonis de Nẹvill' in Stok', et terram Aufridi de Fering' in Fering'.

[m 4d.] . . . . . . Willelmum de Wubrunne contra Robertum Colevill' petentem de duabus acris terre et dimidia in Carleton.'

. . . . coram domino S. de Segrave Alexandrum de Stodham contra Robertum filium Walteri de Ysenhamested' de dimidia virgata terre in Ysenhamested'.

. . . . . . ge attornavit Willelmum le Sage contra Beatricem, que fuit uxor Galfridi de Burecot', et Matildem filiam Galfridi et Dionisiam sororem ipsius Matildis et magistrum hospitalis Sancti Johannis Norht', tenentes de j . . . . . Touecestr'.

. . . . attornavit Ricardum filium suum contra Willelmum de Hampton' tenentem de dimidia hida terre in Hampton'.

* Sic in MS.

1230.

[m. 4d.] . . . . . [Abb]as de Rupe attornavit fratrem Gilebertum celerarium suum contra Beatricem, que fuit uxor Willelmi de Otteby, de hoc quod reddat ei Willelmum filium et heredem Willelmi de Otteby qui* ad eum pertinet etc.

Noting'.—Willelmus de Cruce attornavit Hugonem de Cruce contra Thomam filium Rogeri tenentem de duabus bovatis terre in Bingeham'.

Prior de Sancto Oswaldo attornavit Willelmum de Bredon', canonicum suum, contra Olivam de Monte Begonis deforciantem, de racionabilibus estoveriis ipsius prioris et hominum suorum in bosco de Sulgholm' et Warsop'.

Oxonia.—Adam filius Nicholai attornavit Thomam Tinctorem de Bannebir' contra Adam filium Ade, priorem de Wroxtan', Robertum filium Rogeri et Gilebertum Molendinarium, tenentes de xxxiiij acris terre in Belescot'.

Linc'.—Alicia, que fuit uxor Henrici de Nevill', attornavit Adam de Wiliton' contra abbatem de Bardenay de divisis faciendis inter terram ipsius abbatis in Barden' et terram ipsius Alicie in Burreth'.

[m. 3d.] *Linc'*.—Galfridus abbas de Tupeholm' attornavit fratrem Willelmum de Linc', canonicum suum, contra Adam abbatem de Barden' de divisis inter terram abbatis de Tupholm' in Burreth' et terram abbatis de Barden' in Barden'.

Noting'.—Elyas filius Ricardi attornavit Galfridum fratrem suum in loquela que est inter ipsos Eliam et Galfridum petentes et Rogerum filium Reyneri, Thomam de Laun'. Willelmum filium Hugonis, Rogerum filium Reineri, Ricardum Molendinarium, Walterum de Bekingham' et Hugonem filium Radulfi, de medietate duarum bovatarum terre et duorum toftorum in Bekingham'.

Eboracum.—Philippus de Kyma attornavit Gilebertum de Wetel' contra Willelmum de Percy, ne idem Willelmus exigat ab eodem Philippo sectam ad curiam suam vel alias consuetudines etc.

Eboracum.—Matildis de Percy attornavit Galfridum de Gedding' et Radulfum de Skipton' in loquela que est inter ipsam et Robertum de Huntfot de tercia parte quadraginta solidatarum redditus cum pertinentiis in Thorentoun'; et inter ipsam et Radulfum de Faxflet de tercia parte duarum bovatarum terre cum pertinentiis in Faxflet; et inter ipsam et Laurencium de Faxflet de tercia parte duarum bovatarum terre cum pertinentiis in eadem villa.

Leic'. Eadem attornavit Ricardum de Dayvill' vel Johannem de Gatton' in loquela que est inter ipsam et Robertum de Dayvill' de tercia parte viginti et septem bovatarum terre cum pertinentiis in Aleby, et de

* q̃ in MS., which usually represents "que."

1230.

[m. 3*d*.] tercia parte viginti et quinque bovatarum terre et trium solidatarum et decem denariatarum redditus cum pertinentiis in Kirkeby, et de tercia parte triginta solidatarum redditus cum pertinentiis in Melton', et tercia parte duarum bovatarum terre cum pertinentiis in Fretheby.

Notingh'.—Eadem attornavit eosdem in loquela que est inter ipsam et Adam de Dayvill' de tercia parte decem et septem bovatarum et viginti acrarum terre cum pertinentiis in Thorp Dayvill'.

Eboracum.—Robertus de Useflet et Alicia uxor ejus et Margareta soror ipsius Alicie attornaverunt coram venerabili patre R. Cicestrensi episcopo Cicestrensi, (*sic*) cancellario domini regis, et S. de Segrave, Willelmum Foliot loco suo etc. versus Jordanum Foliot de sexaginta acris terre cum pertinentiis in Ramesholm'.

Assise nove disseisine de comitatibus Warewic' et Leic' precipiuntur venire coram Willelmo Basset et sociis suis apud Coventr' in crastino Nativitatis Beate Marie. Teste S. de Sedgrave, apud Eboracum, xxv die Augusti.

Eboracum.—Matildis de Percy attornavit Galfridum de Gedding' vel Radulfum de Skipton' in loquela, que est inter ipsam et Willelmum archidiaconum Richemund', Thomam Forestarium, Rogerum Gade, Galfridum filium Sirith', Henricum fabrum, Ricardum de Huklethweyt, Rogerum de Rettweyt, Hugonem fratrem ejus, Henricum Mairtell', Rogerum de Baxeby, Adam de Reshelf, Ricardum carectarium, Ricardum Ulskelf, Thomam fratrem ejus, Ricardum filium Engeram, Johannem [filium] Thome, Steffanum filium Goldeburch', Simonem de Lek, Ingoldum de Thormodeby, Adam de Karleton', Ingoldum Forestarium, Rogerum filium Hugonis, Willlemum Prepositum, Johannem filium Osmundi, Johannem Prepositum, T . . . filium Hawisie, Rogerum King, Robertum Baldo, Willelmum Forestarium, Robertum de Karleton', Hugonem de Karleton', Willelmum filium Engerami, Ricardum Krac, Radulfum filium Ricardi, Thomam filium Thome, Ingoldum filium Walteri, Hugonem filium Ade, Hugonem filium Wimer', Robertum de Cimeterio, Willelmum filium Hawisie, Ricardum filium Gamelli, Rogerum Frere, Ranulfum filium Rogeri, Hugonem Marescallum, Arnverum filium Alicie, Rogerum fratrem ejus, Ricardum filium Alani, Willelmum filium Ade, Thomam filium Alani, Ingoldum filium Roberti et Hugonem filium Marie, de secta quam predicta Matildis exigit ab eis ad molendinum suum de Baxeby; et in loquela que est inter ipsam et Walterum de Kairegrave, Walterum filium Roberti, Hugonem filium Siwardi et Thomam de Kairegrave, quos clamat nativos suos, etc.

Dereb'.—Robertus de Prendregest et Alienora uxor ejus attornaverunt Robertum de Brunneleg' contra Michaelem de Bynebr' et Aliciam uxorem ejus deforciantes de consuetudine et servicio etc. in Alewalton'.

Ebor'.—Matilda de Sanzavmar' attornavit Willelmum filium Stephani contra Constantiam Luvett petentem de medietate manerii de Rodenham.

1230.

[m. 3*d*.] *Suff'*.—Rogerus de Mediuwarin' attornavit Ricardum de Siwoldeby contra Petrum de Melton' de consuetudine etc. que idem Rogerus ab eo exigit, et contra Robertum de Colevill' petentem de una acra terre et dimidia in Carleton'.

Norht'.—Thomas le Salvag' attornavit Adam le Mercer et Mauricium de Norhamton' contra Gervasium de Hangadehout' tenentem de ij virgatis terre in Hangadehouton'.

War'.—Walterus Conyn attornavit Galfridum de Pancefot contra Walterum Spigot de custodia Johannis filii et heredis Nicholai Cirman; et contra Willelmum de Soterich' deforciantem de consuetudine etc.

Assise nove disseisine et gaole deliberande summonite sunt coram Willelmo Basset et sociis suis apud Glouc' in crastino Octabarum Nativitatis Beate Marie. Teste apud Danecastr', xxx die Augusti.

Glouc'.—Osebertus le Noreis et Columbina uxor ejus attornaverunt Philippum de Bifeld' contra Paulinum de Theiden', de eo quod acquietet eos de servicio quod Johannes de Abbetot exigit ab eis etc. in Hodenhull'.

Dereb'.—Ricardus de Esseburn' et Avicia uxor ejus, et Henricus de Cruce attornaverunt Henricum de Flagge contra Galfridum filium Willelmi de Clifton' petentem de una bovata terre et dimidia et quarta parte unius acre prati in Clifton'.

Oxonia.—Alicia Foliot atornavit Alexandrum de Omnibus Sanctis ad lucrandum vel perdendum contra Magistrum Elyam de Aldulvele de tercia parte unius virgate terre cum pertinentiis in Aldulvele; et atornavit eundem Alexandrum contra Hugonem de Hinton, et Matildem uxorem ejus de tercia parte unius virgate terre cum pertinentiis in eadem villa; et atornavit eundem Alexandrum contra Ricardum le Clerc de tercia parte unius virgate terre et unius molendini in Wyginton'; et atornavit eundem Alexandrum contra Radulfum de Usecot' de tercia parte unius virgate terre cum pertinentiis in eadem villa; et atornavit eundem Alexandrum contra Robertum Woudard' de tercia parte xiiij acrarum terre cum pertinentiis in eadem villa; et atornavit eundem Alexandrum contra Johannem de Brocton' de tercia parte dimidie hide terre et unius mesuagii cum pertinentiis in eadem villa; et atornavit eundem Alexandrum contra Aliciam de Anvers de tercia [parte] sex acrarum terre cum pertinentiis in eadem villa.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod, assumptis secum xij legalibus militibus comitatus sui, in propria persona sua accedat usque Japun, Bolton et Melteneby, et per sacramentum eorundem fieri faciat perambulacionem inter terram W. Eboracensis archiepiscopi, Roberti de Bolton', Walteri Briton', et Isolde uxoris sue in Bolton' et in Japun, et terram Radulfi filii Willelmi, Johannis filii Ricardi, Walteri filii Johannis, Roberti de Melteneb' et Willelmi filii Jacobi in Japun et in Melteneb', ita quod perambulacio illa fiat per rectas et certas divisas et metas; quia tam

1230.

[m. 3d.] predicti archiepiscopus, Robertus, Walterus et Isolda, quam ipsi Radulfus, Johannes, Walterus, Robertus, et Willelmus posuerunt se coram R. Cycestrensi episcopo etc. et Stephano de Sedgrave in perambulacione illa; et eandem perambulacionem distincte et aperte factam sub sigillo suo et sigillis illorum, per quos facta fuerit, habeat coram justiciariis ad primam assisam etc. quibus mandatum est quod sic eam stare et esse faciant. Et habeas ibi nomina illorum xij et hoc breve. Teste S. de Sedgrave, apud Eboracum, xxviij die Augusti.

Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis etc.

[m. 2d.] *Lanc'*.—Albrea Marmiun attornavit Galfridum Fuard' contra Hugonem le Poher et Margaretam uxorem ejus de consuetudine etc. que ipsi ab ea exigunt, etc. in Weston'.

Norf'. — Johannes de Mardingeford' attornavit Johannem filium Willelmi contra Willelmum filium Emme tenentem, de xxvij acris terre in villa Sancte Fidis de Horsham.

Hertf'.—Christiana de Saurug' attornavit Nicholaum filium Christiane contra Magistrum Stephanum de Ekenesfeld' tenentem de uno mesuagio in villa Sancti Albani.

Cantebrigia.—Gilebertus Burnel attornavit Willelmum Silurum contra Johannem Walensem tenentem de ix acris terre in Westleg.'

Mandatum est vicecomiti Suht' quod per sacramentum xij legalium et discretorum militum de visneto de Stanham, Chelewortli', per quos rei veritas melius inquiri poterit, perambulacionem fieri faciat inter terram abbatis de Hida in Stanham et terram Agnetis Peverel in Cheleuuorth', ita quod perambulacio illa facta sit per certas metas et divisas, quia ipsi abbas et Agnes posuerunt se in perambulacione illa coram R. Cycestrensi episcopo, etc. et S. de Sedgrave; et scire faciat justiciariis, etc. itinerantibus distincte et aperte sub sigillo suo et per iiij^or milites ex illis qui perambulacioni illi interfuerint in octabis Sancti Hillarii, per quas metas et divisas perambulacio illa facta fuerit; et habeat ibi nomina militum et hoc breve. Teste.

Glouc'.—Gilebertus le Kenteis attornavit Johannem de Sallawo contra Radulfum Buletot' de novem acris terre in Lideneya.

Kancia.—Henricus de Waltham attornavit Ricardum filium Roberti contra Thomam de Bavelingham et Mabiliam uxorem ejus, Radulfum filium Bernaldi, Rogerum de Lebur' et Aliciam de Bendeng' petentes de consuetudine et servicio, etc in Thurneham'.

[m. 1d.] *Suff'*. — Edmundus de Tuddeh' attornavit Johannem de Beaumes contra Willelmum de Knapwell' de una carucata terre in Tudeham.

. . . . de Dovr' et custodibus portus Dovr', injungendo in fide qua regi tenentur quod

1230.

[m. 1*d*.] omnibus illis qui in portu suo applicuerint, cujuscunque condicionis sive ordinis sive de quacunque terra fuerint, se . . . . ter in eadem cujusmodi literas defer[entes] et si forte aliquas literas a sede apostolica inpetratas vel alias invenerint regem vel statum regni contingentes sive de sentencia lata vel ferenda forent . . . . in regno nostro vel aliquid aliud . . . . . nentes quod si contra regem vel regnum . . latorem earundem literarum cum eisdem literis arestari faciant et salvo custodiri, donec aliud rex eis significaverit . . . . vij die Octobris.

. . . . B. de Crioil consti . . . . .

14 HENRY III.—Part II.

INCIPIT ROTULUS DOMINI H. REGIS FILII REGIS J. DE ANNO REGNI SUI QUARTODECIMO IN PRIMA TRANSFRETATIONE SUA IN BRITANNIAM. DE LITTERIS CLAUSIS.

1230.

[m. 8.] *Rex Ricardo de Gray salutem.*—Mandamus vobis quod permittatis homines nostros de insula de Geresya victualia sua et res suas venales ducere extra insulam et similiter ad insulam reducere, sine aliqua consuetudine facienda aliter quam fieri consuevit temporibus omnium predecessorum nostrorum regum Anglie, usque ad tempus quo Hasculfus de Sulyny qui tunc habuit custodiam insule predicte, predictam consuetudinem allevavit, ut dicitur. Teste me ipso, apud Sanctum Maclovium in Britannia, iiij die Maii, anno xiiij.*

Pro Ricardo Wymund' de Rya.—Rex venerabili patri R. Cicestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave salutem. Ostendit nobis Ricardus Wymund' de Rya quod, quia rettatus est de morte Augustini le Duc, archiepiscopus Cantuariensis, de cujus feodo tenuit in veteri Rumenal, terram suam cepit in manum suam, cum ipse paratus sit standi ipsi recto ad placita Quinque Portuum apud Sypweyam secundum consuetudinem placitorum illorum, si ibi inde recto staro debuerit, vel alibi ubi de jure stare debuerit. Et quia ipse Ricardus de terra sua non est dissaisiendus quamdiu recto stare voluerit, et inde securitatem debitam invenire, vobis mandamus quatinus quod justum est inde fieri faciatis. Volumus etiam et mandamus quod quia ipse Ricardus fuit nobiscum in servicio nostro ad primam transfretationem nostram, et quia, postquam applicuimus, ipsum duximus nobiscum usque Dynant, non currat ei tempus nec interrogatio in comitatu Kancie facta, usque ad festum Sancte Trinitatis anno regni nostri xiiij . Teste rege apud Sanctum Maclovium, vj die Maii, anno eodem.

De magna nave domini regis.—Mandatum est S. de Segravo quod magne navi domini regis que est apud Portesm' de hiis que ei necessaria fuerint, provideat, ita quod non pereat pro defectu custodie. Teste rege apud Dynand, xj die Maii.

Pro Nicholao de Verdun.—Dominus rex concessit Nicholao de Verdun quod ipse et heredes sui habeant unum mercatum apud manerium suum de Clummor' per diem Jovis, et quod habeant unam feriam apud Dundale per viij dies: videlicet, in vigilia, et in die, et in crastino

* Cancellatur, quia in Rotulo Patentium.

1230.

[m. 8.] Sancti Martini, et quinque diebus sequentibus; nisi predictum mercatum et predicta feria sint etc.; et quod habeant liberam warennam in dominicis terris suis de Ferard'; ita quod nullus in warenna illa currat ad leporem fugandum et capiendum sine licentia et voluntate ipsius et heredum suorum, super forisfacturam nostram x librarum. Et mandatum est justiciario Hybernie quod eidem N. predictum mercatum et predictam feriam habere et predictam warennam ei teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Becherel, xij die Maii.

De officio marescalcie in exercitu domini regis.—Rex R. comiti Cestrie et Linc' et omnibus aliis comitibus, baronibus, militibus ei assistentibus salutem. Mittimus ad vos dilectum nobis Michaelem de Blavigny, militem dilecti et fidelis nostri W. marescalli, comitis Penbr', ad supplendum vices ejusdem comitis marescalli nostri nobiscum in exercitu nostro, et ad officium suum loco suo exequendum in hiis que ad officium marescalcie ejusdem comitis marescalli nostri pertinent. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Michaelem ad hoc recipiatis. Teste rege apud Nantes, xvij die Maii.

Pro comite Britannie.—Rex R. comiti Cestrie et Linc' salutem. Sciatis quod reddidimus P. duci Britannie et comiti Richemund' honorem Richemund' cum pertinentiis, qui exstitit in manu vestra. Et ideo vobis mandamus quod de predicto honore et de omnibus terris et tenementis ad eundem honorem pertinentibus, tam in dominicis quam serviciis et aliis, eidem duci plenam saisinam habere faciatis. Teste rege apud Nantes, xxi die Maii, anno regni nostri xiiij°.

Pro Waltero de Langeton'.—Dominus rex concessit Waltero de Langeton' quod quamdiu fuerit cum eo in servicio suo in partibus transmarinis per preceptum suum, non curret usura in debito quod debeat Judeis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege ut supra.

Consimiles literas habet Willelmus de Crepping'.

Pro Gileberto de Lascy.—Eodem modo scribitur eisdem pro Gileberto de Lascy.

Pro Nicholao de Verdun.—Dominus rex concessit Nicholao de Verdun quod de centum solidis quos reddere debuit ad Scaccarium domini regis ad duos terminos per annum pro plegiagio Thome de Erdinton', respectum habeat quamdiu idem Nicholaus fuerit cum domino rege in servicio suo in partibus transmarinis per preceptum suum, et quod non occasionetur eo quod terminos suos non observavit. Ita tamen quod ex quo redierit de partibus predictis, predictos centum solidos reddat de anno in annum ad eosdem terminos, donec omnino quietus fuerit de predicto plegiagio. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Nantes, xxij die Maii.

Pro comite Britannie.—Rex Cicestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave salutem. Sciatis quod reddidimus dilecto et fideli nostro

1230.

[m. 8.] P. duci Britannie comiti Richemund', honorem Richemund' cum pertinentiis, et mandavimus dilecto et fideli nostro R. comiti Cestrie et Lincoln', in cujus manu predictus honor exstitit, quod de omnibus terris et tenementis que ad predictum honorem pertinent, tam in dominicis quam in serviciis et aliis, predicto duci plenam faciat habere saisinam. Volentes etiam quod idem dux de omnibus aliis terris suis in Anglia plenam similiter habeat saisinam, tam in dominicis quam in serviciis; vobis mandamus quod de omnibus terris predictis eidem duci plenam saisinam habere faciatis, sicut supradictum est. Teste rege apud Nantes, ut supra, anno xiiij°.

Pro Rogero de Bosco.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod quartum denarium qui superest de quatuor denariis quos Hawisia, que fuit uxor Willelmi de Pauilly et mater Johannis de Pauylly, solebat percipere per diem de elemosina nostra constituta, et de quibus concessimus Rogero de Bosco tres obolos per diem et Johanni de la Tudele tres obolos per diem, pro Deo concessimus ipsi Rogero. Et ideo vobis mandamus quod predictum denarium ipsi Rogero habere faciatis. Teste rege apud Nonetas, xxiiij die Maii, anno regni nostri xiiij°.

Mandatum* est domino Cicestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave quod tam sex milia marcarum quas Judei Anglie domino regi debent, quam omnes alios denarios quos perquirere poterunt, salvo et per securos nuncios mittant domino regi; ita quod dominus rex eos habeat circa instans festum Sancte Trinitatis anno xiiij°. Ita quod illi qui deferent denarios illos, tendant cum eis versus aquam de Leire et sic versus Nonetas; et si forte illuc ascendere non possint, tunc transferant se versus duo castra comitis Britannie que sunt prope portum qui vocatur Sanctus Gildasius, quorum unus vocatur Lanniun et alter Muntreles. Mandavit enim dictus comes constabulariis eorundem castrorum quod, cum illuc venerint, eos admittant in castris predictis et thesaurum suum salvo custodiri faciant donec dominus rex aliud inde mandaverit. Teste rege apud Dinant, xj die Maii.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Radulfo filio Nicholai id quod nobis debet de centum libris per quas finem fecit nobiscum pro habendis custodia et maritagio heredum Roberti filii Willelmi; et id quod nobis debet de xl marcis quas nobis debuit pro Eustachio quondam Londoniensi episcopo pro habenda custodia terre Radulfi de Lymesyn; et id quod nobis debet de quater xx marcis quas nobis debuit pro Waltero de Bello Campo pro habenda custodia filie et heredis ipsius Radulfi cum maritagio ipsius; et id quod nobis debet de centum libris quas nobis debuit pro Gileberto comite Glouc' pro habenda custodia filii et heredis Hugonis Poinz; et id quod nobis debet de arreragiis compoti sui de comitatibus Noting' et Dereb' et Hereford' de termino Sancti Michaelis anno regni nostri xiij, et omnia alia debita quecunque idem Radulfus nobis debet et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii nostri. Et ideo vobis mandamus quod

* Marked to be inserted above after the entry "De magna nave domini regis."

1230.

[m. 8.] ipsum Radulfum de predictis debitis quietum esse faciatis. Teste meipso apud Nonnetas, xxvj die Maii, anno regni nostri xiiij°. Per ipsum regem.

Pro Johanne de Nevill'.—Dominus rex concessit Johanni de Nevill' quod quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis, respectum habeat de centum solidis quos reddit singulis annis ad Scaccarium domini regis pro debito Galfridi de Nevill', patris sui, cujus heres ipse est, donec totum predictum debitum domino regi persolvatur. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei inde habere faciant. Teste rege apud Nannetas, xxxj die Maii, anno xiiij°.

Eodem modo scribitur eisdem baronibus—

pro Ernisio de Nevill' de xx[ti] marcis quas debet domino regi pro debito Hugonis de Nevill' le Gras, patris sui, cujus heres ipse est;

pro Ricardo de Alencun de xx marcis quas debet pro filio et herede Alexandri de Nevill', quamdiu idem heres fuerit in custodia sua. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Lascy.—Mandatum est justiciario Hybernie quod demandam xx[ti] librarum quam facit Willelmo de Lascy per summonicionem Scaccarii Dublin' de prestito ei facto ad idem Scaccarium de denariis domini regis, ponat in respectum quamdiu idem Willelmus fuerit in partibus transmarinis in servicio domini regis per preceptum suum. Teste rege apud Nonetas, ut supra.

Pro Nicholao de Verdun.—Dominus rex dedit Nicholao de Verdun, quamdiu fuerit in servicio domini regis cum [eo*] in partibus transmarinis, respectum de xij marcis que exiguntur ab eo ad Scaccarium domini regis de prestito Pictavie ei facto tempore domini J. regis, et de xxx solidis que exiguntur ab eo de ultimo scutagio ipsius J. regis de Pictavia, de honore Lancastr', et de v marcis que exiguntur ad Scaccarium nostrum de hominibus suis de Hetha de amerciamento facto coram Briano de Insula et Johanne de Monem' ad placita foreste. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant, nisi finem fecerit nobiscum de predictis debitis nobis reddendis ad terminos. Teste rege apud Nannetas, ij die Junii.

Pro Rogero de Vilers.—Dominus rex perdonavit Rogero de Vilers duas marcas que exiguntur ab eo ad Scaccarium domini regis de prestito Hybernie tempore domini J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Johannes Churoil et Teying Wyns, milites Galfridi de Lezynano, habent litteras de conductu in veniendo ad dominum regem ad loquendum cum eo etc. Et durent littere usque ad Octabas Sancte Trinitatis, anno xiiij°. Teste ut supra, anno eodem.†

---

* Omitted in MS. † Cancelled, "quia in Rotulo Patentium."

1230.

[m. 8.] *De vinis de terra comitis Flandrie deliberandis.*—Mandatum est Willelmo Beaufiz et Henrico Buchard' et eorum sociis* quod omnia vina mercatorum de terra comitis Flandrie, que sunt in duabus navibus de Baiona, que carcaverunt apud Rupellam, et in una navi et in duobus coggis de Ordiales, que carcaverunt apud Sanctum Johannem, et que arestaverunt eo quod ibidem carcata fuerunt, que quidem ipsi mercatores probare poterunt sua esse; eis sine dilatione deliberent et permittant ipsos dicta vina ducere quo voluerint. Duodecim etiam dolia vini de vinis predictis que ceperunt, ut dicunt, eis reddi faciant simul cum armis suis in dictis navibus captis vel eis inde plene satisfacere non omittant; ita quod decetero querela inde ad regem non perveniat. Teste ut supra.

Perdonatio.—Dominus rex perdonavit Thome de Bavelingeham vij marcas que ab eo exiguntur de prestito Hybernie ei facto tempore J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Theobaldo Pincerna.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de omnibus debitis que per summonicionem Scaccarii exiguntur de Theobaldo Pincerna, de quibus finem non fecit ad Scaccarium reddendi certam summam per annum, pacem ei habere faciant quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis per preceptum domini regis. Teste rege apud Nonetas, iiij die Junii.

[m. 7.] *Pro eodem.*—Eodem modo scribitur baronibus de Scaccario Dublin', de debitis suis que per summonicionem Scaccarii Dublin' exiguntur ab eo.

De respectu.—Dominus rex concessit Elye de Bocton' quod, quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis, respectum habeat de vij marcis que exiguntur ab eo de prestito Hybernie, et de l solidis qui ab eo exiguntur pro relevio suo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant. Teste ut supra.

De respectu pro Willelmo de Ros.—Dominus rex concessit Willelmo de Ros quod quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis, reddat domino regi per annum xl libras de omnibus debitis unde prius finem fecit de l libris domino regi reddendis per annum ad Scaccarium domini regis, donec totum predictum debitum domino regi persolveret; ita quod respondeat de predictis xl libris ad eosdem terminos ad quos debuit reddidisse predictas l libras. Concessit etiam ei quod interim habeat respectum de omnibus aliis debitis que exiguntur ab eo per summonicionem Scaccarii, de quibus nondum finem fecit cum domino rege. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xl libris domino regi reddendis per annum fieri et inrotulari, et de aliis debitis unde nondum finem fecit cum domino rege, ei respectum habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

* socii, MS.

1230.

[m. 7.] *De quarellis mittendis.*—Mandatum est comiti Britannie quod mitti faciat ad dominum regem usque Nonetas xx milia quarellorum de quarellis domini regis, qui sunt in castro suo apud Resnes. Teste rege apud Nonetas, vij die Junii.

Pro Radulfo Gernun. Pro Gileberto Basset qui habet consimile breve.—Mandatum est cancellario suo et S. de Segrave quod diligenter inquiri faciant utrum Radulfus Gernun recepisset manerium de Merden' inbladatum tempore quo dominus J. rex, pater noster, illud ei commisit, an nudum et vastum, sicut idem Radulfus dicit se illud tunc recepisse. Et si per inquisitionem inde factam inveneritis ipsum manerium inbladatum fuisse quando illud recepit, tunc blada que idem Radulfus in eodem manerio seminari fecit hoc anno regni nostri xiiij, remaneant Gileberto Basset, qui manerium illud tenet de baillio nostro. Si vero nudum fuerit et vastum tempore predicto ut idem Radulfus asserit, tunc de bladis predictis anni presentis plenam saisinam eidem Radulfo habere faciatis ad disponendum inde prout voluerit. Teste rege apud Nonetas, vij die Junii.

Willelmus de Sidenham habet litteras de protectione, qui est in servicio domini regis in partibus transmarinis*

De perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo de Ireby quatuor marcas quas nobis debet de prestito ei facto apud Dovr' tempore domini J. regis, patris nostri, et quas exigitis ab eo per summonicionem Scaccarii nostri. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Willelmum quietum esse faciatis. Teste rege apud Nonetas, x die Junii.

Pro Johanne de Boterellis.—Dominus rex concessit Johanni de Boterellis quod quamdiu fuerit in partibus transmarinis in servicio domini regis, non currant usure de aliquo debito quod debeat Judeis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Consimiles litteras habent Robertus de Muscegros et Radulfus Russell'.

Perdonatio.—Dominus rex perdonavit Willelmo de Ireby iiij^or^ marcas quas domino regi debet de prestito ei facto apud Dovr' tempore J. regis, et que exiguntur ab eo per summonicionem Scaccarii domini regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste rege apud Nonetas, x die Junii. Per Godefridum de Craucumb'.

De respectu habendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt Galfrido de Say de debitis que exiguntur ab eo per summonicionem Scaccarii de prestito Hybernie, ponant in respectum quamdiu idem Galfridus fuerit in servicio domini regis cum eo in partibus transmarinis. Teste rege apud Nonetas, xvj die Junii.

* This entry is cancelled.

1230.

[m. 7.] *Pro abbatissa de Cadamo.*—Mandatum est domino Cicestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave quod non obstante eo quod Isabella de Crevequer, abbatissa de Cadamo, ad dominum regem non venit ad faciendum ei quod ei facere tenetur racione terrarum suarum quas tenet de ipso rege in Anglia; neque, etsi ad eos non venerit ad presens ad faciendum eis nomine regis quod facere tenetur, ipsam abbatissam et suos, terras et tenementa sua que habet in Anglia sine inpedimento tenere permittant usque ad festum Sancti Michaelis anno xiiij. Concessum autem est istud propter guerram inter ipsum dominum regem et regem Francorum. Teste ut supra.

Perdonatio pro Rogero de Clifford'.—Rex Cicestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave salutem. Sciatis quod perdonavimus Rogero de Clifford' usuram quam debet Hamoni Judeo de Hereford', Aaron de Eboraco, Davidi et Copino Judeis Oxonie occasione debiti quod ab eisdem Judeis mutuo recepit. Et concessimus ei quod quamdiu fuerit nobiscum in servicio nostro in partibus transmarinis, respectum habeat de principali debito quod idem Rogerus eis debet. Et ideo vobis mandamus quod tam de usura quam de sorte, fieri faciatis sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Waltero de Godardvill'.—Dominus rex concessit Waltero de Godardvill' quod quietus sit de usuris que currere debebant de debitis que debebat Judeis a die quo iter arripuit cum domino rege de Anglia versus partes transmarinas; et quod usure non currant de eisdem debitis, quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Nonetas, xxv die Junii.

Pro Petro Pictavensi.—Mandatum est domino Cicestrensi, cancellario suo, et S. de Segrave quod quamcito oportunitas se optulerit, provideant Petro Pictavensi in xx[ti] vel xv libratis terre de wardis vel escaetis; eo non obstante, si in recessu domini regis de Anglia, eis dominus rex injunxerit in minori portione ei providere. Teste rege ut supra.

Pro episcopo Imilacensi.—Rex R. de Burgo, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod licet J. quondam cancellarius ecclesie Imilacensis, non petita a nobis sicut moris est eligendi licentia, electus fuerit a decano et capitulo Imilacensi in episcopum Imilacensem, et postea de mandato domini pape ab archiepiscopo Cassalensi fuerit consecratus; ad instantiam tamen quorundam fidelium nostrorum et ad supplicacionem ejusdem episcopi, super cujus paupertate tacti fuimus et moti, concessimus ei quod omnia que ad episcopatum predictum pertinent et in manum nostram capi precepimus occasione predicta, eidem episcopo reddantur, sub tali condicione quod idem episcopus prius nobis fieri faciet litteras predictorum decani et capituli patentes, per quas protestabantur quod electio facta de predicto cancellario sine licentia nostra futuris temporibus nobis vel heredibus nostris cedere non possit in prejudicium, nec ab ipsis decano et

1230.

[m. 7.] capitulo trahi possit in consequenciam, et litteras insuper G. de Marisco patentes per quas protestetur quod tempore quo fuit justiciarius Hybernie, venerunt decanus et capitulum Imilacenses ad eum ad licentiam ab eo loco nostro petendam; et hujusmodi litteris in forma predicta confectis et vobis ad opus nostrum liberatis, bona predicta eidem episcopo restituantur. Et ideo vobis mandamus quod ex quo litteras in forma predicta confectas vobis liberaverit episcopus predictus, de omnibus terris et redditibus in manu nostra existentibus et ad predictum episcopatum pertinentibus de quibus predecessor suus episcopus Imilacensis obiit saisitus, ei plenam saisinam habere faciatis. Teste rege ut supra.

Perdonationes. Pro Willelmo de Brioin'.—Dominus rex perdonavit Willelmo de Brioine xiij marcas et vij solidos et viij denarios qui exiguntur ab eo per summonicionem Scaccarii de prestito Hybernie, facto Thome Britoni, avunculo suo, tempore domini J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Nonetas ut supra.

Rex episcopo Cycestrensi, cancellario suo, et S. de Segrave* salutem. Sciatis quod Willelmus de Brion' qui transfretavit nobiscum in servicio nostro, propter infirmitatem suam de licentia nostra ad partes suas reversus est. Et ideo vobis mandamus quod ipsum occasione reditus sui in nullo permittatis gravari vel molestari. Teste ut supra.

Pro S. de Bohun.—Eodem modo scribitur eisdem pro Savarico de Bohun.

Pro Nicholao de Bolevill'.—Rex vicecomiti Devonie salutem. Precipimus tibi quod quamdiu Nicholaus de Bolevill' fuerit nobiscum in servicio nostro in partibus transmarinis, non distringas ipsum pro aliquo debito alicui reddendo nisi pro debito quod erga eum disracionatum fuerit, vel quod ipse recognoverit, vel pro debito Judeorum. Teste meipso apud Nonetas, xxviij die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Leicestr' et Sumers'.

Pro Matheo de Haveresech'.—Mandatum est Cicestrensi episcopo et S. de Segrave quod inquirant per vicecomitem Dereb' utrum iij bovate terre cum pertinentiis in Witewell', que fuerunt Rogeri de Meynyl et Roberti de Meynyl fuerunt (*sic*) pro morte Roberti de Haer, exstiterunt in manu domini regis per unum annum et unum diem, et de quo tenuerunt terram illam; et facta inquisitione, si invenerit quod ipsi Rogerus et Robertus illam tenuerunt de Matheo de Havereseeh' et quod extitit in manu domini regis per unum annum et unum diem, ut idem Matheus dicit; tunc ei de predictis tribus bovatis terre plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Thoma Basset.—Mandatum est episcopo Cycestrensi, cancellario suo, et S. de Segrave quod, facta inquisitione utrum Willelmus de Putot reciperet dominica manerii de Sloetres inbladata, quando recepit comitatum Glouc' et maneria domini regis ejusdem comitatus; et si constiterit

* These two names are substituted for "vicecomiti Berk'" and necessary alterations are made in the text of the document.

1230.

[m. 7.] eis quod ea recepisset inbladata; tunc blada de hoc autumpno anno xiiij° habere faciant Thome Basset, cui dominus rex commisit manerium predictum. Teste ut supra.

Pro Theobaldo de Engleskevill'.—Rex eisdem salutem. Ostendit nobis Theobaldus de Engleskevill', cui commisimus terram illam cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio nostro quam Henricus de Ponte Audomari tenuit de ballio domini J. regis patris nostri in Teynewic', quod idem Henricus adhuc retinuit in manu sua de pertinentiis predicte terre, unam carucatam terre cum pertinentiis in Cumpton' in comitatu Sussex' et xx^ti solidatas redditus cum pertinentiis in Wintonia. Et ideo vobis mandamus quod facta inde diligenti inquisitione, si vobis constiterit ipsum Henricum predictos redditum et carucatam terre non aliter tenere quam occasione predicte terre de Teynwic', tamquam ejus pertinencias, tunc inde predicto Theobaldo plenam saisinam habere faciatis. Teste ut supra.

De iij milibus marcarum liberandis nuncio comitis Britannie.—Rex domino Cycestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave salutem. Mandamus vobis quod [si] in receptione litterarum istarum adhuc apud vos fuerint denarii nostri, de quibus alias vobis dedimus in mandatis quod circa festum Sancte Trinitatis vel festum Sancti Johannis Baptiste eos nobis mitteretis usque in Britanniam; tunc de eisdem denariis liberari faciatis certo nuncio dilecti et fidelis nostri P. ducis Britannie et comitis Richemund' litteras suas patentes inde deferenti, tria milia librarum in portu Dovr'. Teste rege apud Pilemil, primo die Julii, anno regni nostri xiiij°.

[m. 6.] *De quodam capellano assignando pro anima Reymundi de Burgo.*—Mandatum est eisdem quod capellanum quendam assignari faciant, qui in capella domini regis de Sancto Johanne apud Westmonasterium singulis diebus pro animabus antecessorum domini regis et Reimundi de Burgo specialiter celebret divina, eidem capellano providentes in l solidis annuis, percipiendis ad Scaccarium domini regis. Teste rege ut supra.

Et quod scribi faciant omnibus vicecomitibus in quorum baillia predictus R. terras habuit, quod permittant Willelmum Pucyn et Martinum Gulafre habere liberam administracionem omnium bonorum que fuerunt ipsius R. ad debita sua acquietanda, et ad disponendum inde pro salute anime sue.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Windlesor' quod habere faciat Thome de Bendeng' duos damos in foresta Windesor' de dono domini regis. Teste rege apud Pilemil, ij die Julii.

De respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt Roberto le Salvag' de pluribus prestitis factis Roberto le Salvag' tempore J. regis, ponant in respectum quamdiu fuerit in partibus transmarinis in servicio domini regis. Teste ut supra.

1230.

[m. 6.] *Pro Philippo de Columbar'.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de omnibus debitis que per summonicionem Scaccarii exiguntur de Philippo de Columbar', pacem ei habere permittant quamdiu ipse Philippus fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis per preceptum domini regis. Teste rege apud Vendery, ix die Julii, anno xiiij°.

Pro Radulfo de Peschal'. — Rex Cicestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave salutem. Monstravit nobis Radulfus de Peschal' quod, cum terra sua de Peschal' vadium esset Isaac Judei de Norwico pro debitis quibusdam que debuit eidem Judeo, et idem Judeus jam expiraverit ut dicitur, terra ipsius Radulfi de Peschal' occasione mortis ipsius Ysaac capta est in manum nostram pro debitis predictis. Et ideo vobis mandamus quod, si ita est, predicto Radulfo de predicta terra saisinam habere faciatis quamdiu fuerit in servicio nostro in partibus transmarinis, et interim de debitis pro quibus terra ipsa in manum nostram capta fuerit, ei respectum habere faciatis. Teste rege ut supra.

De castro de Hertford' liberando Johanni de Burgo.—Rex venerabili patri in Christo R. eadem gracia Cycestrensi episcopo et cancellario suo et dilecto et fideli suo S. de Segrave salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli nostro Johanni de Burgo castrum nostrum de Hertford' cum pertinentiis, custodiendum quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod predictum castrum ei liberari faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Vendery, ix die Julii, anno regni nostri xiiij°.

Pro Bertramo le Gros.—Rex eisdem salutem. Sciatis quod comisimus Bertramo le Gros terram illam in Dunmawe, et Baldewino de Sancto Martino terram illam in Alferton', et Willelmo Pueyn terram illam in Royinges, et Willelmo Blangernun illas centum solidatas terre cum pertinentiis in Farnham, quas quidem terras habuerunt prius de baillio Reymundi de Burgo de terris quas idem Reymundus habuit de baillio nostro de terris comitis Sancti Pauli,* habendas et tenendas de nobis et heredibus nostris; et si forte eas reddiderimus rectis heredibus per pacem vel voluntatem nostram, dabimus singulis eorum racionabile escambium in wardis vel escaetis.* Et ideo vobis mandamus quod predictis Bertramo, Baldewino, Willelmo et Willelmo de singulis terris predictis plenam saisinam habere faciatis sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex Johanni de Munem' salutem. Mandamus vobis quod capi faciatis ad opus sororis nostre, uxoris dilecti et fidelis nostri comitis W. Marescalli, xx damos in diversis locis in baltiva vestra ubi competentius capi poterunt sine dampno foreste nostre, et eos ei habere faciatis de dono nostro. Teste rege apud Tannay, xj die Julii.

Pro Rogero Mordand' de Dep'.—Mandatum est S. de Malo Leone et H. de Trublevill', senescallo suo Wasconie, quod permittant Rogerum Mordand' de Dep' cum nave sua, que est apud Sanctum Sevenianum carcata vinis cujusdam burgensis ipsius Reginaldi inde recedere, et ad partes

* The words between asterisks are corrected from "ad se sustentandos in servicio nostro quamdiu nobis placuerit."

1230.

[m. 6.] suas salvo et sine impedimento et gravamine aliquo redire; et quod id significent magistris galiarum suarum et aliis baillivis suis. Teste ut supra.

De manerio de Derteford' commisso Johanni de Burgo.—Rex cancellario et S. de Segrav' salutem. Sciatis quod concessimus Johanni de Burgo manerium de Derteford' cum pertinentiis, quod fuit comitis de Sancto Paulo et quod Reymundus de Burgo tenuit de baillio nostro, habendum donec illud per pacem vel per voluntatem nostram reddiderimus rectis heredibus; ita quod si illud rectis heredibus reddiderimus, nos faciemus ei escambium in escaetis vel wardis ad valentiam ejusdem manerii. Concessimus etiam eidem Johanni servicia de terris que fuerunt predicti comitis et quas ipse Reymundus commisit militibus suis ad eorum sustentationem, scilicet de terra quam Bertramus le Gros tenet in Dunmawe, et de terra quam Baldewinus de Sancto Martino tenet in Alferton, et de terra quam Willelmus Puzin tenet in Roynges, et de terra quam Willelmus Blanegernun tenet in Farnham; quas quidem terras eis concessimus ad se sustentandos in servicio nostro eo modo quo concessimus predicto Johanni supradictum manerium de Derteford'. Et ideo vobis mandamus quod de eodem manerio, simul et de serviciis terrarum predictarum, plenam ei saisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

De perdonatione. Pro Johanne des Mares.—Dominus rex perdonavit Johanni des Mares vj marcas que exiguntur ab eo per summonicionem Scaccarii de prestito Hybernie facto Johanni des Mares, fratri suo, tempore J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De vinis arestatis deliberandis.—Mandatum est magistris galionum et S. de Malo Leone et H. de Trublevill' senescallo Wasconie quod xx dolia vini Ade de Tannay de Wincheles', que sunt in manu sua, quam ducit et quam arestastis occasione vinorum mercatorum Flandrensium que sunt in nave illa, ei sine dilatione deliberari faciant, permittentes eum navem suam cum vinis predictis ducere quo voluerit. Teste rege apud Tannay, xiiij die Julii.

De vinis mercatorum comitis Marchie arestatis deliberandis.—Rex magistris galiarum, S. de Malo Leone et H. de Trublevill', senescallo suo Wasconie, salutem. Mandamus vobis quod omnia vina mercatorum comitis de Marchia subscriptorum, que arestastis, sine omni dilatione eis deliberari faciatis; scilicet lxj dolia vini que Johannes Cotelier, Petrus de Mastaz et Mainardus Jota habent in nave Gileberti Seberti; item xlij dolia vini que Elyas Julian' et Aimericus socer ejus habent in navi Rogeri Mordent'; item lxxiij dolia vini que Willelmus de Porta, Petrus Prepositus, Iterius Ferreus de Sancto Johanne habent in nave Ade de Tonny. Omnes etiam naves quas mercatores ipsius comitis frettaverunt et quas arestastis, sine impedimento abire permittatis; videlicet, navem Johannis de Haya quam Ernaldus de Ages et socii ejus frettaverunt, navem Thome de Nion quam Petrus de Syveray frettavit, navem Mahirie Cochie quam W. de

1230.

[m. 6.] Porta [et] Arnaldus de Ages frettaverunt, navem Sancti Severini de Baiona quam Petrus Boisseus frettavit, navem Sancti Bartholomei de Baiona quam idem Petrus frettavit, navem Constantini le Daneis quam Johannes del Vergier et Petrus de Torsse frettaverunt, navem Alexandri filii Ricardi quam Johannes Potius et socii sui frettaverunt, navem Ernaldi de Peirada quam Petrus Prepositus et Clitons de Sancto Johanne frettaverunt, navem Roberti de Porvilla quam Petrus de Eissidoyl frettavit. Teste rege apud Pontem, xvj die Julii.

Rex H. de Trublevill', senescallo suo Wasconie, salutem. Sciatis quod concessimus Petro Pictavensi, servienti dilecti et fidelis nostri H. de Burgo, comitis Kancie, justiciarii nostri, maritagium Isabelle primogenite filie Gumbaudi de Blankeford'. Et ideo vobis mandamus quod ipsam Ysabellam ipsi Petro liberari faciatis, simul cum racionabili portione ejusdem Ysabelle que eam contingit de terris que fuerunt predicti Gumbaldi patris sui. Teste rege apud Pontem, xvij die Julii, anno regni nostri xiiij°.

Eodem modo scribitur majori Burdegale.

Dominus rex concessit justiciariis ad custodiam Judeorum assig*

Pro Hugone de Viron'.—Dominus rex concessit H. de Viron' quod debita que reddere tenetur ad festum Sancti Michaelis proximo venturum Isaac de Norwico, Hamoni de Hereford' et Josecpino de Bristoll', Judeis, de fine facto inter eos de debitis que idem Hugo eis debet, ponantur in respectum quamdiu idem Hugo fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De respectu pro Rogero de Clifford'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam xx librarum quam faciunt per summonicionem Scaccarii Rogero de Clifford' pro Roberto Tresgoz, quondam viro uxoris ipsius Rogeri, de prestito ei facto tempore J. regis, ponant in respectum quamdiu idem Rogerus fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo de castro Hertford' et maneriis de Esenden' et Beiford'.—Rex venerabili patri in Christo R. eadem gracia Cycestrensi episcopo et cancellario suo et dilecto et fideli suo S. de Segrave salutem. Sciatis quod commisimus Johanni de Burgo castrum nostrum Hertford' custodiendum quamdiu nobis placuerit, unacum maneriis de Esinden' et Beiford', sicut Reymundus de Burgo ea tenuit de baillio nostro. Et ideo vobis mandamus quod predicta castrum et maneria ipsi Johanni liberari faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Waltero de Godardvill'.—Dominus rex concessit Waltero de Godardvill' quod debita que debet Abraham de Bereamested' et Elie filio Benedicti le Evesk', ponantur in respectum quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis. Teste ut supra.

* Unfinished and cancelled

1230.

[m. 6.] *De nave Lamberti de Bruges et catallis suis deliberandis.*—Mandatum est comiti Britannie quod navem Lamberti de Bruges et catalla sua que senescallus suus de Britannia arestari fecit, faciat deliberari. Teste ut supra.

Mandatum est R. Cycestrensi episcopo et S. de Segrave quod primam ecclesiam quam vacare continget in Anglia de donatione domini regis, que non valeat ultra xxx marcas, conferatis ex parte nostra dilecto capellano nostro magistro Waltero de Lench'. Teste rege apud Pontem, xix die Julii.

Pro uxore Theobaldi Walteri de dote habenda.—Rex eisdem salutem. Quia Theobaldus Walteri diem clausit extremum; vobis mandamus quatinus, cum Roesia que fuit uxor ipsius ad nos venerit pro petenda dote sua de omnibus terris que fuerunt ipsius, de quibus fuit saisitus die quo obiit, racionabilem dotem suam ei assignari faciatis, accepta ab ea prius securitate quod se non maritabit sine licentia nostra. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur justiciario Hybernie.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex eisdem salutem. Quia memoriter tenetis, ut credimus, quod tenemur Radulfo filio Nicholai in quater xx[ti] marcis annuis ei reddendis pro custodia castri nostri de Corf, quamdiu illud habuerit custodiendum de voluntate nostra, quas quidem sicut asserit ad terminos statutos plene nondum recepit; vobis mandamus quod id quod restat de predicta pecunia ei reddendum postquam castrum predictum ei commisimus, ei habere faciatis. Et quia castrum ipsum et domus ejusdem castri ut audivimus egent reparatione, in ipsis emendandis et reparandis per visum proborum et legalium hominum poni faciatis usque ad summam lx[ta] marcarum. Teste ut supra.

Pro W. de Godardvill'.—Rex concessit Waltero de Godardvill' quod xl s. quos ei reddere debuit per annum ad duos terminos de fine quem cum eo fecit pro Roberto Morin, quos quidem terminos ut dicitur non observavit, eo non obstante decetero ad eosdem terminos per annum eidem regi reddat sine occasione. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est justiciario Hybernie quod de xx libris que per summonicionem Scaccarii Dublin' exiguntur de Radulfo filio Nicholai racione custodie terre et heredis Willelmi Pippard' de prestito Hybernie eidem Willelmo facto tempore J. regis, pacem habere permittat quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis. Teste ut supra.

Pro Henrico filio Nicholai.—Rex Cicestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave, salutem. Quia dilectus et fidelis noster Henricus filius Nicholai nobis significavit quod quedam de pertinentiis manerii de Fordinton', quod ei commisimus tenendum ad vitam suam, adhuc ei desunt, et nos rogavit quod ea que ei inde desunt, ei habere faceremus, vobis mandamus quod si secundum tenorem carte nostre quam idem H.

1230.

[m. 6.] inde habet, saisinam prius non habuit, id quod ei deest, et quod constet vobis deesse de predictis pertinentiis, ei habere faciatis. Teste ut supra.

Pro R. comite Cornubie. Postea facte fuerunt patentes.—Dominus rex concessit R. comiti Cornubie custodiam terrarum cum pertinentiis et heredum Theobaldi filii Walteri, et maritagium eorundem heredum. Et mandatum est Cycestrensi episcopo, cancellario domini regis, et S. de Segrave quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Theobaldi de quibus fuit saisitus die quo obiit, ipsi fratri domini regis saisinam habere faciant, salva Roesie que fuit uxor ipsius Theobaldi, racionabili dote sua que eam contingit de terris predictis. Faciant etiam liberari eidem heredes ipsius in cujuscunque manibus fuerint inventi. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur justiciario Hybernie; et habet similiter litteras inde patentes sub eadem forma, directas omnibus ad quos presentes litere pervenerint.

De summonicione facienda ad veniendum usque Myrebel.—Rex probis hominibus de Sancto Machario salutem. Sciatis quod sumus in expeditione nostra apud Myrabel in obsidione castri de Myrebel. Et ideo vobis mandamus, firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus sicut nos et honorem nostrum diligitis, visis litteris istis, cum tota gente vestra illuc ad nos ita potenter et honorifice ad servicium nostrum veniatis quod fidelitatem vestram ex eo specialiter debeamus habere commendatam, ipsamque digna remuneratione cum multiplici graciarum actione respicere teneamur. Teste rege apud Mirebel, xxi die Julii.

[m. 5.] Eodem modo scribitur probis hominibus Regula, Langon', Ryun, Caudroe, Sancte Basilidis, Culture, Vasatensibus, frankesiis de Bezazeis, Bugelun' et Luntrenge, Elye Ridel, Bernardo de Ryons, militibus et aliis probis hominibus inter duo maria.

Mandatum est majori et juratis, et toti commune Burdegale quod tres mangonellos vel duos ad minus secum deferant, et ad dominum regem venire faciant xxx milia quarellorum de quarellis suis.

De perdonatione.—Dominus rex perdonavit Thome de Bavelingeham xx marcas quas debet Judeo de Cantuaria et sociis suis de lucro pro mutuo xl marcarum quas ab eis recepit; ita quod reddat predictas xl marcas terminis statutis, et de ipsis xx marcis sit quietus. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ita inrotulari et fieri faciant. Teste rege apud Mirebel, xxiii die Julii.

Hybernia.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hybernie, quod si quid receptum fuerit per ipsum vel alios de exitibus et redditibus terrarum que fuerunt Theobaldi Walteri in Hybernia post obitum ipsius Theobaldi, qui obiit die Veneris proxima ante festum Sancte Marie Magdalene, sine dilatione reddi faciat R. comiti Cornubie, cui dominus rex concessit custodiam terrarum et heredum predicti Theobaldi. Teste ut supra.

1230.

[m. 5.] Mandatum est G. de Marisc' quod heredes ipsius Theobaldi habere faciat predicto comiti.

De terris Mauricii de Gaunt in manum domini regis capiendis.—Mandatum est domino Cycestrensi et S. de Segrave quod omnes terras que fuerunt Mauricii de Gaunt, qui mortuus est, in manum domini regis capiant, et salvo custodiri faciant, salvis H. de Burgo, comiti Kancie, justiciario Anglie, castello de Beverstan' cum centum libratis terre in manerio de Beverstan' et in maneriis de Weston', Ovre, Radewic' et Albricton'; quas quidem centum libratas terre cum predicto castro ei commisimus tenendas donec ei fuerit satisfactum super quadringentis marcis quos idem Mauricius ei debuit, ut dicitur. Teste rege apud Mirebel, xxx die Julii, anno xiiij°.

Et mandatum est eisdem quod de predicto castro et prefatis c libratis terre assignandis eidem per eos in maneriis de Beverstan', Weston', Ovr', Radewic' et Albricton' ipsi plenam saisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De hominibus H. de Tannay deliberandis.—Mandatum est Ranulfo de Talemund' quod omnes homines de terra et potestate Hugonis de Tannay, qui apud Talemund' capti et in prisona detenti sunt, sine dilatione deliberari faciat cum omnibus catallis suis in cujuscumque manibus inventi fuerint. Teste rege apud Myrebel, xxx die Julii.

Pro hominibus de Insula de Geres'.—Mandatum est baillivis de Geres' quod per sacramentum militum et aliorum proborum et legalium hominum de insula de Geres', et secundum consuetudinem ejusdem insule, fieri faciant inquisitionem quas consuetudines homines ejusdem insule facere consueverint pro victualibus et rebus suis venalibus ducendis extra eandem insulam et usque ad eandem insulam reducendis, temporibus predecessorum domini regis regum Anglie, usque ad tempus quo Hasculfus de Suliny, qui habuit custodiam ejusdem insule; et secundum inquisitionem inde factam permittant eosdem homines facere easdem consuetudines quas facere consueverunt temporibus predictis, ut predictum est. Teste ut supra.

Pro Rogero de Colevill'.—Quia Willelmus de Colevill' de Byham mortuus est; mandatum est vicecomiti Linc' quod si quem resistentem invenerit quominus Rogerus de Colevill', filius et heres ipsius, saisinam habere possit de terris que fuerunt ipsius Willelmi et ipsum Rogerum hereditarie contingunt in baillia sua, de quibus saisitus fuit die quo obiit, ipsum sine dilatione amoveat. Teste rege apud Bleyves, ij die Augusti.

Pro Galfrido de Rancon'—Rex omnibus ad quos etc. salutem. Sciatis quod tenemur dare dilecto nobis Galfrido de Rancon' duo milia marcarum quatinus ad servicium et homagium nostrum veniat, de quibus reddemus ei quingentas marcas quando faciet nobis homagium suum, et residuas mille et quingentas marcas reddemus ei ad terminos quos dilectus et fidelis noster Reginaldus de Pontibus cum eo capiet. Dabimus etiam

1230.

[m. 5.] magistro Arnaldo Araldi, militi ipsius Galfridi, c marcas et xl marcas singulis annis ad Scaccarium nostrum de annuo reditu. Et in hujus rei etc. Teste rege apud Bleyve, secundo die Augusti, anno xiiij°.

De thesauro domini regis recipiendo.—Rex W. de Brackel' salutem. Mandamus vobis quod ex quo Philippus de Albiniaco redierit de portu de Lanniun cum thesauro nostro qui ibidem applicuit, pro quo conducendo ipsum illuc transmisimus, thesaurum illum ab ipsis qui eum ducent recipiatis et salvo custodiatis donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Burdegalam, viij die Augusti.

Pro Henrico filio regis.—Dominus rex concessit Henrico filio regis terram in Stonieston', quam Robertus de Barevill' tenuit de baillio domini regis ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu ei placuerit; et mandatum est domino Cycestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave quod plenam inde saisinam ei habere faciat. Teste rege apud Burdegalam, v die Augusti.

Pro Henrico de Aldithel' de manerio de Ford'.—Rex domino Cycestrensi et S. de Segrave salutem. Sciatis quod dedimus et concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Henrico de Aldithel'* manerium de Ford' cum pertinenciis suis, habendum et tenendum ad feodi firmam de nobis et heredibus nostris sibi et heredibus suis per xij libras singulis annis per manum suam ad Scaccarium nostrum reddendas ad duos terminos, videlicet ad festum Sancti Michaelis vj libras et ad Scaccarium Pasche vj libras pro omni servicio. Volumus etiam et concedimus quod predictum manerium cum pertinentiis suis sit quietum in perpetuum de sectis comitatus et hundredi, et quod homines ejusdem manerii sint quieti in perpetuum de tallagio ad opus nostrum. Ita tamen quod idem Henricus et heredes sui talliari faciant predictum manerium ad opus eorum quando et quotiens nos et heredes nostri dominicam nostram talliari fecerimus. Et ideo vobis mandamus quod de predicto manerio cum pertinentiis suis plenam saisinam habere et predictas libertates ei teneri faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Burdegalam, viij die Augusti.

Pro Thoma de Burneham.—Mandatum est domino Cycestrensi et S. de Segrave quod quamcito oportunitas se optulerit, provideatis Thome de Burneham in decem libratis terre de escaetis vel wardis, ad ipsum sustentandum in servicio nostro. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo comite Kancie.—Mandatum est domino Cycestrensi et S. de Segrave quod, inspecta carta quam dominus rex fecit justiciario de honore de Hathfeld' Peverel de London', quem ei dedit cum serviciis militum et firma abbatis Stratford' de terra de Holmo et aliis pertinentiis suis, plenam saisinam habere faciant ipsi justiciario, secundum tenorem ejusdem carte de omnibus ad dictum honorem pertinentibus, tam in serviciis dictorum militum quam in firma prefati abbatis et aliis. Et si post predictam collacionem a serviciis dictorum militum vel a firma ipsius abbatis aliquid

* Altered from "W. de Cantilupo."

1230.

[m. 5.] ad Scaccarium receptum fuerit, id ipsi justiciario restitui faciant. Teste rege apud Burdegalam, ix die Augusti.

Ne major fiat in civitate Aquensi.—Rex probis hominibus de Aquis salutem. Audivimus quod auctoritate vestra propria, sine licentia et assensu nostri, creaveritis inter vos majorem in prejudicium dignitatis nostre et detrimentum civitatis nostre, cum temporibus retroactis majorem aliquando non habueritis. Et quia hujusmodi temeraria voluntas in prejudicium nostrum attemptata firmitatis robur non debet optinere, vobis mandamus quod decetero majorem inter vos habere non presumatis; taliter vos mandato nostro optemperantes in hac parte, quod devotionem vestram ex eo debeamus habere commendatam. Teste rege apud Blaviam, xij die Augusti, anno regni nostri xiiij°.

De servicio domini regis ei faciendo.—Rex eisdem salutem. Mandamus vobis districte precipientes et in fide qua nobis tenemini firmiter injungentes, quatinus ad mandatum senescalli nostri Wasconie vel ad mandatum ipsius qui fuerit in loco predicti senescalli nostri, faciatis nobis servicium nobis debitum eundo in exercitum et equitationem, sicut facere tenemini et facere consuevistis temporibus predecessorum nostrorum. Taliter autem in hac parte vos geratis quod fidelitatem vestram ex eo debeamus habere commendatam, et ne pro defectu predicti servicii dampnum nobis eveniat. Teste rege ut supra.

Pro H. de Burgo, comite Kancie, justiciario Anglie.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Ostendit nobis H. de Burgo, comes Kancie, justiciarius Anglie, quod cum dederimus ei per cartam nostram honorem de Hathfeld' Peverel in London' cum serviciis militum et cum firma abbatis de Strafford, de terra de Hanma et aliis pertinentiis suis, vos sine speciali mandato nostro permittere non vultis quod ei de predictis serviciis militum vel de firma predicta respondeatur. Et ideo vobis mandamus quod permittatis decetero quod ipsi de premissis respondeatur, facientes id ita inrotulari et teneri. Et si post predictam collacionem nostram de predictis serviciis militem vel de firma predicta aliquid receperitis, id ei sine dilatione reddi faciatis. Teste rege apud Burdegalam, ix die Augusti, anno regni nostri xiiij°.

Pro hominibus de Insula de Wict'.—Rex domino Cicestrensi et S. de Segrave salutem. Ostensum est nobis ex parte S. de Malo Leone quod cum homines de Insula de Wict', sicut asserunt, participare non debeant in misericordiis quotiens contingit comitatum Suhamt' pro delicto aliquo amerciari, vicecomes noster Suhamt' homines ipsos distringit ad participandum in quadam misericordia in qua totus comitatus predictus cecidit nuper in itinere justiciariorum nostrorum. Et ideo vobis mandamus quod per sacramentum legalium hominum de predicto comitatu diligenter faciant inquisitionem utrum predicti homines in hujus misericordiis participare consueverint temporibus H. regis, R. regis, et tempore J. regis; et secundum quod ex inquisitione inde facienda inveneritis, quid in hac parte fieri consueverit, fieri faciatis. Teste rege apud Pontem, xiiij die Augusti.

1230.

[m. 5.] *Pro justiciario comite Kancie.*—Rex eisdem salutem. Monstravit nobis H. de Burgo, comes Kancie, justiciarius Anglie, quod cum habeat cartam nostram per quam concessimus ei honorem de Cnarreburg' et Pontem de Burgo similiter, et debitum quod Nicholaus de Stutevill' nobis debet, carta predicta quoad debitum ejusdem Nicholai ei non tenetur, eo quod debitum ipsum ei non assignatur persolvendum. Et ideo vobis mandamus quod tam de debito predicto quam de omnibus aliis que in carta nostra continentur secundum tenorem ejusdem carte, eidem justiciario nostro quod minus actum est suppleri faciatis. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod omnia que in predicta carta continentur, inrotulari et eidem justiciario, quantum in eis est, firmiter teneri faciant. Teste ut supra.

*Pro Radulfo Musard' junior.**—Rex predictis cancellario et S. de Segrave salutem. Ostendit nobis Radulfus Musard' junior, quod cum Radulfus Musard' pater ejus in vita sua assignasset ei custodiam terre que fuit Roberti de Berclay in Cubberlegh', quam emerat a Willelmo Walerand', vicecomes Glouc' dictam custodiam cepit in manum nostram una cum terris quas predictus Radulfus senior de nobis tenuit in capite. Et ideo vobis mandamus quod si ita est, tunc de predicta custodia ipsi Radulfo juniori plenam saisinam restitui faciatis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Rex eisdem salutem. Ostendit nobis Willelmus de Cantilupo quod cum commisisset Rogero Orget fratri suo ad sustentationem suam manerium de Hauerberegh' et Bugedon', quod idem Willelmus tenuit de baillio nostro quamdiu nobis placeret, vicecomes Leic' occasione mortis dicti Rogeri prefatum manerium cepit in manum nostram, tamquam idem Rogerus illud immediate tenuisset de baillio nostro. Et ideo vobis mandamus quod si ita est, tunc prefato Willelmo de predicto manerio plenam saisinam habere faciatis, sicut habuit de baillio nostro antequam illud predicto Rogero fratri suo commisisset. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Buterwic'.—Rex eisdem salutem. Fidem adhibentes mandato vestro quo nobis significastis quod Ricardus de Buterwic', nepos et heres Roberti de Barevill', post mortem ipsius Roberti ad vos venit et optulit vobis ad opus nostrum xx marcas pro relevio suo de x libratis terre cum pertinentiis in Barton' in comitatu Lincoln', quas ipsi Roberto dedimus tenendas sibi et heredibus suis de nobis et heredibus nostris; homagium suum inde cepimus. Et ideo vobis mandamus quod accepta securitate a dicto Ricardo de predictis xx marcis pro relevio suo ad opus nostrum, de predicta terra talem saisinam ei habere faciatis qualem ipse Robertus inde habuit die quo obiit. Teste ut supra.

De respectu.—Mandatum est W. de Bueles quod demandam quam facit militibus dilecti et fidelis nostri Galfridi de Lezynyaco, ponat in respectum donec cum domino rege locutus fuerit; et interim terras ipsius

* *Sic.*

1230.

[m. 5.] G. et omnia sua manuteneat et defendat, non permittens quod ei vel suis inferatur molestia vel gravamen. Teste ut supra.

Pro Roberto de Sabloil'.—Mandatum est H. de Trublevill', senescallo suo Wasconie, quod de terra et feodis que Galfridus Marcel, pater dilecti et fidelis domini regis Roberti de Sabloil, qui venit ad homagium et servicium domini regis, habuit in Insula de Olerun et quam cepit in manum domini regis, eidem Roberto plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Roberti de Barevill'.—Rex cancellario et S. de Segrave salutem. Mandamus vobis quod omnia catalla que fuerunt Roberti de Barevill' habere faciatis executoribus testamenti ipsius ad executionem ejusdem testamenti faciendam. Et si Johannes de Fay, prout Ricardus de Buterwic' nobis dedit intelligi, de catallis que fuerunt ipsius amoverit; ipsum distringi faciatis ad omnia catalla per ipsum amota dictis executoribus restituenda. Teste rege apud Sanctum Georgium, xvij die Augusti.

Pro abbate de Evesham.—Domino Cycestrensi salutem. Quia nobis significastis quod frater Th. quondam prior Evesham jampridem in abbatem Evesham electus auctoritate domini Pape est in abbatem confirmatus, vobis mandamus quod accepta ab eo debita nobis fidelitate, de abbatia predicta cum omnibus ad eam pertinentibus plenam ei saisinam habere faciatis. Teste rege apud Tannay, xx die Augusti.

Pro comite Glouc'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Monstravit nobis G. comes Glouc' quod aliquot annis proximo preteritis consueverunt quadraginta libre xix solidi et v denarii et obolus ei allocari in debito quod nobis debet pro Bertona extra Bristollum, et nobis supplicavit quod similiter ei allocari faceremus in eodem debito quod nobis debet hoc anno regni nostri xiiij°, pro predicta Bertona xl libras xix solidos v denarios et obolum. Et ideo vobis mandamus quod si predicta summa pecunie ei allocata fuerit pro predicta Bertona in debito quod nobis debet annis preteritis, ut predictum est; tunc de anno presenti regni nostri xiiij° similiter xl libras xix solidos v denarios et obolum eidem comiti in predicto debito faciatis allocari.

Pro Johanne de Tywa.—Rex domino Cycestrensi episcopo et cancellario suo et S. de Segrave salutem. Ostendit nobis Johannes de Tywa quod, postquam nobiscum venerat ad partes transmarinas, datum fuit ei intelligi quod rumor pervenit in Angliam quod idem Johannes in servicio nostro in partibus predictis diem clausisse debuerat extremum; occasione cujus illi de quibus terras et tenementa sua tenuit in Anglia, ipsum inde dissaisiri fecerunt et res et catalla et omnia alia bona sua que habuit in terris et tenementis predictis asportaverunt. Quia vero idem Johannes gracia Dei nobiscum sanus est et incolumis, vobis mandamus quatinus singulis vicecomitibus in quorum bailliis idem Johannes terras habet, ex parte nostra detis in mandatis ut de omnibus terris quibus ea occasione fuerit dissaisitus, ipsum resaisiri et alia bona

1230.

[m. 5.] et catalla sua ei taliter ablata sibi restitui faciant. Teste rege apud Tannay, xix die Augusti.

[m. 4.] *De respectu habendo.*—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod de xxiiij marcis quas Rogerus Alis nobis reddidisse debuit ad festum Sancti Johannis Baptiste anno regni nostri xiiij, pro xxiiij marcis quas debuit Pince et Lumbardo, Judeis de Wintonia, et quas eisdem Judeis allocari fecimus in debitis que nobis debuerunt, dedimus eidem Rogero respectum quamdiu nobiscum fuerit in partibus transmarinis in servicio nostro. Et ideo vobis mandamus quod predictum respectum ei habere faciatis. Teste rege apud Surger', xxj die Augusti.

Pro Emerico Elye deliberando.—Rex Imberdo de Lom' salutem. Precipimus tibi quod si Emericus Elye, quem cepisti, fuerit homo proprius fratrum milicie Templi de Rupella levans et cubans, et illud monstrare possint, tunc illum deliberes et quietum abire permittas. Teste rege ut supra.

Pro Nicholao de Bolevill'.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod demandam auxilii quam homines de comitatu suo faciunt Nicholao de Bolevill' ad finem acquietandum quem cum domino rege fecerunt pro vicecomite habendo de se ipsis, et pro quo ipsum distringis, ponat in respectum quamdiu idem Nicholaus fuerit cum domino rege in servicio suo in partibus transmarinis per preceptum domini regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Fuckebrunn'.—Rex Rogero de Butemund', constabulario de Tannay, salutem. Mandamus vobis quod diligenter inquiri faciatis qui malefactores depredati fuerunt Willelmum de Fuckebrun', qui conquestus est nobis quod sicut subsecutus fuit exercitum nostrum die qua recessimus de Tannay, depredatus fuit et rebus suis spoliatus. Et si malefactores illos invenire poteritis, illos capi et in prisona nostra salvo custodiri faciatis, donec aliud inde preceperimus. Res autem predicti Willelmi de quibus spoliatus fuit ei reddi facietis. Teste ut supra.

Pro fratribus milicie Templi de Rupella.—Mandatum est H. de Trublevill' senescallo suo Wasconie quod permittat fratres milicie Templi de Rupella sine impedimento adducere fenum suum proprium ad Rupellam ad usus suos proprios; ita quod prius securitatem bonam ei faciant, quod nullius alterius fenum nisi de prato suo proprio quod habent super Charent' juxta Tannay illuc adducent. Deliberari etiam faciat Bertinum de Rupella, quem homines sui de galiis suis ceperunt, si ipsum securum fecerint quod homo eorum proprius fuerit levans et cubans. Teste ut supra.

De catallis deliberandis.—Mandatum est senescallo Wasconie quod res et catalla Gerardi de Chandac, Elye Eyraudi, Ernaldi Joberti, hominum R. de Pontibus, que cepit et que ipsi homines probare poterunt sua esse, ipsis hominibus sine dilatione plenarie restitui faciat. Teste ut supra.

1230.
[m. 4.] *De respectu habendo.*—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod demandam quam facit de terris Johannis de Burgo et Hawisie uxoris ejus in baillia sua de auxilio vicecomitis, quod de predictis terris capi non consuevit, ut idem Johannes asserit, ponat in respectum quamdiu idem Johannes fuerit cum domino rege in servicio suo. Teste rege apud Surger', xxij die Augusti.

De respectu habendo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod demandam quam facit de terris Johannis de Burgo et Hawisie uxoris ejus in baillia sua de auxilio vicecomitis, quod de predictis terris capi non consuevit, etc. ut supra.

De respectu habendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam xxxvj marcarum quam faciunt Johanni de Burgo pro debito Willelmi de Lamvaley, ponant in respectum quamdiu idem Johannes fuerit etc. Teste ut supra.

De duabus navibus deliberandis.—Mandatum est Rogero de Butemund', constabulario de Tonnay, quod duas naves Blaunchardi de Rupe et naviculam Willelmi filii senescalli, quas apud Tonnay arestari fecit, si debitam consuetudinem trium solidorum et viij denariorum pro singulis predictarum navium, prout moris est, pacaverunt, quam quidem consuetudinem magistri earundem navium dicunt se pacasse, sine difficultate deliberari faciat et abire permittat quo voluerint. Teste ut supra.

De respectu habendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de xx libris quas Gilebertus de Gaunt domino regi reddere debet ad festum Sancti Michaelis anno xiiij, de debitis unde idem Gilebertus finem fecit cum domino rege, dedit dominus rex ei respectum usque ad Pascha anno xv; et quod respectum illum ei inde habere faciant. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Bolevill'.—Rex domino Cycestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave salutem. Ostendit nobis Nicholaus de Bolevill' quod cum concederemus ei scutagium suum pro exercitu nostro contra primam transfretationem nostram de terris quas tenet in dotem Avicie uxoris sue, et litteras nostras ei fieri fecerimus directas vicecomiti nostro Devonie pro scutagio illo habendo, idem vicecomes preceptum nostrum in hac parte nondum adimplevit. Et ideo vobis mandamus quod si per inspectionem rotulorum nostrorum inveneritis quod scutagium predictum ei concesserimus, et quod litteras nostras prius inde habuerit; tunc detis in mandatis predicto vicecomiti Devonie quod scutagium predictum ei habere faciat, nisi illud prius recepit. Teste ut supra.

De respectu habendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam xxij marcarum et dimidie quam faciunt Johanni de Vallibus occasione manerii de Sopiland', quod habet de ballio domini regis pro debito Baldewini de Osterwic', ponat in respectum quamdiu idem Johannes fuerit in servicio domini regis cum Johanne Burgo in partibus transmarinis. Teste rege apud Marund', xxiij die Augusti.

1230.

[m. 4.] *Pro Willelmo de Rabayne.*—Rex senescallo suo Wasconie salutem. Mandamus vobis quod permittatis Willelmum de Rabayne tenere feoda sua in Insula de Oleron' et inde pro voluntate sua disponere, sicut ipse et antecessores sui ea tenuerunt temporibus predecessorum nostrum regum Anglie. Teste ut supra.

De thesauro domini regis liberando W. de Kyrkeham et G. de Craucumb'.—Mandatum est Hugoni de Sancto Phileberto et sociis suis qui cum eo venerunt cum thesauro de Anglia, quod, nisi ante susceptionem litterarum istarum liberaverint Waltero de Brackel', clerico domini regis, thesaurum illum quem duxit de Anglia sicut ei per litteras domini regis preceptum fuerit, liberent ipsum thesaurum W. de Kyrkeham, decano Sancti Martini, London', et G. de Craucumb', senescallo suo, ad faciendum inde quod eis dominus rex injunxit. Teste rege apud Luscun, xxiiij die Augusti.

Consimili modo mandatum est eis quod nisi forte liberaverint thesaurum illum Philippo de Albin', quod illum liberent predictis W. et G. Et mandatum est ipsi W. de Brackel' quod si ipsum receperit, ipsis W. de Kirkeham et G. liberari faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et mandatum est predicto Philippo quod nisi liberaverit thesaurum illum ipsi W., tunc illum predictis W. et G. liberari faciat.

De navibus deliberandis.—Rex S. de Malo Leone salutem. Datum est nobis intelligi quod cum contingeret quasdam naves deferentes secum litteras nostras patentes, per quas eis concessimus licentiam salvo veniendi in terram et potestatem nostram et redeundi, per terram et potestatem nostram transire, baillivi vestri non obstantibus litteris illis eas faciunt arestari, de quo plurimum miramur. Et ideo vobis mandamus quatinus baillivis vestris ex parte nostre firmiter precipiatis ut omnes naves quas undecumque sint litteras nostras patentes secum deferentes, arestari fecerunt, eas sine dilatione deliberari faciant; injungentes eisdem baillivis vestris ut omnes naves, cum per terram et potestatem nostram decetero contingent venire, hujusmodi litteras patentes secum deferentes, libere et absque impedimento ire et redire permittant. Teste rege apud Marand', xxij die Augusti.

De denariis thesauri domini regis liberandis baronibus Pictavensibus.—Mandatum est W. de Kyrkeham, decano Sancti Martini Lond', et G. de Craucumb' quod de thesauro nostro quem vobis liberari precepimus apud Nonetas, liberetis Reginaldo de Pontibus juniori septingentas marcas, Galfrido de Ponte filio suo c marcas, consilio ipsius R. de Ponte c marcas, Willelmo Ostenc' militi ipsius R. xx marcas de feodo et Constantino Fulchun militi ejusdem R. xx marcas de feodo. Teste rege apud Luscun, xxvj die Augusti.

Eodem modo mandatum est eisdem de quadringentis marcis liberandis Roberto de Sabloyl et de sexaginta marcis liberandis consilio suo. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est eisdem de quadringentis marcis liberandis Benedicto de Mauritania, et de lx marcis liberandis consilio suo, et de l

1230.

[m. 4.] marcis liberandis Galfrido de Mauritania de centum marcis quas percipit de annuo feodo suo. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est eisdem de xij libris et x solidis* liberandis Elye Gumbald' de Cosnaico de annuo feodo xxv librarum quod dominus rex ei concessit ad Scaccarium domini regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est eisdem de ducentis marcis liberandis Willelmo de Rupe domino de Jovenzyaco, et de xij libris et x solidis* ei liberandis de annuo feodo xxv librarum† quas percipit ad Scaccarium domini regis. Et de decem marcis liberandis Audomaro fratri suo de annuo feodo suo xx^ti marcarum, et de xx^ti marcis liberandis consilio predicti Willelmi de Rupe. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem de quingentis marcis liberandis Aimerico de Rochechiward', et de c marcis liberandis Aimerico filio suo de feodo, et de xx marcis liberandis Aimerico de Panta militi suo. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem de l marcis liberandis Reginaldo de Pontibus, paumer, de dono.

Mandatum est eisdem de mille et xl marcis liberandis Iterio de Berbezyllo, et quod eandem summam pecunie per se sub salva faciant poni custodia, quousque a domino rege vel a justiciario aliud inde habuerint preceptum. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem de l marcis liberandis Bernardo de Royl de centum marcis quas dominus rex ei concessit percipiendas ad Scaccarium de annuo feodo suo. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem de l marcis liberandis certo nuncio Pontii de Myrebel ad opus ipsius Pontii litteras domini regis deferenti, simul cum litteris comitis Mar', de dono domini regis. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem de quater xx marcis liberandis certo nuncio Petri Bechet ad opus ipsius Petri litteras domini regis inde deferenti simul cum litteris dicti comitis; de dono regis. Et de xij libris et x s̃. ei liberandis ad opus ipsius Petri de annuo feodo xxv librarum quas dominus rex ei concessit percipiendas ad Scaccarium domini regis. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem de xx^ti marcis liberandis Elye Reginaldi ad opus‡ Henrici de Tybotot ad unum equum ad opus suum emendum, de dono domini regis. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem de c marcis liberandis Elye Taylant, presentium latori, ad opus Reginaldi de Talemund', de dono domini regis. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem de c marcis liberandis Fulconi de Luco ad opus Galfridi de Tannay de termino Sancti Michaelis anno xiiij^o de annuo feodo suo c marcarum, et de l marcis liberandis eidem Fulconi ad opus ipsius Galfridi, de dono domini regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Say.—Rex cancellario suo et S. de Segravo salutem. Sciatis quod, mortuo nuper in partibus transmarinis Galfrido de Say, cepimus homagium Willelmi de Say, filii et heredis predicti Galfridi, de omnibus terris quas ipse Galfridus de nobis tenuit in capite

* Corrected from xx m'. † Corrected from xl m'.

‡ 'Petri de Rabayn' is cancelled here.

1230.

[m. 4.] et idem Willelmus securos nos fecit per dilectos et fideles nostros G. comitem Glouc' et Rogerum de Clifford' de relevio suo, quantum pertinet ad terras predictas. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris quas predictus Galfridus de nobis tenuit in capite et de quibus fuit saisitus die quo obiit, videlicet, die Lune proxima ante festum Sancti Bartholomei anno regni nostri xiiij, eidem Willelmo plenam saisinam habere faciatis. Nichilominus tamen inquisitionem fieri faciatis quantum terre idem Galfridus tenuerit de nobis in capite et per quod servicium, ut sic nobis constare possit quantum predictus Willelmus debeat pro relevio suo. Teste ut supra.

Pro Waltero de Lascy.—Dominus rex licentiam dedit Waltero de Lascy eundi ad partes Hybernie pro agendis suis expediendis ibidem. Et mandatum est cancellario suo et S. de Segrave quod ipsum a terra Anglie libere et sine occasione recedere permittant. Teste ut supra.

[m. 3.] *Pro Nicholao de Molis.*—Mandatum est domino Cycestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave quod plenam saisinam habere faciant Nicholao de Molis de maneriis de Carswell' et de Depeford' cum pertinentiis suis, cui dominus rex maneria illa dedit, concessit et carta sua confirmavit, habenda et tenenda sibi et heredibus suis de domino rege et heredibus suis, per servicium feodi dimidii militis pro omni servicio. Teste rege apud Luscun, xxvij die Augusti.

Pro Galfrido Dispensario—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod de c marcis quas Galfridus Dispensarius nobis debet de fine quem nobiscum fecit pro custodia terre que fuit Johannis de Sancto Johanne, unde nobis tenebatur reddere l marcas ad festum Sancti Michaelis proximo futurum, anno scilicet regni nostri xiiij, et l marcas ad Pascha proximo sequens; concessimus ei quod reddat nobis primas l marcas ad predictum terminum Pasche et alias l marcas ad festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xv. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste rege apud Luscun, xxix die Augusti.

Pro Willelmo de Vescy.—Rex domino Cycestrensi, cancellario suo, et S. de Segrave salutem. Dedit nobis intelligi Willelmus de Vescy quod cum habuerit de concessione nostra scutagium suum de exercitu nostro de Kery et litteras nostras inde optinuisset, vicecomes Norhumbrie eo quod in brevi nostro ipsi vicecomiti directo de scutagio illo habendo taliter fuit erratum, quod ubi apponi debuisset scutagium de Kery, appositum fuit scutagium de Muntgumery, distringit ipsum Willelmum ad predictum scutagium de Kery solvendum. Et ideo vobis mandamus quod si ita est, tunc eidem Willelmo de predicto scutagio de Kery, pacem habere faciatis. Teste ut supra.

—Dominus rex adhibuit regium assensum postulacioni facte de Elya thesaurario Hereford' in episcopum Landavensem; et mandatum est comiti marescallo et comiti Glouc' quod de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad dictum episcopatum per-

1230.

[m. 3.] tinentibus, et in custodia sua existentibus, plenam ei saisinam habere faciant. Teste rege apud Luscun, xxx die Augusti.*

Pro Hereberto filio Mathei.—Mandatum est domino Cycestrensi, cancellario suo, et S. de Segrave† quod faciant habere Hereberto filio Mathei saisinam de feodo unius militis cum pertinentiis in comitatu Sumers' in baillia sua, quod Mauricius de Gaunt tenuit de Willelmo filio et herede Willelmi Paynel, cujus custodiam dominus rex concessit predicto Hereberto usque ad etatem predicti heredis, donec dominus rex reddiderit recto heredi predicti Mauricii terras suas quas idem Mauricius tenuit, et ipsum heredem jure contingunt hereditario. Siquid etiam proficui inde evenerit post mortem ipsius Mauricii, id eidem Hereberto reddi faciant. Teste rege apud Luscun, xxx die Augusti.

Pro comite Marescallo.—Mandatum est W. de Kyrkeham et G. de Craucumb' quod de thesauro domini regis quem dominus rex ei liberari precepit apud Nonetas, liberari faciant presentium latori litteras comitis Marescalli patentes eis deferenti, c marcas de prestito ad opus ipsius comitis, quia H. de Burgo comes Kancie, justiciarius Anglie, manucepit quod dictus marescallus in proximo adventu domini regis apud Nonetas domino regi eas reddi faciet. Teste rege apud Luscun, primo die Septembris.

De mille marcis mittendis ad dominum regem.—Mandatum est Philippo de Albin', W. de Kyrkeham et G. de Craucumb' quod de thesauro domini regis, qui penes ipsum est apud Nonetas, secum deferant ad dominum regem usque Luscun mille marcas sub conductu W. Briwer', R. de Mortuo Mari, Walteri de Bello Campo et Johannis filii Alani; quibus dominus rex mandavit quod ad dominum regem una cum eis veniant et thesaurum predictum conducant. Teste ut supra.

Pro Henrico de Franckesnay.—Rex cancellario suo et S. de Segrave salutem. Quia nuper anno proximo preterito concessimus et promisimus Henrico de Franckesnay id quod ad nos pertinet per unum annum et unum diem de terra que fuit Roberti de Bosco, ex quo convictus esset de morte hominis unde rettatus fuit, et idem Robertus jam inde convictus est ut idem Henricus dicit; vobis mandamus quod si ita est, tunc eidem Henrico de predicta terra quantum ad nos pertinet per unum annum et unum diem, sicut predictum est, plenam saisinam habere faciatis. Teste rege apud Luscun, ij die Septembris.

Pro Silvestro de Everdon' clerico.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod de v marcis per quas Robertus de Cern', quondam persona ecclesie de Alta Augr', finem fecerat nobiscum pro habenda singulis annis usque ad etatem nostram quadam feria apud ecclesiam suam de Augr', et que per summonicionem Scaccarii nostri exiguntur de executoribus testamenti ipsius Roberti; ad instantiam dilecti clerici

* Cancelled, *quia non habuit.*

† These names are substituted for "vicecomiti Dorset."

1230.

[m. 3.] nostri Silvestri de Everdon' perdonavimus ipsis executoribus xl s̄. pro xl s̄. in quibus ipse Silvester dictis executoribus tenebatur reddendis pro ipsis ad Scaccarium nostrum in solucione predictarum v marcarum. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xl s̄. dictos executores quietos esse faciatis. Teste rege ut supra.

De respectu.—Mandatum est H. de Trublevill' senescallo suo Wasconie vel Alano de Turre, baillivo de Oleron, quod duellum* quod Willelmus de Ortis vadiavit versus Petrum Codebaud de felonia, ponant in respectum donec idem senescallus cum domino rege fuerit locutus, et donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Luseun, iiij die Augusti.

De perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod de xxx marcis quas Aunketillus Mallore nobis reddere tenebatur ad Scaccarium nostrum pro Aaron de Eboraco Judeo de debito Willelmi de Muleton', perdonavimus eidem Anketillo v marcas de termino Sancti Michaelis anno regni nostri xiiij. Et ideo vobis mandamus quod ipsum de predictis v marcis quietum esse faciatis. Teste rege apud Montem Acutum, ix die Augusti.

De perdonatione.—Dominus rex, ad instantiam Ricardi de Thorp' servientis S. de Segrave, perdonavit Ricardo, filio et heredi Roberti de Thorp', qui est in custodia ipsius Ricardi de Thorp', duas marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de fine x marcarum quem predictus Robertus de Thorp' fecit coram justiciariis domini regis pro eschapio cujusdam latronis. Et mandatum est barouibus de Scaccario quod predictum Ricardum filium Roberti quietum inde esse faciatis. Teste rege apud Nonetas, xij die Septembris.

De mille marcis recipiendis et salvo custodiendis.—Rex Willelmo de Putot salutem. Mandamus vobis quod m marcas quas Georg' (*sic*) Deafuble et Radulfus Blundus detulerunt de Hibernia de denariis nostris ex parte dilecti et fidelis nostri R. de Burgo, justiciarii nostri Hybernie, cum ad vos venerint, ab eis recipiatis et eas salvo custodiatis donec aliud inde preceperimus; et ex quo predictas m marcas receperitis, statim per literas vestras patentes id scire faciatis venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario nostro, et dilecto et fideli nostro S. de Segrave, quibus mandavimus quod ex quo id eis significaveritis, literas nostras fieri faciant patentes testificantes quod predicti Gregorius et Radulfus predictos denarios liberaverunt per preceptum nostrum. Teste rege apud Nonetas, xv die Septembris, anno regni nostri xiiij.

Mandatum est episcopo Cycestrensi et S. de Segrave quod dominus rex mandavit Willelmo de Putot quod m mille (*sic*) marcas quas Gregorius de Afuble et Radulfus Blundus detulerunt de Hibernia de denariis domini regis, ab ipsis recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit; et quod ex quo denarios illas (*sic*) receperit, per literas suas patentes id eis significet. Et mandatum est eisdem quod ex quo certi fuerint per

* Corrected from "apellum."

1230.

[m. 3.] literas ipsius Willelmi patentes ipsum denarios predictos ad opus regis recepisse; tunc predicto Gregorio et Radulfo literas domini regis fieri faciant patentes signatas sigillo quod penes eos habent, testificantes predictos Gregorium et Radulfum predictas m marcas eidem Willelmo liberasse et ipsum Willelmum eas ab eis recepisse per preceptum domini regis. Teste ut supra.

Pro H. de Trublevill'.—Mandatum est episcopo Cicestrensi et S. de Segrave quod dominus rex concessit Henrico de Trublevill' custodiam terre et heredis Roberti de Mortuo Mari usque ad etatem predicti heredis; et quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Roberti et de quibus fuit saisitus die quo obiit, eidem Henrico saisinam, sicut predictum est, et heredem ipsius Roberti habere faciant. Teste ut supra.

Pro executoribus Thome Basset.—Mandatum est episcopo Cycestrensi et S. de Segrave quod per literas regis dent in mandatis singulis vicecomitibus in quorum ballivis Thomas Basset, qui nuper obiit, res habuit et catalla, quod res et catalla ipsa sine difficultate habere faciant executoribus testamenti ipsius Thome ad execucionem ipsius testamenti faciendam. Teste ut supra.

Pro Roberto Musard'.—Dominus rex cepit homagium Roberti Musard' de terris quas Radulfus Musard', pater ejus, cujus heres ipse est, de domino rege tenuit in capite. Et mandatum est domino Cycestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave quod, accepta ab eo securitate de sexaginta libris per quas finem fecit cum domino rege pro relevio suo de omnibus terris predictis de quibus predictus Radulfus fuit saisitus die quo obiit, ipsi Roberto plenam saisinam habere faciant. Teste rege apud Nonetas, xvj die Septembris.

Pro Rogero de Quency.—Dominus rex concessit Rogero de Quency quod de demanda septies xx marcarum ei facta de prestito Hybernie, respectum habeat usque in xv dies a die Pasche anno xv. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Henrico de Longo Campo.—Henricus de Longo Campo finem fecit cum domino rege per l marcas pro habenda in uxorem Johanna, que fuit uxor Thome de Byrkyn, si ipsa induci possit quod dictum Henricum in virum velit accipere, sicut eam per litteras suas rogavit. Idem Henricus fecit domino regi securitatem per Johannem de Lascy, constabularium Cestrie, de predictis l marcis domino regi reddendis. Et mandatum est Cycestrensi episcopo et S. de Segrave quod ex quo constiterit ei quod ipsa ipsum H. in virum velit admittere, quam ad hoc inducant, tunc de omnibus terris et tenementis racione dotis vel maritagii dictam Johannam contingentibus ipsi Henrico plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Cadamo.—Mandatum est Cycestrensi episcopo et S. de Segrave quod Isabella, abbatissa de Cadamo, cui dominus rex prius

1230.

[m. 3.] respectum dederat, sicut eis significavit, de fidelitate domino regi facienda de terris et tenementis que habet in Anglia usque ad festum Sancti Michaelis anno xiiij°, infra terminum illum ad dominum regem venit et fidelitatem ei fecit. Et mandatum est eis quod non permittant quod ipsa abbatissa ea occasione super terris vel rebus suis vexetur vel molestetur. Teste ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est eis quod licet non constet domino regi de tenore carte quam fieri fecit Thome Basset de terra quam tenuit in Kertlinton' de dono domini regis, et quam Gilebertus Basset frater et heres ipsius Thome terram illam ut jus suum a rege petiit sibi reddi; quod de eadem terra ei saisinam habere faciant. Et rex in adventu suo in Anglia certiorabitur utrum terra predicta eidem in perpetuum remanere debeat per predicte carte inspeccionem in forma qua predictus Thomas eam tenuit necne. Teste ut supra.

Pro hominibus de Olerun.—Mandatum est Savarico de Malo Leone quod cum homines de Olerun venerint ad fidem et servicium domini regis, naves ipsorum hominum et homines eorum, si quos ceperit, cum mercandisis suis sine difficultate abire et deliberari faciat; ne decetero hominibus, navibus vel mercandisis suis molestiam, dampnum aut gravamen inferat aut inferri permittat unde querela ad dominum regem injuria ipsius S. faciente debeat pervenire. Teste ut supra.

Pro Henrico Teutonico.—Rex domino Cycestrensi et S. de Segrave salutem. Sciatis quod concessimus Henrico Teutonico terram cum pertinentiis quam Thomas Basset tenuit in Grendon' de baillio nostro de terris Normannorum, habendam quousque eam recto heredi ejusdem terre reddiderimus per voluntatem nostram vel per pacem, ad se sustentandum in servicio nostro; ita quod quamdiu idem Henricus terram illam tenuerit, quieti erimus de annuo redditu x librarum quem percipere solebat ad Scaccarium nostrum de dono nostro. Et ideo vobis mandamus quod de predicta terra cum pertinentiis plenam saisinam ei habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Nonetas, xvij die Septembris.

Pro vicecomite de Rohan.—Rex eisdem salutem. Mandamus vobis quod de omnibus terris quas Galfridus vicecomes de Rohan tenuit in Anglia, de quibus dissaisitus fuit occasione amissionis Normannie tempore domini J. regis patris nostri, quicumque eas modo teneat, plenam saisinam habere faciatis Alano vicecomiti de Rohan. Diligentem etiam fieri faciatis inquisitionem per sacramentum proborum et legalium hominum utrum ipse vicecomes terras illas de nobis tenere debeat in capite, an de dilecto et fideli nostri P. duce Britannie et comite Richemund'; quam quidem inquisitionem nobis sine dilatione reportari jubeatis. Teste meipso ut supra.

Pro Rogero de Dantesya.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis nos concessisse Rogero de Dantesya quod denarios quos nobis solvisse debuit ad festum Sancti Johannis Baptiste anno regni nostri xiiij de fine quem nobiscum fecit pro passagio suo, reddat nobis ad festum

1230.

[m. 3.] Sancti Michaelis anno eodem, simul cum denariis quos nobis solvere tenetur ad eundem terminum Sancti Michaelis de eodem fine; et de transgressione quam erga nos fecit, eo quod non solvit nobis ad predictum festum Sancti Johannis Baptiste denarios predictos, in primo adventu nostro in Angliam nobis respondebit. Et ideo vobis mandamus quod terras ipsius Rogeri quas in manum nostram capi fecistis eo quod predictum terminum Sancti Johannis Baptiste non servavit, ut predictum est, ei reddi faciatis; et exitus earum, si quos recepistis quamdiu predicte terre fuerunt in manu nostra, ei in predicto fine allocetis. Teste ut supra.

Pro Rogero le Bygod.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod demandam quam facit Rogero le Bigod pro murdro, ponat in respectum quousque dominus rex redierit in Angliam, ita quod ipsum vel homines suos occasione predicta interim non distringat. Teste rege apud Nonetas, xviij die Septembris.

Pro Andrea Luterel.—Rex domino Cycestrensi et S. de Segrave salutem. Accedens ad nos Andreas Luterel nobis exposuit quod quedam terre que fuerunt Mauricii de Gaunt ad eum debebant descendere jure hereditario; videlicet maneria de Cantockeshevod, Stockeland, Hywys, Poelet, Wyr', que sunt in comitatu Sumers', et manerium de Irenham quod est in comitatu Lincoln'. Optulit igitur nobis centum marcas quatinus de jure suo quod habet in dictis maneriis in utroque comitatu inquisitionem fieri faceremus. Ita quod si per inquisitionem posset declarari quod ipse majus jus haberet ad maneria illa habenda quam alius, non tamen propter centum marcas illas dicta maneria ei reddere tenemur, nisi ipse tantum erga nos per hoc et alias facere possit quare dicta maneria ei duxerimus reddenda, si videamus quod juste et sine alterius injuria id facere possimus; et si per inquisitionem eandem declaretur quod ipse Andreas ad dicta maneria jus non habeat, tunc non tenebitur ad predictarum centum marcarum solucionem. Et ideo vobis mandamus quod per sacramentum proborum et legalium hominum inquisitionem fieri demandetis in predictis comitatibus, quod jus ipse Andreas habeat ad maneria predicta, et a quibus predecessoribus suis jus illud ei descendat, et quis predecessorum suorum illa ultimo tenuerit per quos jus illud clamat; et inquisitionem illam in utroque comitatu factam reportari precipiatis. Teste rege ut supra.

Pro Rogero de Clifford'. — Rex eisdem salutem. Sciatis quod commisimus Rogero de Clifford' manerium nostrum de Sloctres quod Thomas Basset tenuit ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit; ita quod quamdiu manerium illud tenuerit, erimus quieti de annuo censu xxx librarum quem consuevit percipere ad Scaccarium nostrum et de lv marcis quas consuevit ibidem percipere per annum pro custodia foreste nostre de Sancto Briavello. Et ideo vobis mandamus quod de predicto manerio plenam ei saisinam habere faciatis, sicut predictum est; et si ante saisinam ei inde factam baillivi nostri receperint ad opus nostrum redditum de hoc termino Sancti Michaelis anno xiiij, id ei reddi faciatis. Teste ut supra.

1230.

[m. 2.] *De maritagio Johanne, que fuit uxor Johannis de Boterellis.*—Rex eisdem salutem. Quia constat nobis quod maritagium Johanne, que fuit uxor Johannis de Boterellis, ad nos pertinet et eam ad presens maritare possimus, eo quod cum primo maritanda fuit predicto Johanni per nos aut de consensu nostro tunc maritata non fuit; vobis mandamus quod prout justum fuerit Rogero primogenito filio Rogeri de Clifford maritagium ejusdem Johanne habere faciatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Briano de Insula quod habere faciat Johanni filio Roberti duos damos et decem damas in foresta de Norhumberland' de dono domini regis. Teste rege apud Nonetas, xx die Septembris. Per Hugonem Dispensarium.

De respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod debitum quod exigunt de Petro de Malo Lacu per summonicionem Scaccarii, ponant in respectum usque ad adventum domini regis in Angliam. Teste ut supra.

De respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam xj marcarum quam faciunt per summonicionem Scaccarii Radulfo de Haya, filio et herede Willelmi de Haya, de prestito Hybernie, et demandam iiij marcarum et dimidie quam faciunt eidem Radulfo de prestito Pictavie, qui est in custodia Henrici de Tybotot, ponant in respectum donec idem Radulfus plene fuerit etatis. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat comiti de Ferrariis xv quercus in foresta de Wichewud', de dono domini regis, in auxilium edificia sua construendi apud manerium suum de Stamford'. Teste ut supra.

Pro Waltero de Godardvill'.—Rex domino Cycestrensi et S. de Segrave salutem. Sciatis quod commisimus Waltero de Godardvill' ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit, terram quam Radulfus de Ralegh' tenuit de baillio nostro in soca de Waltham. Ita quod quamdiu terram illam tenuerit, erimus quieti versus eum de x libris per annum de annuo feodo suo quod percipit ad Scaccarium nostrum. Et ideo vobis mandamus quod de predicta terra plenam ei saisinam habere faciatis. Teste rege apud Nonetas, xxiij die Septembris.

Pro Nicholao de Nevill'.—Rex eisdem salutem. Sciatis quod per finem xx librarum quem Nicholaus de Nevill' fecit nobiscum, unde fecit nos securos per dilectos et fideles nostros Henricum de Aldithel', Hugonem Dispensarium, Godefridum de Craucumb' et Thomam de Hemmegrav'; concessimus ei custodiam terre cum pertinentiis que fuit Johannis de Meperteshal', simul cum custodia et maritagio heredum ipsius Johannis. Et ideo vobis mandamus quod de predicta terra simul et de ipsis heredibus predicto Nicholao plenam saisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

1230.

[m. 2.] *De liberatione duorum denariorum et j oboli.*—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod liberationem duorum denariorum et unius oboli quam Rogerus de Bosco consuevit percipere per diem per manus vicecomitis Loud' de elemosina nostra constituta, intuitu Dei concessimus Thomas', que fuit uxor ipsius Rogeri, ad ejus et parvulorum suorum sustentationem. Et ideo vobis mandamus quod predictam liberationem ipsi Thomas' habere faciatis. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod perdonavimus Hugoni de Vivon' c libras quas debet Ysaac de Norwico, Joscepino de Bristoll' et Hamoni de Hereford', Judeis. Et ideo vobis mandamus quod versus predictos Judeos ipsum Hugonem inde quietum esse faciatis. Cartas etiam et pedes cyrographorum de predicto debito ab archa extrahi et ei deliberari faciatis, et nos in adventu nostro in Angliam taliter providebimus Judeis predictis, quod non multum gravabuntur. Teste rege apud Redden', xxvj die Septembris.

Pro Nicholao de Lettres.—Dominus rex commisit Nicholao de Lettres ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu domino regi placuerit, manerium de Ipelpenn', quod Radulfus de Meulent tenuit; ita quod quamdiu manerium illud tenuerit, erimus quieti de annuo feodo suo xxv librarum quod consuevit percipere ad Scaccarium. Et mandatum est domino Cycestrensi et S. de Segrave quod saisinam ei habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Waltero de Godardvill'.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Waltero de Godardvill', commoranti in partibus transmarinis in servicio nostro, quod acquietabimus ipsum de sexaginta marcis erga Abraham de Bercamested' et Elyam filium Benedicti de Lond' Judeis; videlicet, de xl marcis quas debet predicto Abrahe et de xx marcis quas debet predicto Elye; ita quod quieti erimus de solidis eidem Waltero dandis, donec posuerit in servicio nostro in partibus predictis usque ad summam lx marcarum. Et si forte per tantum tempus moram non fecerit in partibus predictis quod loco solidorum suorum ponat usque ad summam lx marcarum, idem Walterus respondebit ad Scaccarium nostrum de toto residuo ejusdem summe quod in servicio inde non posuerit, prout magis aut minus in servicio nostro moram fecerit. Et ideo vobis mandamus quod de xl marcis versus predictum Abraham et de xx marcis versus predictum Elyam, ipsum quietum esse faciatis, sicut predictum est. Cartam etiam et pedem cyrographi ab archa extrahi et ei deliberari faciatis, et nos in adventu nostro in Angliam taliter providebimus Judeis predictis quod non multum gravabuntur. Teste ut supra.

De respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam v marcarum et vj s. et viij d. quam faciunt per summonicionem Scaccarii Ricardo Fillol de prestito Hybernie, ponant in respectum quamdiu idem Ricardus fuerit cum Egidio de Argentuein in servicio domini regis in partibus transmarinis. Teste rege ut supra.

1230.

[m. 2.] *De respectu.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod respectum faciant habere Waltero de Langeton' de debitis que debet Judeis usque ad festum Sancti Hyllarii anno xv; ita quod interim inde non currant usure. Teste ut supra.

Pro Waltero de Brackel'. Hybernia.—Dominus rex commisit Waltero de Brackel' episcopatum Midensem vacantem custodiendum quamdiu domino regi placuerit, ad respondendum de exitibus ejusdem episcopatus ad Scaccarium Dublin'. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hybernie, quod de omnibus ad ipsum episcopatum pertinentibus cum redditibus de termino Sancti Michaelis anno xiiij, et cum omnibus aliis exitibus ejusdem episcopatus qui inde provenerunt a tempore vacationis sue, Willelmo capellano, archidiacono Dublinensi, et Ade de Balimor capellano, ex parte ipsius Walteri plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Reidon', xxiiij die Septembris.

Litere iste patentes sunt.—Et mandatum est militibus, liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de eodem episcopatu quod predictis Willelmo et Ade, quos idem Walterus loco suo assignavit ad custodiam ejusdem episcopatus, in omnibus que ad ipsum episcopatum pertinent, intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Pro Rogero Wastehuese.—Dominus rex concessit Rogero Wastehuese quod quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis, non currant usure de quinque marcis quas debet Judeis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne Talebot.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Johanni Talebot, commoranti in servicio nostro in partibus transmarinis, quod quietus sit de usura quam conventionavit dare Davidi de Linc' Judeo, quando mutuo recepit ab eodem Judeo xv libras pro xxvi libris ei reddendis, ita quod idem Judeus contentus sit predictis xv libris et predictus Johannes quietus sit de toto residuo. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Johannem de predicta usura quietum esse faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Roberto de Muscegros.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus Roberto de Muscegros quod de fine quem nobiscum fecit per c marcas nobis per annum reddendas ad duos terminos donec nobis reddiderit omnia debita que nobis debet, reddat nobis decetero ad eosdem terminos l marcas donec omnia predicta debita que nobis debet nobis persolvantur ad Scaccarium nostrum; videlicet, ad Scaccarium Sancti Michaelis xxv marcas et ad Scaccarium Pasche xxv marcas. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste rege ut supra.

Pro Bartholomeo de Podio.—Dominus rex commisit Bartholomeo de Podio terram que fuit Petri de Fay in Olerun cum pertinentiis suis, ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu ei placuerit. Et mandatum est H. de Trublevill', senescallo suo Wasconie, quod plenam ei inde saisinam habere faciat. Teste rege apud Reidun', ut supra.

1230.

[m. 2.] *Pro justiciario Anglie de terra Nigelli de Moubray.*—Rex domino Cycestrensi et S. de Segrave salutem. Sciatis quod concessimus H. de Burgo comiti Kancie, justiciario Anglie, pro quingentis marcis quas nobis dedit pre manibus et in garderoba nostra liberari fecit apud Reidun', custodiam terre et heredis Nigelli de Moubray, qui nuper obiit in partibus transmarinis, usque ad etatem predicti heredis, una cum maritagio ejusdem. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Nigelli et de quibus fuit saisitus die quo obiit de hereditate sua, eidem justiciario plenam saisinam, simul et heredem ipsius Nigelli habere faciatis. Teste rege apud Reidun', xxix die Septembris.

Pro Willelmo de Marsano.—Rex H. de Trublevill', senescallo suo Wasconie, salutem. Significavit nobis A. Will[elmi] de Marsano quod ad inimicos nostros gravandos et jura nostra recuperanda commisit nobis castrum suum de Rocheford', tenendum usque ad terminum duorum annorum; ita quod in fine illorum duorum annorum, illud ei redderetur; qui quidem terminus jam inde elapsus est, ut dicit. Et ideo vobis mandamus quod secundum conventionem inter nos et ipsum A. factam de castro predicto, si prefatus terminus jam inde fuerit elapsus, ut asserit, castrum predictum ei restituatis. Teste rege ut supra.

De respectu.—Dominus rex dedit respectum Willelmo de Vescy usque ad Natale Domini anno xv, de lx libris quas debuit reddidisse ad Scaccarium Sancti Michaelis anno xiiij°. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant. Teste rege apud Ger, ij die Octobris.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex domino Cycestrensi et S. de Segrave salutem. Sciatis quod R. filius Nicholai, senescallus noster, finem fecit nobiscum per lx marcas pro habenda custodia terrarum que fuerunt Henrici de Escrupes cum custodia et maritagio heredum ejusdem Henrici. Et ideo vobis mandamus quod de predictis terris et heredibus ipsi Radulfo plenam saisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Ger, secundo die Octobris.*

Rex eisdem salutem. Sciatis quod R. filius Nicholai, senescallus noster, finem fecit nobiscum per quingentas libras pro habendo ad opus unius filiorum suorum maritagio Matildis, que fuit uxor Nigelli de Moubray. Et ideo vobis mandamus quod maritagium ipsius Matildis ipsi Radulfo habere faciatis, sicut predictum est; si ipsa induci possit quod unum filiorum suorum in virum velit admittere; quam ad hoc modis quibuscumque poteritis inducatis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo Russello et plegiis suis xx s. quos exigitis ab eis per summonicionem Scaccarii nostri pro misericordia in quam inciderunt coram Roberto de Everingeham, Ricardo de la Rivere et sociis suis, justiciariis nostris assignatis ad assisam nove dissaisine

* Cancelled, because "non habuit custodiam illam."

1230.

[m. 2.] capiendam apud Eboracum, quam idem Willelmus aramiavit coram eisdem justiciariis nostris versus Radulfum Foliot et Johannem de Kadenay de tenemento in Cave. Et ideo vobis mandamus quod ipsos inde quietos esse faciatis. Teste rege apud Sanctum Mevennum, v die Octobris.

Pro Ricardo de Gray.—Rex cancellario suo et S. de Segrave salutem. Sciatis quod concessimus Ricardo de Gray pro nobis et heredibus nostris quod ipse et heredes sui habeant et teneant manerium nostrum de Elefordʼ in comitatu Kancie cum omnibus pertinentiis suis, donec nos vel heredes nostri providerimus eidem Ricardo vel heredibus suis in wardis vel escaetis ad valentiam ejusdem manerii; ita quod ex quo provisum fuerit eidem Ricardo vel heredibus suis in wardis vel escaetis, sicut predictum est, predictum manerium revertetur ad nos vel heredes nostros, quietum de predicto Ricardo et heredibus suis. Et ideo vobis mandamus quod eidem Ricardo de predicto manerio plenam saisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Alencun—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi quod distringas Margaretam, que fuit uxor Alexandri de Nevillʼ, ad reddendum Ricardo de Alencun Alexandrum filium et heredem predicti Alexandri de Nevill; cujus custodia ad eum pertinet, ut dicit, racione donationis quam eidem Ricardo dudum fecimus de custodia terre et heredis predicti Alexandri. Teste rege apud Sanctum Mevennum, vii die Octobris.

De perdonatione.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod perdonavimus Johanni Talebot pro arreragiis stipendiorum suorum que ei debuimus de tempore quo fuit nobiscum in partibus transmarinis ad primam transfretationem nostram, xv libras quas debet Davidʼ de Lincʼ Judeo de Oxonia de sorte. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Johannem de predictis xv li. versus predictum Judeum quietum esse faciatis. Teste rege apud Gygun, ix die Octobris.

Pro Hugone de Gurnay.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Hugoni de Gurnay quod quamdiu fuerit in partibus transmarinis in servicio nostro per preceptum nostrum, respectum habeat de omnibus debitis que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii nostri. Et ideo vobis mandamus quod respectum illum ei habere faciatis. Teste rege apud Sanctum Briocum, x die Octobris.

Pro Ricardo de Alencun.—Rex eisdem salutem. Sciatis quod Ricardus de Alencun finem fecit nobiscum per unum palefridum quem nobis dabit, pro habendis literis nostris patentibus de custodia terre et heredum Alexandri de Nevillʼ, et quod possit singulis annis ad Scaccarium Sancti Michaelis reddere nobis xx marcas de primo fine quem nobiscum fecit pro predicta custodia habenda, quamdiu fuerit in manu sua; ita tamen quod xx marcas quas nobis debet de eodem fine de anno proximo preterito regni nostri, videlicet xiiij, reddet nobis ad Scaccarium Sancti

1230.

[m. 2.] Hyllarii anno regni nostri xv. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste rege apud Gyngaut, xj die Octobris, anno regni nostri xiiij.

Mandatum est W. Talebot et H. de Sancto Phileberto quod navem Jordani de Exonia, si carcata fuerit equis et alio harnesio H. de Trublevill', abire permittant. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Hugonis—Mandatum est baronibus de Scaccario quod dominus rex concessit Ricardo filio Hugonis quod de omnibus debitis de quibus prius reddidit domino regi vj marcas per annum, decetero reddet domino regi singulis annis duas marcas; videlicet, ad Scaccarium Pasche unam marcam, et ad Scaccarium Sancti Michaelis unam marcam, donec omnia predicta debita que domino regi debet, plene reddantur. Et mandatum est eisdem baronibus quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Sanctum Tydualum, xiiij die Octobris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat de dono regis Willelmo de Cantilupo duos damos et decem damas in foresta de Blakemor'. Teste ut supra.

[m. 1.] *Pro Ricardo filio Hugonis.*—Rex Johanni de Colemere salutem. Mandamus vobis quod de vinis nostris Wasconie, que sunt in custodia vestra apud London', faciatis habere Ricardo filio Hugonis unum dolium vini de dono nostro. Teste rege apud Sanctum Tudualum, xiiij die Octobris.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Dominus rex cepit homagium Amaurici de Sancto Amando de terris quas Radulfus de Verdun consanguineus ipsius, cujus heres ipse est, de rege tenuit in capite, et que ipsum hereditarie contingunt; et perdonavit ei relevium quod regi debuit de eisdem terris. Et mandatum est domino Cycestrensi, cancellario suo, et S. de Segrave quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Radulfi et de quibus saisitus fuit die quo obiit, plenam ei saisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Henrico de Avaugor. — Rex domino Cycestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Segrave salutem. Sciatis quod cepimus homagium Henrici de la Vagor, et reddidimus ei omnes terras quas tenere debet in Anglia et de quibus Alanus filius comitis, pater ipsius Henrici, cujus heres ipse est, saisitus fuit ut de feodo, et de quibus idem Alanus dissaisitus fuit occasione amissionis Normannie, tempore domini J. regis patris nostri. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris predictis, quicumque eas modo teneat, eidem Henrico plenam saisinam habere faciatis. Teste rege ut supra.

De respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam factam comiti Glouc' per summonicionem Scaccarii de prestito Hybernie, ponant in respectum usque ad festum Sancti Hyllarii anno xv. Teste rege apud Sanctum Tudualum, xviij die Octobris.

1230.

[m. 1.] Mandatum est comiti Cestrie et comiti W. Marescallo quod quia milites et servientes qui nuper ab eis capti fuerunt apud Punt Torsun, fuerunt homines Henrici de Avaugor, eos sine dilatione deliberari faciant. Teste rege.*

Pro Ernisio de Nevill'.—Dominus rex concessit Ernisio de Nevill' quod de debito quod ei debet, et de quo reddere consuevit per annum ad Scaccarium xx marcas, reddat singulis annis ad Scaccarium x marcas ad eosdem terminos ad quos prius xx marcas reddere, donec predictum debitum domino regi persolvat. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud castrum Sancti Pauli, xxiiij die Octobris.

Mandatum est Henrico Buchard' quod omnes naves quas arestari fecit de Sancto Maclovio et aliunde de potestate comitis Britannie, que carcate sunt vinis seu aliis mercandisis quibuscumque, sine dilatione deliberari faciat et ad portus suos reverti permittat sine impedimento. Teste rege apud castrum Sancti Pauli Leonensis, xxv die Octobris.

Rex concessit pro se et heredibus suis Radulfo de Mortuo Mari quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant unam feriam apud manerium suum de Ovietelon singulis annis duraturam per quatuor dies; videlicet, in vigilia et in die Sancti Mathei apostoli et duobus diebus sequentibus nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod feriam illam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud castrum Sancti Pauli Leon', xxvj die Octobris.

Rex concessit eidem Radulfo pro se et heredibus suis quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant liberam warennam in terris suis dominicis de Stratfeld; ita quod nullus decetero warennam illam intret ad fugandum vel currendum in ea sine licentia et voluntate predicti Radulfi et heredum suorum. Et mandatum est Johanni de Munem' quod eidem Radulfo warennam predictam habere faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex concessit pro se et heredibus suis Nicholao Avenel quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem Lune apud manerium suum de Sepewesee, et quod habeat ibidem singulis annis imperpetuum unam feriam duraturam per tres dies; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Laurencii, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 8*d*.] Mandatum est justiciario Hybernie quod loquelam que est in curia Dublin' inter Radulfum de la More et Adam Bard petentes, et Nicholaum de Chepeston' tenentem, de v mesagiis cum pertinentiis in Dublin', que idem Nicholaus tenet de baillio domini regis quamdiu ei placuerit, ponat in respectum quamdiu predictus Nicholaus fuerit in servicio domini regis cum R. comite Cornubie in partibus transmarinis. Teste rege apud Nonetas, xxiiij die Maii.

* Cancelled, "quia in patentibus."

1230.
[m. 8d.] Mandatum est vicecomiti Norf' quod loquelam que est in comitatu suo inter Thomam de Fubinglegh' et Robertum de Tateshal', qui est in servicio nostro in partibus transmarinis nobiscum, de catallis ipsius Thome que idem Robertus cepit et injuste detinet, ut dicitur, ponat in respectum quamdiu idem Robertus fuerit in partibus predictis; ita quod predicta catalla interim replegientur. Teste rege apud Reynes, xiij die Maii.

Wiltes'.—Petrus de Munbir' attornavit Nigellum de Medeburn' contra Petrum de la Saucey de terra in Lavinton'.

Reginaldus Walensis attornavit Henricum de Legh' contra Gilebertum de Marisco et Matildem uxorem ejus de racionabili dote ipsius Matildis.

Eboracum.—Petrus de Jarpunvill' attornavit Galfridum de Garton' contra Willelmum de Barton' et Emmam uxorem ejus de medietate unius mesagii in villa Sancti Oswaldi.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter Amauricum de Futipo petentem et Anketillum de Folevill' tenentem de l acris terre cum pertinentiis in Thrapun, ponat in respectum quamdiu idem Anketillus fuerit in servicio domini regis cum Radulfo Baset de Draiton' in partibus transmarinis. Teste rege apud Nantes, xxj die Maii, anno regni nostri xiiij. Pro R. Basset de Draiton'.

Et mandatum est baillivis comitisse Augi de Tykehull' eodem modo.

Mandatum est vicecomiti Noting' quod loquelam que est in comitatu suo inter Ricardum de Rudinton' et Robertum de Pauilly de eo quod idem Robertus faciat eidem Ricardo sectam ad curiam suam de Rudinton', ponat in respectum quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis. Teste rege apud Nonetas, xxviij die Maii.

Mandatum est R. Cicestrensi episcopo, cancellario suo, quod habere faciat Juliane de Pevenesel' iiij justiciarios ad assisam nove dissaisine capiendam, quam habet aramiare versus Galfridum de Ferles, Gilebertum de Aquila, Ricardum de Cumba, de tenemento in Eylesham. Teste rege apud Nannetas, v die Junii.

[m. 7d.] Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per breve de recto inter Nicholaum Pudding petentem et Ricardum de Chilcham et Roesiam uxorem ejus tenentes de una carucata terre in Dovr', ponant in respectum quamdiu idem Ricardus fuerit in servicio domini regis cum eo in partibus transmarinis. Teste rege apud Nonnetas, vij die Junii.

G. comes Glouc' ad instantiam domini regis concessit quod loquela que est in curia ipsius comitis de Craneburn' inter Thomam de Hynton' petentem et Walterum de Godardvill' tenentem de una virgata terre in Eddishyda, ponatur in respectum quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis. Teste rege apud Pontem, xviij die Julii.

1230.

[m. 6*d*.] *Suff'*.—Mandatum est cancellario suo et S. de Segrave quod quatuor justiciarii assignentur in comitatu Suff' ad assisam mortis antecessoris capiendam quam Juliana filia Walteri, neptis magistri Hervei Sophiste, habet aramiare versus quosdam deforciatores de terra in Thorneia.

[m. 5*d*.] Mandatum est vicecomiti Linc' quod loquelam que est inter Mariam sororem Odonis le Franceis petentem et Willelmum de la Besoch' tenentem de v bovatis terre in Walingour', ponat in respectum quamdiu fuerit in servicio regis in partibus transmarinis. Teste rege apud Mirebel', xxviij die Julii.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod assisam de morte antecessoris quam R. de Mortuo Mari aramiavit versus Rogerum de Burewardel' de j virgata terre in Huggelegh', ponat in respectum quamdiu fuerit in servicio domini regis cum Waltero de Bello Campo.

Norf'.—Dominus rex posuit in respectum loquelam quam Philippus Burel habet versus Bricium de Mealton' de tribus acris terre et dimidia in Mealton', quamdiu idem Bricius fuerit in servicio etc.

Notingeham.—Robertus de Wulvrinton' habet respectum quamdiu etc. versus Robertum de Riperes de averiis ipsius R. de Riperes captis.

Mandatum est Willelmo de Boeles quod si Theobaldus de Chaboz bonam ei prestiterit securitatem quod veniet ad fidem et servicium domini regis; tunc nullum dampnum hominibus aut terris suis inferat vel inferri permittat. Teste rege apud Pontem, xv die Augusti. Pro H. de Aldithel'.

Rex P. duci Britannie, comiti Richem', salutem. Sciatis quod cum essemus apud Pontem in festo Assumptionis Beate Marie proximo preterito, ad instantiam comitis March' colloquium habuimus cum eo per transmissos ex parte nostra dilectos et fideles nostros W. Marescallum comitem Penbr', J. constabularium Cestrie et R. filium Nicholai, senescallum nostrum, per quos ita convenit inter nos et dictum comitem quod pacem haberemus cum rege Francorum et inprisiis ejus citra Ligerim usque in xv dies a die Dominica proxima post prefatum festum Beate Virginis; ita quod nos vel inprisii nostri interim non forisfaceremus in aliquo in terris ipsius regis vel inprisiorum suorum citra predictum fluvium de Ligerim. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus constabulario et baillivis vestris dare velitis in mandatis ut infra predictum terminum non forisfaciant hominibus vel terris dicti regis vel inprisiorum ejus, nec permittant quod per baillivos vel potestates eorum eis in aliquo forisfiat. Causam quidem quare inter nos et dictum comitem ita convenerit, scietis plenius cum in proximo vobiscum locuti fuerimus. Teste rege apud Sanctum Georgium, xvij die Augusti.

Eodem modo mandatum est—

S. de Malo Leone	Johanni de Bello Monte
Willelmo Archiepiscopi	Emerico de Tuarc'
Willelmo Maingod	Willelmo de Bueles
	Hugoni de Vivon'

de castris et potestate sua non forisfaciant etc.

1230.

[m. 4d.] Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Hubertum de Kellinges petentem et Rogerum filium Radulfi tenentem de quater xx acris terre cum pertinentiis in Salle, unde predictus Rogerus vocavit ad warantum G. comitem Glouc' et Hertford', ponat* in respectum quamdiu idem comes fuerit cum domino rege in servicio suo in partibus transmarinis. Teste rege apud Surger', xxj die Augusti.

Plegii Reymundi Willelmi de Mentur et filii ejus, Willelmus Reymundi Columb, Amaneus Colum, Rusteng' de Solar', Martinus Faure de Burdegala.

Mandatum est justiciariis de Banco quod judicium assise ultime presentationis que summonita fuit coram eis inter dominum regem et priorissam de Stodlegh' de ecclesia de Beckelegh', ponant in respectum usque in xv dies a festo Omnium Sanctorum, anno xv. Teste rege apud Luscun, primo die Septembris.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter Alanum de Hertford' petentem et Petrum de Russeals tenentem de terra in Barton', ponat in respectum quamdiu idem Petrus fuerit cum Petro de Malo Lacu in servicio domini regis in partibus transmarinis. Teste rege apud Nonetas, xvj die Septembris.

Glouc'.—Ysabella abbatisssa de Cadamo attornavit Johannem Galemunt loco suo contra Martinum de Estun' de dimidia virgata terre in Aveling.' Teste rege apud Nonetas, xvj die Septembris.

Ipsa etiam attornavit ipsum Johannem loco suo contra Ceciliam de Horsted' in assisa de morte antecessoris quam ipsa Cecilia aramiavit versus ipsam abbatissam, de uno mesagio in Horsted'. Et diriguntur littere justiciariis qui proximo itineraturi sunt in comitatu Norf'. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Dors' et Sumers.' Precipimus tibi firmiter injungendo quod in fide qua nobis teneris et sicut te ipsum diligis, visis litteris istis, sub omni qua poteris festinatione venire facias omnes bonas naves que xx equos et amplius ferre possunt in portubus baillie tue usque Sanctum Gildasium ad transfretandum cum corpore nostro in Anglia. Et talem securitatem capias a singulis magistris navium inventarum in baillia tua quod erunt, quamcito poterunt, in occursum nostrum ad predictum portum quod pro defectu tui non retardetur transfretatio nostra, propter quod ad te nos graviter capere debeamus. Teste rege apud Nonetas, xvj die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Devonie, Cornubie, et Suhamt'.

Mandatum est constabulario de Vivient et Merevent quod manuteneat, protegat homines, terras, res, redditus et possessiones G. thesaurarii Pictavie donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Luscun, xxix die Augusti.

[m. 3d.] Dominus rex dedit Henrico de Hasting' licentiam revertendi in Angliam, et mandatum est domino Cycestrensi et S. de Segrave quod

* *Sic* in MS.

1230.

[m. 3d.] propter reditum suum in Angliam ipsum occasionari non permittant. Teste rege apud Nonetas, xvij die Septembris.

Eodem modo scribitur eisdem—

Pro Willelmo de Liditon', Ricardus Bauzan, qui transfretaverunt pro Henrico del Ortiay.

Pro Johanne de Hyrmaneston' et Willelmo de Godmaneston', qui transfretaverunt pro Ricardo Luvel.

Pro Radulfo Gernun', propter infirmitatem suam.

Pro Ricardo de Scalariis.

Mandatum est vicecomiti Stafford' quod loquelam que est in comitatu suo inter Aliciam, que fuit uxor Hugonis de Dokesya, et Nicholaum le Urs de custodia terre que fuit predicti Hugonis, unde predictus Nicholaus vocavit ad warantum Hervicum de Stafford', qui est in servicio domini regis in partibus transmarinis, ponat in respectum quamdiu predictus Hervicus fuerit in partibus predictis, per preceptum domini regis. Teste rege apud Nonetas, xviij die Septembris.

Mandatum est W. Talebot, H. de Sancto Phileberto, et Vincentio de Hastinges quod habere faciant nunciis comitis Marescalli, quos mittit in Angliam pro negociis suis, unam bonam navem ad transfretandum de navibus quas arestari fecerunt. Teste rege apud Nonetas, xviij die Septembris.

Mandatum est G. de Lusey quod habere faciat hominibus suis unam bonam navem ad denarios suos ad ducendum ad partes transmarinas sororem domini regis uxorem ipsius comitis, et eos quos secum adducet. Teste ut supra.

Mandatum est predictis W. et H. et V. quod sint in auxilium Th. de Burneham et sociis suis ad unam navem que xvj equos ferre possit perquirendam.

Mandatum est S. de Malo Leone quod, sicut alias ei mandavit, omnes naves et omnes homines comitis March', captos et detentos per homines galiarum suarum qui litteras domini regis habent de salvo conductu, deliberari faciant. Siquid quidem per ipsum comitem vel suos ei vel suis infra treugas fuerit forisfactum, id dominus rex ei et suis in curia sua faciet emendari; quia idem comes mandavit quod vult quod homines sui veniant in curia domini regis ad standum recto et suscipiendum justiciam de hiis que erga eum et suos infra easdem treugas fuerint transgressa. Teste rege apud Luseun', xxx die Augusti.

Rex Alano de Turre, constabulario de Oleron, salutem. Ostensum est nobis quod cum Aimericus, archidiaconus Alnisiacensis, et magister Bartholomeus de Oleron', canonici Xanctonenses, essent in hospicio suo apud Sanctum Petrum de Oleron, Imbertus de Forz, Willelmus de Forz, Willelmus Cotins, Petrus Joyberd', Willelmus Bucher, et Elyas de Richemund' cum eorum auxilio dictos canonicos de nocte ceperunt et imprisonaverunt et ad redempcionem coegerunt, assidentes eisdem terminum de dicta redemptione reddenda die Jovis proxima ante instans festum

1230.

[m. 3d.] Nativitatis Beate Marie. Et quia nescimus ob quam causam dicti clerici capti fuerunt nec utrum deliberandi sint per treugas infra quas capti fuerunt; vobis mandamus quod respectum eis habere faciatis de predicta redemptione sua reddenda usque ad diem Jovis proximam post prefatum terminum Beate Marie, et non permittatis quod ipsi clerici vel eorum fidejussores interim per eos qui ipsos ceperunt distringantur ad dictam redemptionem suam eis reddendam. Scire etiam faciatis prefatis militibus qui dictos canonicos ceperunt, quod sint coram nobis die Dominica in festo predicto festo Beate Virginis vel die Lune vel die Martis sequentibus, ad ostendendum nobis ob quam causam dictos canonicos ceperunt. Teste rege apud Luscun, iij die Septembris.

Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod auditis et plenius intellectis literis suis quas nuper regi destinavit super provisione facienda de kantredis regis non habitatis, ex tenore transcripti literrarum domini regis quas alias ei misit dominus rex; intellexit idem rex quod tunc ei dedit in mandatis quod provisionem predictam de predictis kantredis faciendam ad comodum regis faceret per consilium Ricardi Duket et archidiaconi Dublin,' et quia per testimonium literarum ipsorum una cum literris ipsius justiciarii non accepit dominus rex quod juxta mandatum ipsius regis prius ipsi justiciario inde factum per eorundem fidelium domini regis consilium, non est facta provisio predicta, ut dominus rex inde plenius certificetur, mandatum est eidem justiciario quod iterato per testimonium et consilium predictorum fidelium domini regis de kantredis predictis prout commodo et honori domini regis viderit, amplius expedire provideat ut assideatur et aliis committatur tenendum de domino rege eaque diligentia circa commodum domini regis in hac parte faciendum laboret quod et fructus exinde domino regi accrescat et inde possit merito commendari. De negociis Walteri de Ridelesford', qui optulit nobis lx marcas pro habenda confirmatione nostra de terra quam habet de dono domini J. regis, patris nostri, et per cartam suam, ut dicit, et Willelmi Walensis qui similiter lx marcas nobis optulit pro confirmatione nostra habenda de terra quam habet de dono Thome filii Antonii; vobis significamus quod eo quod non constet nobis de tenore carte quam predictus Walterus habet de predicto rege patre nostro, nec etiam utrum cartam habeat inde necne, vel si exstiterit in saisina illius terre; similiter quidem non constat nobis utrum predictus Willelmus Walensis cartam habeat de predicto Thoma filio Antonii, nec de tenore ipsius si forte cartam habuerit, nec etiam si exstiterit in saisina terre quam sibi petit confirmari; nisi quam aperte et distincte per litteras vestras et per litteras patentes predictorum fidelium nostrorum super predictis simul et de tenore predictarum cartarum certificemur, nichil inde duximus faciendum.

Cum autem de predictis kantredis provisum fuerit ut predictum est, tunc distincte et aperte provisionem predictam in scriptum redactam, videlicet quantum inde in manu domini regis retentum fuerit, et quantum aliis commissum, et quibus et quantum valeat quod singulis dimittitur, et per quod servicium, et quantum proficui per annum domino regi inde in universo possit provenire; sub sigillo suo et sigillis et testimonio predictorum fidelium domini regis domino regi mittant. Et extunc cum

1230.

[m. 3*d*.] dominus rex fuerit inde certior, habito inde fidelium suorum consilio, voluntatem suam ei scire faciet. Ad hoc vobis mandamus quatinus omnem diligentiam apponatis circa denarios quoscumque honeste poteritis perquirendos, quos cum perquisieritis, illos ad nos in Angliam vel ad cancellarium nostrum et S. de Segrave, si absentes fuerimus, sub salvo conductu quamcito poteritis venire faciatis; ita quod inde et aliis agendis nostris vobis grates scire possimus. Teste rege apud Nonetas, xvj die Septembris.

Dominus rex dedit licenciam revertendi in Angliam Rogero de Quency propter infirmitatem suam, et similiter Rogero de Sancto Andrea, Saero de Sancto Andrea et Radulfo de Nevill', militibus Margarete comitisse Wintonie, qui pro ea in servicio domini regis cum eo transfretaverunt. Et mandatum est Cycestrensi episcopo et S. de Segrave quod propter hoc ipsos aut ipsam comitissam occasionari non permittant. Teste ut supra.

[m. 2*d*.] Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est inter Robertum Waspail petentem et Henricum Waspail tenentem de manerio de Smalebroc cum pertinentiis, et quam rex poni precepit in respectum eo quod idem Henricus dedit domino regi intelligi quod cum eo transfretaret in servicio suo et non transfretavit; non obstante priori precepto domini regis, coram eis resummoneri faciant in eodem statu in quo fuit quando remansit per predictum preceptum domini regis. Teste rege apud Nonetas, xx die Septembris.

Rex vicecomiti Wiltes' salutem. Scias quod Radulfus de Ralegh', qui se transtulit ad ordinem milicie Templi Jerusalem, antequam habitum susciperet religionis, contulit cum corpore suo fratribus milicie Templi totam terram suam de Chiriton' cum pertinentiis suis. Et ideo tibi precipimus quod ad terram predictam pacifice tenendam, sis eisdem fratribus in consilium et auxilium, non permittens quod de predicta terra fiat eis injuria. Teste rege apud Nonetas, xxiij die Septembris.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loquelam que est in comitatu suo inter priorem Sancte Fretheswide, Oxonie, petentem, et Ricardum Syward' et Philippam uxorem ejus tenentes, de tenemento in Hedendon', ponat in respectum quamdiu idem Ricardus fuerit in servicio domini regis in partibus transmarinis. Teste rege apud Reidun', xxviij die Septembris.

Rex G. de Leziniaco salutem. Vestre significamus dilectioni quod pro infirmitate nostra que diu nos tenuit et plurimum gravavit in partibus istis, propter etiam infirmitatem nostram (*sic*) dilecti fratris nostri R. comitis Pictavie et Cornubie, que nuper eum cepit et nondum convaluit, et maxime ut contra tempus futurum tam de gente quam de pecunia nobis provideamus, quatinus in manu fortiori et potentiori redire et hostibus nostris fortius resistere possimus, ad presens revertimus in Angliam. Dimittimus quidem post nos dilectos et fideles nostros P. ducem Britannie et comitem Richemund', R. comitem Cestrie et Linc' et comitem Marescallum, ad guerram nostram sustinendam et jura nostra pariter et vestra contra hostes nostros defendenda; quibus specialiter injunximus quod agendis vestris et ceterorum fidelium nostrerum, sicut nostris propriis,

1230.

[m. 2*d*.] consilium apponat (*sic*) oportunum. Mandamus igitur vobis rogantes quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis et sicut de vobis confidimus, prefatis fidelibus nostris ad predicta intendentes, consulentes et auxiliantes esse velitis; ita quod nobis pariter et vobis honor inde debeat accrescere, et fidelitatem vestram habere debeamus commendatam. Teste rege apud Reidun', xxix die Septembris.

Mandatum est H. de Trublevill'*

Mandatum est domino Cycestrensi et S. de Segrave quod contencionem ortam inter H. de Sancto Albano et priorem Hospitalis de domo de Hamton', ponant in respectum usque ad adventum domini regis in Angliam.

Mandatum est Roberto de Aundely quod faciat ei habere unam bonam navem ad transfretandum in Angliam, de navibus quas arestari fecit apud Sanctum Maclovium. Teste rege apud Reddun', xxvij die Septembris.

Rogavit dominus rex Gualterum senescallum de Nonetis quod Galfrido le Salvage, qui infirmatur apud Nonetas, tam in medico ad opus suum providendo et inveniendo, quam in pecunia mutuo ei concedenda usque ad summam x marcarum, solatium inpendat. Teste rege apud Sanctum Mevenuum, iiij die Octobris. Per H. Dispensarium.†

[m. 1*d*.] Elyas Ridelli, Petrus de Burdegala, Ernaldus de Blanckeford' fecerunt domino regi homagia apud Mirebel.

Mandatum est W. Talebot et Hugoni de Sancto Phileberto quod navem quam W. comes de Ferrariis conduxit de filio Bovyn de Vya et Colino Belenfan, que equis et alio harnesio suo carcata est et ibidem arestata, sine dilatione deliberari faciant et quo voluerit abire permittant. Teste rege apud Sanctum Tudualum, xiij die Octobris.

Mandatum est H. de Trublevill', senescallo Wasconiè, quod consilium apponat agendis domini regis prout honori domini regis et commodo viderit expedire, et maxime ad conservandum castrum de Tonnay et muniendum; et quod omnia que Robertum de Sabloil contingunt in insula de Olerun, ei reddi faciat. Teste rege apud Castrum Sancti Pauli, xxiiij die Octobris.

* Cancelled.

† Cancelled, "quia idem senescallus non fecit ei mutuum illud."

15 HENRY III.

1230.

[m. 21.] *Pro Hamone Peche.*—Ostendit regi Hamo Peche quod ballivi P. ducis Britannie et comitis Richemund' exigunt ab eo scutagia que regi solvit de terris quas tenet de feodo ipsius comitis antequam homagium ipsius comitis cepit et terras suas in Anglia ei reddidit. Et mandatum est eisdem ballivis quod, si ita est, tunc ad scutagia predicta eis solvenda ipsum non distringant, set pacem ei habere permittant. Teste rege apud Portesm', xxviij die Octobris, anno etc., xv°.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Rex perdonavit Amaurico de Sancto Amando unam marcam de misericordia in quam idem Amauricus, Ricardus filius Godefridi et Rogerus de Sadunton', homines sui de Sadinton', inciderunt coram S. de Sedgrave et sociis suis nuper justiciariis apud Coventr' ad assisas nove dissaisine capiendas et gaiolas deliberandas pro quadam dissaisina erga Thomam de Welcham de tenemento in Sadinton'. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod occasione predicte misericordie predictos Amauricum, Ricardum et Rogerum occasione predicte misericordie (*sic*) non distringat. Teste ut supra.

Pro Henrico de la Vagor.—Rex cepit homagium Henrici de la Vagor et reddidit ei omnes terras quas tenere debet in Anglia, et de quibus Alanus filius comitis, pater ipsius Henrici, cujus heres ipse est, saisitus fuit ut de feodo, et de quibus idem Alanus dissaisitus fuit occasione amissionis Normannie tempore domini J. regis patris nostri. Et mandatum est vicecomiti Lincoln' quod de omnibus terris predictis, quicumque eas modo teneat, eidem Henrico plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Kyme.—Rex perdonavit Roberto de Kyme viij marcas quas R. Brito et W. de Kirkeham ei liberaverunt de prestito per preceptum regis in Garderoba apud Nonetas, ita quod rex per hoc quietus erit de arreragiis que a rege exigebat de tempore quo fuit in Wasconia in servicio regis per preceptum regis cum R. comite Pictavie et Cornubie, fratre regis. Et mandatum est eisdem R. et W. quod ipsum Robertum de predictis viij marcis quietum esse permittant. Teste rege apud Wintoniam, ij die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat R. Cantuariensi archiepiscopo tres damos et xv damas vivas in foresta de Windles' ad faciendum inde quod facere voluerit, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat constabulario castri de Corf' l quercus in bosco regis de Blakemor', ad pontes ejusdem castri reparandos. Teste ut supra.

1230.

[m. 21.] *Pro Isabella sorore regis.*—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod Isabellam sororem regis cum familia et gente sua in castro de Merleberg' admittat, quam rex illuc mittit ad morandum in eodem castro, et de domibus regis, quas eligere voluerit, ei faciat assignari. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao le Petit.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod loquelam que est in curia regis Dublin' inter Walterum de Lascy petentem et Nicholaum Le Petit tenentem, de feodo unius militis in Mointcaveny, et loquelam que est ibidem inter Georgium de Fuble petentem et eundem Nicholaum tenentem de terra in Dombony, ponat in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno xv, quia rex ipsum Nicholaum retinuit secum in Anglia. Teste ut supra.

Pro Rogero de Acastr'.—Rex perdonavit Rogero de Acastr' c solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii pro escapio cujusdam latronis. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod de illis c solidis pacem habere permittat. Teste ut supra.

Et baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De bresnis datis.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod habere faciat abbati de Hida xx* bresnas vivas in vivario regis de Merleberg', ponendas in vivario suo de Stanham de dono regis. Teste rege apud Chauton', iij die Novembris.

Pro abbate de Bello Loco.—Mandatum est Johanni de Munem' quod boves et oves et cetera animalia abbatis de Bello Loco sine inpedimento permittat habere liberum ingressum et egressum ad pasturam suam in novam forestam regis, sicut prius habuerunt antequam eidem abbati ingressum predictum inhibuit, donec rex aliud inde mandaverit. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo de manerio de Irenham.—Rex commisit H. de Burgo etc. manerium de Irnham, quod est in custodia Simonis de Ropesle, tenendum pro debito quod Mauricius de Gant eidem justiciario debuit, donec de predicto debito ei fuerit satisfactum. Et mandatum est eidem Simoni quod de predicto manerio eidem justiciario saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Novembris.

De clausura haye de Spoford'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod, assumptis secum legalibus hominibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad hayam Willelmi de Percy de Spotford' et videri faciat si haya ipsa undique clausa sit, ita quod fere hayam ipsam intrare non possint et exire; et si hayam ipsam sic invenerit circumquaque clausam, tunc ipsam in statu tali claudi permittas (*sic*). Si vero ipsam hayam in parte clausam et in parte apertam invenerit, ita quod fere intrare possint et exire, tunc ipsam hayam vel omnino claudi ita quod

* Corrected from "tres."

1230.

[m. 21.] fere aiique intrare non possint et exire, vel clausuram ejusdem haye omnino prosterni faciat, ita quod bestie undique intrare possint et exire. Teste rege apud Westmonasterium, vj die Novembris, anno regni nostri xv.

De advocatione ecclesie de Kingeslen'.—Rex H. Herefordensi episcopo salutem. Cum, sicut per alias literas nostras vobis significavimus, in curia nostra racione custodie terre et heredum Willelmi de Braos', recuperaverimus ad opus ipsorum heredum saisinam advocationis ecclesie de Kingeslen' versus abbatem de Cormeilles, vobis mandamus quod nonobstante alio mandato per literas nostras vobis facto de persona admittenda ad presentationem nostram, ad presentationem W. comitis Marescalli, cui predictam custodiam concessimus, idoneam personam ad dictam ecclesiam admittatis. Teste ut supra.

Hibernia.—De episcopatu Midensi.—Rex commisit Waltero de Brackel' episcopatum Midensem vacantem et in manu regis existentem, custodiendum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod de omnibus ad eundem episcopatum pertinentibus cum redditu de termino Sancti Michaelis anno etc. xiiij, et cum omnibus aliis exitibus ejusdem episcopatus qui inde provenerunt a tempore vacationis sue, illi quem L. Dublinensis episcopus ad predictum episcopatum custodiendum assignaverit ex parte ipsius Walteri plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Idem Walterus habet literas patentes directas militibus, liberis hominibus et aliis tenentibus de eodem episcopatu quod ei, quem idem archiepiscopus assignabit, ad ipsum episcopatum custodiendum ex parte ipsius Walteri in omnibus etc. intendentes sint et respondentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Thoma de Berkel'.—Quia Robertus de Gurnay, heres Mauricii de Gaunt, in presentia regis protestatus est quod nichil juris sibi vendicat in tribus hundredis de Beminstr', Harcclive et de Porbir', et quod idem Mauricius per finem factum coram justiciariis regis, quem rex inspexit, non tenuit hundreda predicta nisi ad vitam suam, et quod post mortem ipsius Mauricii reverti debent hundreda predicta quieta ad Thomam de Berkel' et heredes suos; mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem Thome de predictis hundredis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Gray de manerio de Elcford'. — Rex concessit Ricardo de Gray pro se et heredibus suis quod ipse Ricardus et heredes sui habeant et teneant manerium regis de Elcford', cum omnibus pertinentiis suis, donec rex vel heredes sui providerint eidem Ricardo vel heredibus suis in wardis vel escaetis ad valentiam ejusdem manerii; ita quod ex quo provisum fuerit eidem Ricardo vel heredibus suis in wardis vel escaetis, sicut predictum est, predictum manerium de Elcford' revertetur ad regem vel heredes suos quietum de predicto Ricardo et heredibus suis. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod eidem Ricardo de predicto manerio cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1230.

[m. 21.] *De damis captis ad opus sororis regis.* — Mandatum est Galfrido Esturmy, forestario de Savernac, quod capiat ad opus Isabelle sororis regis singulis septimanis duas damas in foresta regis quamdiu moram fecerit in castro regis de Merleberg'. Teste rege apud Lamheth', x die Novembris.

De busca ad opus ejusdem.—Et mandatum est eidem quod habere faciat ei buscam ad focum suum singulis diebus quamdiu moram fecerit ibidem. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo de Casingham quod habere faciat Ricardo de Argent' x robora folia non ferentia, in balliva sua ad focum suum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Briano de Insula* quod habere faciat Johanni de Burgo xx quercus in foresta de Wauberg' ad gistas faciendas ad domos suas de Wautre reparandas. Teste ut supra.

De cariandis denariis ad regem. — Mandatum est Willelmo de Putot quod in propria persona sua et sub salvo conductu ad regem sine dilatione cariari faciat mille marcas quas justiciarius Hibernie in Angliam misit per Georgium de Fuble et Radulfum Blundum, et quas rex precepit ei liberari custodiendas. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Johanni de Burgo duas damas in foresta regis de Cliva de dono regis. Teste ut supra.

Pro Alano de Nevill'.—Johannes de Nevill' in presentia regis cepit homagium Alani de Nevill', fratris sui, de manerio de Heltre, quod Galfridus de Nevill', pater suus, ei dedit et concessit in vita sua; quod quidem manerium Claremunda uxor Stephani de Burdegala tenet et adhuc tenere debet usque ad terminum vij annorum a die Sancti Michaelis anno etc. xiiij proximo preterito, per conventionem quondam factam inter predictum Galfridum de Nevill' et Brunum de Hamton', quondam virum predicte Claremunde. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod salvo eidem Remunde termino vij annorum, sicut predictum est, eidem Alano de predicto manerio plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De perdonatis Reymundo de Burgo xl libris.—Rex perdonavit Reymundo de Burgo xl libras que ab eo exigebantur per summonitionem Scaccarii de firma villarum de Esenden' et de Beiford' de duobus annis, et xxij libras que ab eo similiter exigebantur de firma molendini regis de Hertford' per idem tempus, et xviij libras quas ipse Reimundus assignatus fuit reddere ad Scaccarium regis pro Ricardo de Argent', et c solidos qui ab eo exigebantur pro concelamento de manerio de Kinebaldon'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis

* Corrected from "Hugoni de Nevill'."

1230.

[m. 21.] xl, xxij et xviij libris et c solidis ipsum Reimundum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Rex perdonavit Gileberto Basset xxv solidos quos regi debuit pro relevio suo de manerio de Kurtlinton', quod Thomas Basset frater ipsius Gileberti de rege tenuit per quartam partem feodi unius militis, et unde rex cepit homagium predicti Gileberti tanquam propinquioris heredis dicti Thome. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Gilebertum de predicto relevio quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Ricardo Duket.—Mandatum est Ricardo de Burg' quod habere faciat Ricardo Duket xl marcas ad se sustentandum in servicio regis, de dono suo. Teste ut supra.

Pro uxore Nigelli de Mubray.—Mandatum est H. de Burgo, etc. quod assignari faciat Matildi, que fuit uxor Nigelli de Mubray, racionabilem dotem suam que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt ipsius Nigelli, et que sunt in custodia sua cum herede ipsius Nigelli per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro Philippo de Albin'.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat Philippo de Albin' de terra quam Ranulfus de Hurle habuit de ballio regis in villa de Norton', que est membrum manerii de Chiweton', quod est in manu ipsius Philippi. Teste ut supra.

De dama data.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Boidino de Argu, eunti ad partes suas, unam damam in foresta de Sirewod' de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Helyun.—Mandatum est B. de Insula quod, per visum proborum et legalium hominum, assignari faciat Henrico de Helium trescentas acras de bosco regis prope manerium de Esingewald', ita quod predicte trescente acre remaneant foresta, quousque rex fuerit certus per se vel per aliquem de fidelibus suis ad hoc illuc missum utrum sit ad nocumentum foreste regis vel non si permiserit eidem Henrico illas trescentas acras essartandas, permittens interim eidem Henrico et hominibus suis habere racionabile estoverium suum, scilicet, husbot' et heybot' in eodem bosco et averia sua ad pasturam suam. Teste ut supra.

Pro Roberto de Gurnay.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod plenam saisinam habere faciat Roberto de Gurnay de manerio de Wer', quod fuit Mauricii de Gant, et quod ipsum Robertum jure contingit hereditario; quod quidem manerium rex commisit Hereberto filio Mathei eo quod est de feodo Willelmi filii et heredis Willelmi Painel, qui est in custodia sua. Teste ut supra.

Pro Henrico de Mundford'.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum regis quod terra que fuit Dionisie Le Burgoinun

1230.

[m. 21.] cum pertinentiis in La Rode, que utlagata fuit pro morte Bernardi Le Burgoinun, viri sui, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Henrico de Mundford'; mandatum est vicecomiti Wilt' quod eidem Henrico de terra predicta cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Rex commisit B. de Insula balliam de Pecco custodiendam quamdiu regi placuerit per c*

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis portus de Dunewico quod navem de villa sua carcatam mercandisis Willelmi de Aungervill' de Rotomago, et arestatam in portu nostro cum eisdem mercandisis, permittant abire quo voluerit, non obstante mandato regis eis facto de navibus arestandis dum rex fuit in partibus transmarinis. Teste S. de Sedgrave, apud Westmonasterium, xij die Novembris.

De tradendis in ballio.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum regis quod Claricia, que fuit uxor Roberti filii Ivonis, appellat Johannem filium Andree de morte predicti Roberti, quondam viri sui, odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Berk' quod si predictus Johannes invenerit ei sex probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc., ad standum inde recto, tunc eum tradat etc. in ballium. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti War' pro Stephano de Pilardinton', Johanne de Kancia, et Ricardo filio Stephani, quos Henricus de Pilarditon' et Philippus frater ejus appellant de morte Roberti filii Ricardi.

[m. 20.] *De thesauro regis custodiendo apud Porecestr'.*—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod thesaurum regis quem rex ad eum mittit custodiendum donec illum rex miserit in Britanniam, in castro de Porecestr' suscipiat et illum salvo custodiri faciat, quousque certi nuntii regis qui thesaurum illum ducent ad partes transmarinas, ad eum venerint ex parte regis. Teste rege apud Windesor', xv die Novembris.

Pro Willelmo scissore regis.—Willelmus scissor regis per preceptum regis de dono regis liberavit Radulfo filio Nicholai unum pellicium grisium, Waltero de Everm' unum spervarium sorum, et Henrico de Helium unum par forficum, que solvisse debuit ad Scaccarium regis ad festum Sancti Michaelis anno etc. xiiij°. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum W. inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Stephano Reymundi mercatore.—Rex concessit R. Dunholmensi episcopo ad petitionem suam quod Stephanus Reymundi mercator, nuper captus per preceptum regis apud Norhamt' et ibi detentus in custodia vicecomitis Norhamt', tradatur in ballio cum catallis suis ibidem captis et cum eo detentis eidem episcopo, sub hac conditione quod pro predicto mercatore, secundum quod ceteri mercatores ibidem capti in casu consimili

* Cancelled, "quia in finibus."

1230.

[m. 20.] respondebunt, ipse respondeat. Et quia predictus episcopus ipsum et catalla sua cepit in ballio coram R. Cycestrensi episcopo etc. et S. de Sedgrave de mandato regis modo predicto, mandatum est eidem vicecomiti Norhamt' quod predictum Stephanum Reymundi cum catallis suis statim liberari faciat, ut predictum est. Teste apud Westmonasterium, xv die Novembris, anno xv. Per mandatum regis sub sigillo G. de Craucumbe.

Pro Philippo Tarteurteis.—Rex perdonavit Philippo Tarteurteis tres marcas que ab Ada Tarteurteis patre suo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito de Berhendon'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Adam inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Novembris. Per G. de Craucumbe.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat W. de Cantilupo ij damos et x damas in foresta de Blakemor' de dono regis, nisi eos habuerit per preceptum regis prius ei inde directum. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Kerdeston'.—Rex commisit Willelmo de Kerdeston' manerium de Ketlesberg' cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod eidem Willelmo de predicto manerio cum pertinentiis, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De executione testamenti Nicholai de Haya.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Precipimus tibi quod habere facias executoribus testamenti Nicholai de Haya omnia catalla que fuerunt ipsius Nicholai in balliva tua, ad executionem testamenti sui faciendam, et si quid inde amotum fuerit vel distractum, id eisdem executoribus reddi facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumerset'.

Pro electo Menevensi.—Rex electioni et confirmacioni facte de Anselmo quondam thesaurario Exoniensi in episcopum Menevensem, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est W. comiti Marescallo quod de omnibus terris, redditibus et possessionibus ad eundem episcopatum pertinentibus, que sunt in custodia sua per preceptum regis, ei sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Novembris.

Scribitur etiam Reso Crek', Oeno filio Griffini, Mailgom' filio Resi, de terris ad eundem episcopatum pertinentibus in ballivis suis. Teste ut supra.

Scribitur etiam per literas patentes omnibus tenentibus de episcopatu illo quod ei tamquam domino suo intendentes sint et respondentes.

De cariandis mercatoribus de Norhamt' usque Lond'.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod mercatores Caurcinos, quos cepit apud Norhamt' per preceptum regis et adhuc tenet in prisona regis, cariari faciat usque Lond' super custum eorundem mercatorum proprium. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj die Novembris.

1230.

[m. 20.] *De vinis cariandis per diversa loca.*—Mandatum est Johanni de Colemere quod rex mandavit vicecomiti Suhamt' quod ei habere faciat carettas ad denarios regis ad vina regis carianda ad loca diversa ; et quod idem Johannes cariagium illud ad denarios regis quos habet in custodia sua, acquietari faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat J. Bathoniensi episcopo sex damas in foresta de Seleuuod' de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lucy.—Rex perdonavit Galfrido de Lucy vij dolia vini, que invenit in castro Porecestr' quando illud recepit custodiendum, et que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum G. de predictis vij doliis vini quietum esse faciant. Teste ut supra.

De manerio de Grendon' commisso Henrico Teutonico.—Dominus rex commisit Henrico Teutonico manerium de Grendon' cum pertinentiis suis ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit. Et mandatum est Briano de Insula quod de bosco pertinente ad manerium illud permittat eidem Henrico habere id quod alii, qui manerium illud prius tenuerunt, inde habere consueverunt. Teste rege apud Lamheyam, xxiij die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat W. de Raleg' tres damas in foresta de Roking' de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Ricardo de Argent' iiij damas in baillia Ricardi de Muntfichet in foresta Essex' de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est baillivo foreste de Blakemor'* quod habere faciat Dunelmensi episcopo vij damas in foresta de Blakemor'† contra Natale, de dono domini regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Windles' quod faciat habere Henrico de Capella x damas vivas in foresta de Windles' ponendas in quodam parco suo, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Briano de Insula quod habere faciat magistro Rogero de Lacoc duas damas in foresta de Shirwud', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Hurle.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod plenam saisinam habere faciat Ranulfo de Hurl' de terra sua in Norton', non obstante precepto domini regis quod ei fecit de facienda ei saisina Philippo de Albin', eo quod dicebatur ipsum Ranulfum esse mortuum. Teste rege ut supra.

* Corrected from "Johanni de Monem'," which is substituted for "Willelmo de Turneham."

† Corrected from "Selewud," which is substituted for "Windlesor'."

1230.

[m. 20.] *Pro Mosse filio Isaac de Norwico.*—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod perdonavimus Mosse, filio Ysaac de Norwico, x marcas de tallagio mille marcarum quod assisum est communiter super omnes Judeos nostros Anglie, ultra octo mille marcas que prius super eos assisa fuerunt; et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Roberto de Lexinton' duas damas in foresta de Sirewud' contra instans Natale, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Novembris.

Eodem modo scribitur eidem de iiij^or damis ad opus Walteri de Evermuwe in eadem foresta.

De tradendo in ballio.—Quia constat domino regi per inquisitionem quam dominus rex fieri precepit, quod Ricardus le Burgeis appellat Henricum de Hyspania de morte Simonis filii ipsius Ricardi odio et athya et non eo quod inde culpabilis est, mandatum est vicecomiti Norf' quod si ipse Henricus invenerit ei xij probos et legales homines qui manucapiant eum habere coram justiciariis itinerantibus ad standum inde recto, tunc ipsum tradat illi xij in baillio usque ad adventum eorundem justiciariorum. Teste rege apud Lamheyam, xxiij die Novembris.

Pro Martino de Pesemere.—Rex vicecomiti Berk' salutem. Scias quod perdonavimus Martino de Pesemere dimidiam marcam de xx solidis quos idem Martinus nobis debet pro scutagio suo de feodo dimidii militis quod de nobis tenet in capite in baillia tua, et volumus quod reddat nobis unam marcam pro predicto scutagio; et tibi precipimus quod ipsum per predictam marcam quietum esse permittas. Teste rege ut supra. Per breve regis sub sigillo G. de Craucumb'.

Pro prioratu Lanc'.—Intimatum est regi quod occasione mortis prioris Lanc', qui nichil de rege tenuit in capite nisi elemosinas, quas predecessores regis dederunt domui de Sagio, et qui nullam perpetuitatem habuit in predicto prioratu, dictum prioratum cepit vicecomes Lanc' in manum regis. Et quia, si ita est, abbati de Sagio in hac parte injuriatum, mandatum est eidem vicecomiti quod de ipso prioratu fratri Galfrido, presentium latori assignato prefati abbatis, plenam saisinam habere faciat, permittens ipsum inde habere amministrationem; et si quid inde captum fuerit, sine dilatione plene reddi faciat. Teste H. de Burgo, etc. apud Westmonasterium, ij die Novembris.

Pro G. de Craucumbe.—Rex quietum clamavit Godefridum de Craucumbe et heredes suos de evasione Henrici clerici et Isabelle, malefactorum, quos susceperat custodiendos ad petitionem abbatis Abbendon' in prisona regis Oxonie, tempore quo fuit vicecomes et custos castri Oxonie; ita quod rex non vult ipsum G. vel heredes suos vel aliquos suorum pro dicta evasione ab aliquo calumpniari. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Oxonie quod ipsum G. et

1230.

[m. 20.] heredes et omnes suos de predicta evasione plene faciant esse quietos. Teste J. Bathoniensi episcopo, apud Westmonasterium, iij die Decembris.

Eodem modo scribitur justiciariis etc. in comitatu Berk'.

De quodam prisone deliberando per plegios.—Wassemer, captus et detentus in prisona regis apud Windles' pro malo recto, habet literas directas constabulario Windles' quod si invenerit ei duos probos et legales homines plegios, qui eum manucapiant habere ad standum recto ubi et quando rex preceperit, de hoc quod ei impositum est et pro quo captus est et detentus, tunc ipsum a prisona deliberet. Teste J. Bathoniensi episcopo, apud Westmonasterium, v die Decembris.

Pro Henrico de Helion.—Rex concessit Henrico de Helyon' terram illam cum pertinentiis in Falewel' in comitatu Berk', quam quam (sic) Adam de Stawell' tenuit de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Henrico sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste J. Bathoniensi episcopo, apud Westmonasterium, v die Decembris. Per literas regis sub sigillo G. de Craucumbe.

Pro G. de Craucumbe.—Rex concessit G. de Craucumbe scutagium de feodis duorum militum que tenet de episcopo Elyensi et idem episcopus de rege in capite; scilicet, de scuto tres marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretationem regis. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod tam eidem episcopo quam predicto Godefrido de predicto scutagio pacem habere permittat. Teste ut supra per literas regis sub privato sigillo.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumerset' de scutagio feodi unius militis quod tenet de Roberto de Bello Campo et idem Robertus de rege, et de feodo unius militis de feodo de Moret', quod tenet de Henrico filio Ricardi, et idem Henricus de rege in capite; videlicet, quantum pertinet ad feodum illud; et vicecomiti Devonie de feodo dimidii militis quod tenet de eodem Henrico et ipse de rege in capite; videlicet, quantum pertinet etc.

De tradendis in ballio.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum suum quod Willelmus et Bartholomeus, filii Le Turner, appellant Johannam, que fuit uxor ipsius Jordani, de morte ipsius Jordani odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Berk' quod si ipsa Johanna capta et detenta in prisona regis pro morte illa invenerit ei vj probos et legales homines de comitatu suo qui eam manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsam tradat in ballio etc. Teste ut supra. Per literas justiciarii.

Consimiles literas habet Henricus forestarius, rettatus de morte Siwardi de Stanpol, et pro morte illa captus et detentus in prisona regis, directas vicecomiti Westmerl', quod tradatur xij etc. usque ad adventum justiciariorum.

1230.

[m. 20.] *Pro R. comite Cornubie.*—Rex concessit R. comiti Cornubie quod habeat unum saltatorium in parco de Beckel', quamdiu manerium de Beckel' fuerit in manu sua. Et mandatum est B. de Insula quod predictum saltatorium ipsum facere et habere permittat, sicut predictum est. Teste J. Bathoniensi episcopo, apud Westmonasterium, vij die Decembris. Per literas regis sub privato sigillo.

[m. 19.] *De electione abbatis Cyrencestr'.*—Rex electioni facte de fratre Hugone de Bampton', quondam celerario Cyrencestr' in abbatem Cyrenc', regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod fratri Eustachio de Kancia, canonico ejusdem domus, de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad eandem abbatiam pertinentibus in balliva sua, sine dilatione plenam saisinam habere faciat ad custodiendum ea de precepto regis et liberandum eidem electo cum confirmatus fuerit. Et si quid inde receperit, eidem fratri Eustachio sine dilatione reddat. Teste R. Dunholmensi episcopo, apud Westmonasterium, viij die Decembris, anno regni nostri xv. Per literas regis sub sigillo privato.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Dors' et Sumers', Oxonie, Wilt', Buk', Berk', Norhamt'.

Scribitur etiam episcopo Wigorniensi per literas patentes quod exequatur quod suum est in hac parte; et militibus et liberetenentibus ejusdem abbatie quod eidem electo tamquam domino suo in omnibus etc. sint intendentes et respondentes.

Scribitur eisdem militibus etc. quod rex commisit predicto Eustachio dictam abbatiam cum pertinentiis custodiendam, quousque predictus electus confirmetur, et quod eidem Eustachio interim sint intendentes et respondentes.

De quercubus datis.—Mandatum est Briano de Insula quod habere faciat Willelmo de Burgo, clerico de garderoba regis, iiij quercus in bosco de Wauberg' de dono regis.

Mandatum est eidem de vj quercubus in eodem bosco ad opus G. de Craucumb' de dono regis. Teste J. Bathoniensi episcopo, apud Westmonasterium, xiiij die Decembris. Per litteras regis sub privato sigillo.

De scutagio Johannis de Boterellis dato ad executionem testamenti sui.—Rex concessit executoribus testamenti Johannis de Boterell', qui nuper obiit in servicio regis in Pictavia, scutagium de omnibus terris quas* idem Johannes de rege tenuit de hereditate uxoris sue, ad debita sua acquietanda et ad perficiendam executionem testamenti. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' et Dors' quod dictis executoribus ipsius Johannis scutagium habere faciat de omnibus feodis militum que idem Johannes de rege tenuit in balliva sua; scilicet, de scuto iij marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretationem suam. Teste J. Bathoniensi

* "quos" in original.

1230.

[m. 19.] episcopo, apud Westmonasterium, xv die Decembris. Per breve regis sub sigillo G. de Craucumbe.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wilt', Berk', Buk', Wigornie, Glouc'.

Pro hominibus comitis de Insula.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod a molestatione hominum et terrarum quas G. comes Glouc' et Hertf' habuit in custodia cum Baldwino filio et herede comitis de Insula, cujus custodiam et maritagium habuit de concessione regis, penitus desistat, donec de ipso herede rex aliud facere decreverit. Teste J. Bathoniensi episcopo, apud Westmonasterium, xviij die Decembris. Per literas justiciarii.

De perdonatione tallagii.—Rex de tallagio suo ultimo assiso per preceptum regis in dominicis suis, anno etc. xiiij, perdonavit hominibus de Norwico c libras, et hominibus de Jernem' lx marcas, et hominibus de Ludingeland' l marcas, et hominibus de Dunewico c marcas, et hominibus de Oreford' xv marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste J. Mar', apud Westmonasterium, xix die Decembris.

De roboribus datis.—Mandatum est ballivis W. Briwer' de foresta de Ber' quod habere faciant abbatisse Wintonie x robora sicca in predicta foresta de Ber' ad focum suum, de dono regis. Teste W. Carleolensi episcopo, apud Westmonasterium, xix die Decembris.

Pro fratribus de Chartusia.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod demandam scutagii quam facit tam priori et fratribus Chartusiensibus quam illis qui emunt de boscis ipsorum fratrum existentibus infra metas contentas in cartis predecessorum regis regum Anglie, quas et rex confirmavit ; de quo quidem chiminagio quieti esse debent per libertates cartarum predictarum, quibus hucusque usi sunt, ut dicunt, donec rex certificatus fuerit per inspectionem predictarum cartarum utrum inde quieti esse debeant necne. Et si quid ab eis ea occasione ceperit, eis sine dilatione reddat et de atachiamentis inde factis, eos interim quietos esse permittat. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia constat regi per inquisitionem factam etc. quod Maria de Karleton' appellat Hugonem molendinarium de Falmeresham de morte Reginaldi, quondam viri sui, odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit ; mandatum est vicecomiti Bed' quod si idem Hugo invenerit ei sex probos et legales homines de comitatu suo qui eum etc. coram justiciariis ad primam assisam etc. tunc etc. et habeat etc. Teste W. Carleolensi episcopo, apud Westmonasterium, xxij die Decembris.

Pro decano Herefordensi.—Magister Thomas de Bosebir,' decanus Heref', cum esset apud Lond' in procinctu peregrinationis sue adeundi limina Sanctorum Petri et Pauli, venit coram baronibus de Scaccario protestans ibidem se dedisse et carta sua confirmasse Simoni de Eton'

1230.

[m. 19.] unam carucatam terre et unum molendinum cum pertinentiis in Legh', que tenuit de abbate de Persor', habenda et tenenda sibi et heredibus suis vel assignatis de predicto magistro Thoma et heredibus suis vel assignatis ejus, faciendo ipsi abbati et successoribus suis servicium inde debitum, et reddendo inde per annum ipsi magistro Thome et heredibus vel assignatis suis vj denarios. Supplicavit igitur domino regi idem decanus ut dictam collationem suam et cartam suam inde confectam ad Scaccarium suum faceret inrotulari, et ipsam vicecomiti Wigornie denuntiari publicandam in pleno comitatu suo, quod eidem vicecomiti duxit rex benigne concedendum, cum honestum sit veritati testimonium perhibere et rectas collationes affirmare. Et mandatum est ipsi vicecomiti Wigornie quod cartam ipsius decani dicto Simoni inde confectam in pleno comitatu suo legi et collationem illam publicari faciat. Teste rege apud Geldef', xx die Decembris.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat Waltero filio Petri filii Hereberti tria bona sicca robora folia non ferentia in foresta de Clarend' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij die Decembris.

De perdonatione pro quibusdam hominibus comitis Britannie.—Dominus rex perdonavit hominibus P. ducis Britannie et comitis Richemund' de Sancto Botulfo et Skyrebech' iij marcas et dimidiam que ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii de amerciamento facto coram Simone de Hal et sociis suis justiciariis itinerantibus. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod pacem eis inde habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod faciat habere comiti de Ferrariis v damas in foresta de Wichewud' et totidem in foresta de Savernac, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Gray et Engeram Paynel.—Willelmus de Gray fecit regem securum per Petrum de Sancto Edwardo de comitatu Leic' et Warnerum Engayne de comitatu Linc' ad standum recto coram justiciariis ad primam assisam etc. super appello quod Walterus Belle facit versus eum de pace regis fracta. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod occasione illius appelli ipsum Willelmum in comitatu suo decetero non faciat interrogari. Teste rege apud Keneton', xxv die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' pro Engeram Painel, quem Walterus Belle appellat de pace etc. et qui fecit regem securum per Hugonem Painel de comitatu Linc' et Henricum del Ortiay de comitatibus Sumers' et Dors'. Per W. de Kirkeham.

Pro Waltero de Lasey.—Quia rex didicit quod Walterus de Lasey non demisit se de terris illis quas Gilebertus de Lasey, filius suus, tenuit in comitatu Heref', et quod idem Gilebertus terras illas tenuit de ballio ejusdem Walteri ad se sustentandum; mandatum est vicecomiti Heref', quod de omnibus terris que fuerunt in manu predicti Gileberti de ballio predicti Walteri patris sui, et que capte sunt in manum regis occasione

1230.

[m. 20.] mortis predicti Gileberti, eo quod credebatur quod predictus Walterus se demisisset de toto de eisdem terris, eidem Waltero plenam saisinam habere faciat; et si quid inde receperit de terris predictis, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Salopie.

De robore dato.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Willelmo de Leukenor', patri fratris Johannis elemosinarii regis, unum siccum robur in bosco regis de Sotbour' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Feugeres.—Rex perdonavit Willelmo de Feugeres scutagium suum de feodo unius militis, quod de rege tenet in capite in Levinton'; scilicet, de scuto iij marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretationem regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Keniton', xxviij die Decembris.

De tradendo in ballium.—Quia constat regi per inquisitionem factam etc. quod Petrus filius Philippi appellat Othewy de Clipestorp' de morte Hugonis le Fisicien, fratris sui, odio et athia et non eo etc., mandatum est vicecomiti Norf' quod si idem Othewy invenerit ei xij probos et legales homines de comitatu suo etc. coram justiciariis ad primam assisam etc. tunc ipsum tradat in ballium etc. Teste ut supra.

1231. *Pro Radulfo de Sancto Georgio.*—Rex ad petitionem Willelmi de Serland' perdonavit Radulfo de Sancto Georgio, avunculo ipsius Willelmi, scutagium* suum de feodo dimidii militis quod de rege tenet in capite in comitatu Noting', et quod ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii; scilicet, de scuto iij marcas pro exercitu regis Pictavie post primam transfretationem suam. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de predicto scutagio pacem ei habere permittat. Teste rege apud Windles', ij die Januarii.

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis nostris Wasconie, que sunt in custodia sua apud Suhamt', faciat habere Gileberto Basset ij dolia vini de dono regis. Teste rege apud Windles', iij die Januarii.

Pro Johanne de Nevill'.—Rex perdonavit Johanni de Nevill' x marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de fine quem cum rege fecit pro debitis suis, de reddendis ei inde c solidis per annum donec domino regi inde esset satisfactum; videlicet, de termino Sancti Michaelis anno xiij°, ij marcis et dimidia, et de termino Pasche anno xiiij°, l solidis, et de termino Sancti Michaelis anno eodem, l solidis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de ipsis x marcis quietum esse faciant. Teste ut supra

* Omitted in original.

1231.

[m. 20.] Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsi Johanni pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Hibernia.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod quingentas libras quas, sicut regi signavit in recessu latoris presentium, ab eo habuit de denariis terre Hibernie, et omnes denarios quos de exitu ejusdem terre de termino Pasche perquirere poterit, salvo custodiri et coadunari faciat; ita quod eos promptos habeat regi ad mandatum suum mittendos. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Claricia, que fuit uxor Roberti filii Ivonis, appellat Walterum Tet, qui est in prisona regis, de morte predicti Roberti odio et athia et non eo etc., mandatum est vicecomiti Berk' quod si idem Walterus invenerit xij etc. ut in brevi de tradendo in ballio. Teste ut supra.

De Johanne Ruffo prisone custodiendo.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod Johannem Ruffum de Lecheleg', qui se fecit nuntium Radulfi filii Nicholai et falsavit sigillum suum, quem ballivi Heref' arestaverunt, ab eis recipiat et in prisona Heref' salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Trublevill'.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod de feodis que filius et heres Henrici de la Pomeraye, qui est in custodia Radulfi de Trublevill', de rege tenere debet in capite, per manum suam colligat scutagium regi inde debitum pro exercitu Pictavie post primam transfretationem regis, scilicet, de scuto tres marcas; et cum illud collegerit, id statim liberet predicto Radulfo de dono regis. Teste rege apud Windles', iiij die Januarii.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod hoc ita inrotulari faciant. Teste ut supra.

De nave deliberanda ad veniendum usque Lond'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod navem de Baona, carcatam rebus et mercandisis mercatorum de Hispania et jactatam per maris procellam prope Safford', et quam idem vicecomes arestavit eo quod est de terra extranea, accepta securitate a gubernatoribus et magistris ejusdem navis quod cum nave et mercandisis suis ibunt usque Lond', deliberet et usque Lond' abire permittat. Teste ut supra.

Pro episcopo Cameracensi.—Rex concessit episcopo Cameracensi quod veniat in Angliam moram ibi facturus quamdiu regi placuerit, dum tamen in adventu suo securitatem faciat quod per adventum suum vel suorum regi vel regno dampnum non proveniat. Et mandavit T. preposito Dovr' quod cum applicuerit et dictam securitatem fecerit, permittat ipsum in terra Anglie ulterius procedere quo voluerit. Teste ut supra.

Et mandatur eidem episcopo quod rex concessit ei etc. ut supra.

1231.

[m. 20.] *Pro Thoma de Bavelingham.*—Rex etc. justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Thome de Bavelingham quod x marcas quas debuit reddidisse Bonamy filio Mer et Vivardo filio Isaac, Judeis Cantuariensibus, ad Natale Domini anno regni regis xv, reddat regi ad festum Sancti Michaelis anno eodem; et quod predicte x marce allocentur predictis Judeis in debitis que nobis debent. Et mandatum est quod sic fieri et inrotulari faciant. Cirographum etiam confectum inter ipsum Thomam et predictos Judeos de predicto debito ab archa extrahi et ei deliberari faciant, nisi per idem cyrographum eisdem Judeis vel aliis obligetur in debito aliquo quod eis nondum solverit. Teste rege ut supra.

Pro episcopo Carleolensi de libertatibus.—Rex per cartam suam concessit W. Carleolensi episcopo quod ipse et heredes sui et omnes* homines eorum in manerio et in soka de Hornecastr' cum pertinentiis suis, habeant inperpetuum libertates et quietancias in predicta carta regis eis inde confecta contentas. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictam in pleno comitatu suo legi faciat, et concessas eis predictas libertates et quietancias in balliva sua firmiter eis faciat observari. Teste rege apud Waling', vj die Januarii.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod libertates illas et quietancias inrotulari faciant et observari. Teste ut supra.

Pro Alexandro de Swereford'.—Rex perdonavit magistro Alexandro de Swereford' xxv marcas in quibus nobis tenetur de c libris quas liberari fecimus eidem magistro Alexandro et H. cancellario Sancti Pauli Lond', ad eundum in nuntium nostrum ad Curiam Romanam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis xxv marcis ipsum Alexandrum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Hugonis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis, que sunt in custodia sua apud Lond', faciat habere Ricardo filio Hugonis unum dolium vini Wasconie de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, viij die Januarii.

[m. 19.] *De roboribus datis.*—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Willelmo scissori regis v robora sicca in bosco de Blokesham, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, viij die Januarii.

Pro W. scissore regis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de feodo unius militis quod Willelmus, frater et heres Radulfi Joas, qui est in custodia Willelmi scissoris regis, tenere debet de Margareta de Ripariis et ipsa de rege in capite, per manum suam colligat scutagium regi inde debitum; scilicet, de scuto iij marcas pro exercitu regis ad primam transfretationem suam, si nondum collectum fuerit, et similiter de scuto iij marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretationem regis, et cum collecta fuerint scutagia illa, ea faciat habere predicto W. scissori de dono regis. Teste ut supra.

* Repeated in original.

1231.

[m. 19.] *De roboribus datis.*—Mandatum est Thome de Langel'* quod habere faciat fratribus predicatoribus Oxonie xiij robora in foresta de Wichewod' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Porecestr' quod habere faciat R. Cycestrensi episcopo etc. xl bonas quercus fintitias in foresta de Porecestr' de dono regis, ad quendam parcum claudendum. Teste ut supra.

Pro Hugone Dispenser.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod non permittat quod Coventrensis episcopus contra consuetudinem terre impediat Hugonem Dispenser super saisina sua habenda de terris que fuerunt Galfridi le Salvage, quarum custodiam rex eidem Hugoni concessit usque ad etatem heredis ipsius Galfridi, occasione tenementi quod ipse Galfridus tenuit de ipso episcopo in comitatu Staff', desicut ipse Galfridus terram alibi tenuit de rege in baronia, racione cujus custodia omnium terrarum suarum de quocumque eas teneat ad regem pertinere dinoscitur. Teste rege apud Oxoniam, viij die Januarii.

De prisone deliberando. — Quia coram dilectis et fidelibus nostris Mauricio de Aundely, Willelmo de Insula, et Johanne de Hulecot', justiciariis ad hoc assingnatis, et per viginti et quatuor probos et legales homines de villa Norhampton', et per quatuor villatas circumvicinas, videlicet, Thorp', Abyndon', Duston' et Upton', recognitum fuit quod Johannes le Page, captus et detentus in prisona regis apud Norhampton' pro malo recto, in nullo inde culpabilis est nec in aliquo forisfecit contra coronam regis vel pacem regni sui; mandatum est vicecomiti Norhampton' quod ipsum J. a prisona regis sine dilatione quietum deliberet. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Adam filius Gervasii, captus et detentus in prisona regis apud Noting' pro morte Everardi de Plumertr', unde rettatus est odio et athia secundum inquisitionem inde factam, habet literas vicecomiti Noting' quod tradatur in ballium vj probis hominibus, etc.

De roboribus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat fratribus minoribus Oxonie xiij robora sicca folia non ferentia in foresta de Brehull' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, ix die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est Walerando Teutonico, constabulario de Windles', quod de dono regis faciat habere W. Carleolensi episcopo vij damas in foresta de Windles'. Teste ut supra.

Pro Waltero de Godarvill'.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod ad instantiam dilecti fratris nostri R. comitis Cornubie et Pictavie, concessimus quod xl marce quas Walterus

---

* Substituted for "Johanni de Monem'."

1231.

[m. 19.] de Godardvill debuit Abrahe de Bercamested', Judeo, et de quibus acquietavimus ipsum Walterum erga ipsum Judeum, allocentur eidem Judeo in debito quod nobis debet, et in aliis debitis Judeorum que nobis debentur, ubi ipse voluerit, si predictum debitum quod idem Judeus nobis debet non sufficiat ad predictas xl marcas ei allocandas. Et ideo vobis mandamus quod predictas xl marcas ei allocari faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra, anno regni nostri xv.

Hibernia. Pro Ricardo le Corner.—Rex electioni facte de Ricardo le Corner, clerico, in episcopum Midensem regium adhibuit assensum et favorem; ita quidem quod antequam fiat eidem electo post ejusdem confirmationem saisina bonorum temporalium predicti episcopatus, prestetur regi sufficiens securitas a clero predicti episcopatus, ad quem spectat potestas eligendi, per literas ejusdem cleri patentes et protestantes quod futuris temporibus non cedet in prejudicium regie dignitatis quod licentia regis irrequisita elegerunt, et quod rex nichilominus electioni facte de predicto Ricardo assensum suum adhibuit. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod ejusdem Ricardi electione confirmata et prestita regi predicta securitate per literas patentes, quas ab eodem clero Midensi nomine regis recipiet, de omnibus que ad predictum episcopatum pertinent et sunt in manu sua predicto Ricardo* plenam faciat habere saisinam. Teste rege apud Wudestok', xj die Januarii.

Et mandatum est Armacano archiepiscopo per literas patentes quod id quod suum est in hac parte exequatur. Teste ut supra.

Hibernia. Pro heredibus Thome filii Antonii.—Datum est regi intelligi ex parte heredum Thome filii Antonii quod cum ipsi nil habeant de terris que fuerunt predicti Thome de Des et Desmund, occasione quarum idem Thomas regi tenebatur in quodam debito, justiciarius Hibernie nihilominus distringit eos ad predictum debitum solvendum. Et mandatum est eidem justiciario quod, si ita est, de predicto debito pacem eis habere faciat quamdiu predicte terre fuerint in manu regis. Teste ut supra.

De manerio de Bradested'.—Rex vicecomiti Kancie salutem. Quia audivimus quod non te tenes in tam plena saisina manerii de Bradestede sicut nobis expediret et sicut tibi precepimus, iterato tibi precipimus firmiter injungentes quod in tali et tam plena saisina dicti manerii te teneas quod inde non simus perdentes, propter quod ad te nos capere debeamus. Teste ut supra.

De gaiola Oxonie.—Mandatum est majori et ballivis Oxonie quod cum opus fuerit et contingat clericos capi in villa Oxonie pro delictis suis, commodari faciant cancellario Oxonie gaiolam regis Oxonie ad clericos qui in villa Oxonie pro excessibus suis capti fuerint, imprisonandos et custodiendos, ita quod clerus ejusdem ville clericos illos, quamdiu detenti fuerint in prisona regis, exhibeat et quod dictus cancellarius cum voluerit,

* Omitted in original.

1231.

[m. 19.] eos a prisona possit deliberare. Teste rege apud Wudestok', xij die Januarii.

Pro priore Sancte Trinitatis Kantuarie.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter priorem Sancte Trinitatis Kantuarie et R. archiepiscopum Cantuariensem de averiis ipsius prioris captis per predictum archiepiscopum et injuste detentis, ponat* in respectum de die in diem, donec rex aliud inde mandaverit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod in foresta regis de Shireuuode faciat habere Waltero de Everm' iiij damas de dono regis, nisi alias illas habuerit de mandato regis eidem B. inde directo. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo etc.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod mercatum quod rex concessit et carta sua confirmavit H. de Burgo etc. et heredibus suis habendum apud manerium suum de Halleg' singulis septimanis per diem Mercurii, nisi etc. clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in foresta regis de Wichewod' faciat habere Johanni de Bello Campo v quercus de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Mercato.—Mandatum est ballivis Heref' quod sine dilatione faciant habere Willelmo de Mercato xl solidos de amerciamentis vinorum, et ea festinatione illos ei habere faciant, quod non oporteat regi ad hoc manum apponere. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Hugonis.—Mandatum est† Johanni de Colemere quod habere faciat Ricardo filio Hugonis unum dolium vini de vinis regis que sunt in custodia sua, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xvj die Januarii.

De copulis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis xx copulas in foresta regis de Savernak', ad quandam cameram construendam apud manerium suum de Stamford', de dono regis. Teste ut supra.

De brennis datis.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis sex brennas matrices vivas ad vivarium suum de Stamford' instaurandum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario de Kenilleuuorth' pro Radulfo filio Nicholai, de ducentis brennis vivis‡ ad vivarium suum de Stretton' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Eidem constabulario pro Godefrido de Craucumbe de ducentis brednis vivis‡ ad vivarium suum de Edricheston' instaurandum. Teste ut supra.

* Sic. † Omitted in original. ‡ "Matricibus" is cancelled here.

1231.

[m. 19.] *Pro Henrico de Bernevall'.*—Rex perdonavit Henrico de Bernevall' unam marcam quam regi debuit de prestito ei facto in garderoba regis. Et mandatum est W. de Kirkeham et W. de Brackel',* clericis de Garderoba regis, quod ipsum Henricum de predicta marca quietum esse faciant. Teste rege apud Wudestok', xvij die Januarii.

Pro episcopo Coventrensi de scalis.—Mandatum est Hugoni de Loges quod in haia de Oggele† faciat habere A. Coventrensi et Lichfeldensi episcopo, maeremium ad quatuor scalas faciendas ad operationem ecclesie Sancti Cedde, Lichef', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat R. comiti Cornubie xx quercus in bosco regis de Pancchaye, ad postes et pannas faciendas ad quandam grangiam erigendam apud manerium de Beckel'. Teste rege apud Wudestok', xviij die Januarii.

Pro Ricardo de Glouc'.—Rex concessit et carta sua confirmavit Ricardo de Glouc', filio Willelmi filii Stephani, pro se et heredibus suis quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Dertemuthe singulis septimanis per diem Lune, et quod habeant ibidem unam feriam inperpetuum duraturam singulis annis per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Nativitatis Sancti Johannis Baptiste, nisi predictum mercatum et predicta feria sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et mandatur vicecomiti Devonie quod predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et teneri. Teste rege apud Wudestoc', xviij die Januarii.

De tradendo in ballio.—Adam filius Willelmi, quem Thomas filius Hugonis appellat de morte Hugonis filii Gileberti odio et athia et non etc. ut constat per inquisitionem factam etc. habet literas directas vicecomiti Eboraci quod tradatur xij in ballio usque ad adventum justiciariorum etc. Teste rege apud Wudestok', xix die Januarii.

Pro Philippo de Albin'.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod cum collegerit scutagium regi debitum de feodis trium militum et dimidii, que Philippus de Albin' tenet de Rogero de Dantes' et Matildi uxore ejus in balliva sua; scilicet, de scuto tres marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretationem regis, scutagium illud habere faciat predicto Philippo de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod capiat ad opus suum in ballia sua duas damas de dono domini regis. Teste rege ut supra.

* This name is substituted for "Ranu' Britoni."

† This is substituted for "foresta de Cannok."

1231.

[m. 19.] *Pro Hugone de Nevill'.*—Dominus rex licentiam dedit et concessit quod Hugo de Nevill' libere et sine inpedimento cariare faciat unam navatam bladi in partes transmarinas ad faciendum inde commodum suum. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod predictam navatam bladi cariare permittat ubicumque voluerit in partes transmarinas, sine aliquo inpedimento.

De petra fodienda in fossato castri Linc'.—Dominus rex concessit quod tam decanus et canonici ecclesie Lincolniensis, ad fabricam ecclesie sue et domorum suarum, quam omnes cives predicte civitatis Linc' ad edificationes suas, petram per consilium vicecomitis Linc' fodere faciant, et sine inpedimento capiant in fossato castri Lincoln' ad emendationem ejusdem fossati. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod hoc eis scire faciat et eos predictam petram per consilium suum capere permittat. Teste ut supra.

Pro Rannulfo Britone de manerio de Dodinton'.—Rex concessit Rannulfo Britoni manerium de Dodinton cum pertinentiis, quod est de terris Normannorum, habendum eidem Rannulfo et heredibus suis de rege et heredibus suis donec rex illud reddiderit rectis heredibus ejusdem manerii per voluntatem suam vel per pacem. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod eidem Rannulfo de predicto manerio plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro testamento Thome Basset.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod monstraverunt regi executores testamenti Thome Basset quod occasione redditus manerii de Sloctres de termino Sancti Michaelis anno etc. xiiij, quem ipsi executores receperunt ad executionem ejusdem testamenti faciendam, Rogerus de Clifford' vi et injuste detinet blada que fuerunt ipsius Thome in eodem manerio de autumpno proximo preterito anno eodem, desicut idem Rogerus non habuit saisinam ejusdem manerii nisi post predictum terminum Sancti Michaelis. Et mandatum est vicecomiti quod, si ita est, tunc blada predicta ipsis executoribus ab eodem Rogero sine dilatione reddi faciat ad predictum testamentum faciendum.

Hibernia. Pro Radulfo de Trublevill'.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod de terra de Balimagdun, quam Robertus Ruffus tenuit, plenam saisinam habere faciat Radulfo de Trublevill', cui rex terram illam dedit, adeo plene et integre sicut predictus Robertus eam de rege tenuit. De parte etiam illa ejusdem terre quam Aufrica, que fuit uxor Johannis Le Cordwaner, tenet nomine dotis, plenam saisinam eidem Radulfo habere faciat sicut et de residuo ejusdem terre. Dampna vero que ipsa recuperavit versus ipsum Radulfum per assisam nove disseisine inter eos captam de tempore quo terra illa fuit in manu regis, de catallis ejusdem Aufrice ipsi Radulfo plene restitui faciat. Teste rege apud Wudestok', xx die Januarii.

De fustis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Henrico Teutonico x fusta in bosco suo de Grendon' infra forestam

1231.

[m. 19.] regis de Brehull' ad maeremium faciendum. Teste rege apud Oxoniam, xxj die Januarii.

De roboribus datis episcopo Cycestrensi.—Mandatum est H. de Nevill' quod in bosco de Shotovr' faciat habere R. Cycestrensi episcopo etc. x robora sicca de dono regis ad focum suum apud Oxoniam. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato Pontio de Ponte.—Mandatum est custodi vinorum de Wudestok' quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Wudestok', faciat habere unum dolium vini Pontio de Ponte moranti apud Oxoniam, de dono regis. Teste ut supra.

Contra magistrum Henricum de Cerne.—Rex non vult quod Henricus de Cern' resideat ad Scaccarium Judeorum tamquam justiciarius regis, sicut ipsum prius assignaverat. Et mandatum est justiciariis assignatis ad custodiam Judeorum quod ipsum tamquam socium decetero non admittant. Teste ut supra.

Et mandatum est abbatisse Sancte Marie Wintonie quod ei in nullo sit intendens vel respondens, sicut prius fuerat, ut plenius in rotulo patentium.

De copulis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Waltero de Clifford' xx copulas et v fusta ad postes et pannas faciendas in foresta de Brehull', de dono regis, ad se hospitandum. Teste ut supra.

Pro Thoma de Langel'.—Rex concessit Thome de Langelegh', forestario suo de Wychewud', de feodo unam acram terre infra predictam forestam nostram Whichewud' in placia illa que vocatur Naterigg', mensurandam ad perticam suam propinquiorem; videlicet ante portam curie sue de Langeleg' ad capellam quandam in acra illa construendam, habendam et tenendam de rege et heredibus suis eidem Thome et heredibus suis in perpetuum. Et mandatum est Johanni de Monumet' quod in placia illa de Naterigg' unam acram propinquiorem ante portam predicte curie sue de Langeleg' mensuratam ad perticam suam eidem Thome assignari, et inde plenam ei saisinam habere faciat. Teste etc.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Rogero de Quency iij damas in foresta de Brehull' de dono regis. Teste rege apud Windles', xxiiij die Januarii.

De perdona pro Ada Esturmy.—Rex perdonavit Ade Esturmy xxv marcas et dimidiam que ab eo exigebantur per summonicionem Scaccarii de prestito facto Thome Esturmy, fratri ejus, cujus heres ipse est, in Hibernia tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Adam de predictis xxv marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Keneton', xxvj die Januarii.

[m. 18.] *Pro Philippo Le Sauser.*—Rex concessit per cartam suam Philippo le Sauser, servienti suo, illas x libras annuas quas abbas de Favereshain

1231.

[m. 18.] reddere consuevit advocato de Bethun' de manerio de Mossewell', quod idem abbas de eodem advocato tenuit ad firmam, et quas Thurgisius de Illegh' prius de concessione regis percipere consuevit per manum ejusdem abbatis. Et mandatum est abbati predicto quod de predictis x libris eidem Philippo decetero sit intendens et respondens, sicut predictum est. Teste rege apud Windles', xxv die Januarii.

Idem Philippus postea habuit literas istas patentes sub eodem tenore.

Rex dedit Willelmo le Ewer domum illam cum pertinentiis in Linc', que fuit Manasseri Judei Linc', qui mortuus est, habendam et tenendam de rege et heredibus suis eidem Willelmo et heredibus suis imperpetuum. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Willelmo de predicta domo cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij die Januarii.*

Pro capellano comitis Cornubie.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Elye, capellano dilecti fratris nostri comitis Cornubie et Pictavie, x carectatas clausture in bosco domini regis de Shotovr', ad curiam suam apud ecclesiam suam de Horspath' claudendam. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj die Januarii.

De executione testamenti Roberti Gresle.—Abbas de Valle Dei et alii executores testamenti Roberti Gresle, manuceperunt reddere regi omnia debita que idem Robertus regi debuit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod omnes res et omnia catalla que fuerunt ipsius Roberti in ballia sua, predicto abbati† et coexecutoribus suis habere faciat ad executionem testamenti sui faciendam. Et si quid inde amotum fuerit vel distractum per Thomam Gresle vel per alium, id eis reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Lanc', Rotel', Norf' et Suff'.

De districtione non facienda in dominicis vel feodis quorundam episcoporum.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod nullam districtionem faciat vel fieri permittat in dominicis vel feodis R. Dunholmensis episcopi in ballia sua pro scutagio Pictavie post primam transfretationem regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Linc', Noting', Norhamt', Bed', Leic', Rotel', Oxonie, Cantabrigie, et Hunt' pro episcopo Lincolniensi.

De breniis datis R. de Lexinton'.—Mandatum est S. de Sedgrave quod habere faciat Roberto de Lexinton' xx matrices bresmias de dono regis in vivario suo de Kenilleworth', ponendas in vivario suo de Hornel'. Teste rege apud Westmonasterium, xxx die Januarii.

Pro Hugone de Sancto Phileberto.—Mandatum est Johanni de Colemere quod habere faciat Hugoni de Sancto Phileberto duo dolia vini de vinis regis, que sunt in custodia sua apud Lond', pro duobus doliis

* Cancelled, "quia non habuit." † Omitted in MS.

1231.

[m. 18.] vini que regi commodavit cum rex ultimo fuisset apud Sanctum Tudualum. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Palmer.—Mandatum est S. de Malo Leone quod in fide qua regi tenetur, Willelmo le Palmer, qui est de terra et potestate regis, quem cum hominibus suis et navi sua, rebus et catallis et mercandisis suis in ea contentis arestari fecit apud Olanam, sine dilatione deliberari faciat cum predicta navi et cum hominibus, rebus et mercandisis suis, sicut predictum est, ne clamor iteratus ad regem debeat inde pervenire. Teste ut supra.

Pro episcopo Exoniensi.—Rex per cartam suam concessit pro se et heredibus suis W. Exoniensi episcopo quod ipse et successores sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Criditon' singulis septimanis per diem Jovis, et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis per tres dies duraturam ; videlicet in vigilia et in die et in crastino Sancti Laurencii, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Gileberto de Wanteford'.—Rex concessit Gileberto de Wanteford', capellano, pro se et heredibus suis quod ipse et successores sui persone capelle Sancte Marie de Wanteford' habeant inperpetuum unam feriam juxta predictam capellam singulis annis duraturam per tres dies; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Ascensionis Domini, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De non facienda districtione in dominicis vel feodis archiepiscoporum et episcoporum.—Mandatum est vicecomiti Staff' et Salopie quod nullam districtionem faciat vel fieri permittas (*sic*) in dominicis vel feodis archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, priorum vel aliorum virorum religiosorum in ballia sua pro scutagio Pictavie post primam transfretationem regis ei reddendo. Teste rege apud Westmonasterium, xxx die Januarii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Anglie omnibus.

Pro Milone Neirnut.—Rex per cartam suam concessit Miloni Neirnut quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum liberam warennam in manerio suo de Huchelam, sicut plenius continetur in predicta carta. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et predictam warennam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Bertram de Crioil.—Rex licenciam dedit et concessit Bertrammo de Crioil quod in terra sua moram faciat. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod, non obstante precepto domini regis quod ei fecit ut idem Bertram de terra sua exiret, ipsum in terra sua morari permittat, nullam ei inferens aut inferri permittens occasione predicta molestiam aut grava-

1231.

[m. 18.] men. Ita tamen quod conspectui regis se non representet.* Teste rege apud Westmonasterium, iij die Februarii, anno xv.

Pro Priore de Lenton'.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat priori de Lenton' xxv copulas in bosco de Mamesfeld' et duas quercus in haya de Lindeby ad scindulas faciendas, de dono regis ad refectorium suum de Lenton' reparandum. Teste rege apud Westmonasterium, iiij die Februarii. Per Radulfum filium Nicholai.

De prisone custodiendo.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod Willelmum Babel captum pro malo recto et traditum hominibus tenentibus de ecclesia Cycestr' in Cycestr' custodiendum, ab eisdem hominibus recipiat et in gaola regis salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De cheveronibus datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat R. comiti Cestr' et Linc' de dono regis xx cheverones in bosco de Pokesle et xx quercus in bosco de Saliceto ad domos suas de Buckebroc, que combuste fuerunt in guerra, faciendas. Teste rege apud Westmonasterium, v die Februarii.

Pro Hugone Dispensatore. — Rex perdonavit Hugoni Dispensatori dimidiam marcam que ab eo exigitur per summonicionem Scaccarii de scutagio de Kery, de quarta parte feodi unius militis quam de rege tenet in capite in Erndesby. Perdonavit etiam ei rex x solidos qui ab eo exigantur per summonicionem Scaccarii de scutagio Pictavie post primam transfretationem regis de eadem quarta parte feodi unius militis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod tam de dimidia marca illa quam de predictis x solidis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro comite Britannie de maneriis de Ketelbergh' et Netlested'.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat P. duci Britannie et comiti Richem' de maneriis de Ketelbergh, Wik' et Netlested' cum pertinentiis, que sunt de feodo ipsius ducis. Teste ut supra.

Pro uxore Ade de Gurdun.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod de terra quam Adam de Gurdun tenuit in Stisted' et Seleburn', et quam in manum domini regis cepit occasione mortis ipsius Ade, sine dilatione plenam saisinam habere faciat Amirie que fuit uxor ipsius Ade, simul cum catallis que fuerunt ipsius Ade in eadem terra inventis, ad sustentationem ipsius et puerorum suorum, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, v die Februarii.

De quodam coronatore in comitatu Heref'.—Cum Rogerus Pichard', per assensum comitatus Heref' coram Stephano de Sedgrave, tempore quo rex fuit in partibus transmarinis, electus fuerit in coronatorem ejusdem

* Corrected from "presentie regis se non exhibeat."

1231.

[m. 18.] comitatus et sacramentum nondum prestiterit, sicut fieri debet et solet; mandatum est vicecomiti Hereford' quod sine dilatione ab eo sacramentum capiat quod una cum sociis suis coronatoribus regis in eodem comitatu faciet et conservabit ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu. Teste ut supra.

De liberationibus datis.—Rex concessit Rogero Passavant nuntio suo illam liberationem trium obolorum in die de elemosina regis constituta, quam Willelmus le Chareter, qui mortuus est, consuevit percipere per manum vicecomitis Essex'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictam liberationem ipsi Rogero habere faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem pro Nicholao le Carpenter de liberatione j denarii quam Adam le Chat percipere consuevit per manum vicecomitis Lond'.

De navibus que veniunt usque Sandwic'.—Mandatum est ballivis de Sandwic' firmiter injungendo in fide qua regi tenentur et sicut regem et honorem suum et se et sua diligunt, quod de navibus que sunt vel venture sunt usque Sandwic' vinis carcate, non permittant quod aliqua earum, neque in parte neque in toto ibidem se discarcet, set illos qui naves illas ducunt vinis carcatas usque Lond' venire faciant accepta ab eis bona et sufficiente securitate quod cum vinis illis usque Lond' venient ad discarcandum ibidem; et si forte aliqua navis in susceptione hujus mandati regis in parte ibidem suis vinis fuerit discarcata, mandatum est eisdem ballivis firmiter precipiendo quod navem illam similiter usque London' venire faciant, accepta dicta securitate ab illis qui navem illam ducunt quod cum residuis vinis ejusdem navis que ibidem non fuerint discarcata, similiter usque London' venient ad discarcandum ibidem. Teste ut supra.

Pro Hereberto filio Mathei.—Rex commisit Hereberto filio Mathei ad se sustentandum in servicio regis in partibus transmarinis quamdiu ibi fuerit per preceptum regis, manerium de Warblington' cum pertinentiis, quod Matheus filius Hereberti, pater ipsius Hereberti, in vita sua tenuit de ballio J. regis etc. in escambium terrarum quas perdiderat in Normannia. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod de predicto manerio ipsi Hereberto plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Merleberge, xiii die Februarii.

De nave Templi de Rupella.—Mandatum est ballivis portus de Portesm' quod navem magistri et fratrum Milicie Templi de Rupella que vocatur *La Templere*, et que habet literas nostras de conductu, quam etiam carcatam veteribus vinis Wasconie in portu suo arestaverunt, libere et sine impedimento recedere permittant hac vice cum eisdem vinis versus partes Flandrie vel alibi quo voluerint. Teste rege apud Merlebergh', xiiij die Februarii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Radulfo filio Nicholai x quercus in bosco de Melkesham, et

1231.

[m. 18.] x quercus in bosco de Chipeham, de dono regis ad se hospitandum apud Corsham. Teste ut supra.

De maeremio ad reparationem magne navis.—Mandatum est constabulario Porecestr' quod sit in auxilio Hugoni de Sancto Phileberto et Petro de Muntgomery, clerico, ad maeremium in foresta de Porecestr' ubi melius et competentius poterit, querendum et cariandum usque Portesm' ad reparationem magne navis et galiarum regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur probis hominibus de Portesm'.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Venuz* quod habere faciat Petro de Muntgomery, clerico regis, tres quercus in foresta regis de Axiholt', de dono regis ad reparationem cancelli ecclesie de Colemere. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Waltero de Leuth', clerico, sex fusta in foresta regis de Chipeham ad se hospitandum apud Rudes. Teste ut supra.

De denariis mittendis ad regem.—Mandatum est Ricardo Renger et sociis suis custodibus cambii Lond', quod de denariis quos habent ad predictum cambium sustentandum, omni dilatione et occasione cessantibus, mittant ad regem usque Wintoniam septingentas marcas; vel si id forte non possint, modis omnibus mittant ei sexcentas vel ad minus quingentas marcas, ita quod rex eas habeat sub quanta poterunt festinatione ad quedam urgentia negotia regis expedienda. Teste rege apud Merlebergh', xvj die Februarii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Ele Comitisse Sarr' xx quercus in foresta regis de Chipeham et Melkesham ad domos construendas apud manerium de Lacoc, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xviij die Februarii.

Pro decano Sancti Martini London'.—Rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis Waltero de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond', quod ipse et omnes successores sui, decani ejusdem ecclesie, habeant inperpetuum omnes libertates et quietantias in predicta carta regis ei inde facta contentas. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod in pleno comitatu suo cartam ipsam legi et libertates et quietantias in ea contentas firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Lond' pro eodem de eisdem libertatibus et de carta illa legenda in pleno husteng'.

De maeremio ad emendationem domorum regis de Buseeby.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod per visum forestariorum et viridariorum regis de balliva sua, faciat habere Johanni de Eston,' constabulario de Merleberg', maeremium in foresta de Savernak' ad reparationem et emen-

* Corrected from "Munem'."

1231.

[m. 18.] dationem domorum castri de Merlebergh' et stagnorum et molendinorum regis ibidem; ita quod de maeremio quod ei habere fecerit, habeat unam talliam penes se et idem constabularius aliam talliam. Teste ut supra.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod loquelam que est in comitatu suo inter Nicholaum de Wyly, petentem, et Willelmum, decanum de Moretoin', tenentem, de v hidis terre in Langeford', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Pascha, anno etc. xv; ita quod eadem loquela tunc sit in eo statu in quo nunc remanet per preceptum regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Cantebrigie, quod permittat executores testamenti Ricardi de Scalariis, libere et sine inpedimento facere executionem ejusdem testamenti de omnibus catallis que fuerunt ipsius Ricardi in balliva sua.*

Pro uxore Ricardi de Scalariis.—Rex concessit Isabelle que fuit uxor Ricardi de Scalariis, quod maneat apud manerium de Shelford' quod fuit predicti Ricardi, usque a die Pasche in xv dies anno etc. xv; ut interim perquirat regi Luciam filiam et heredem predicti Ricardi, quam dicunt se modo non habere nec in sua potestate esse. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod eandem Isabellam interim ibidem pacifice manere permittat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Bruera.—Rex concessit Roberto de Bruera terram que fuit Petri de Surina, Normanni, cum pertinentiis in Wyminton', habendam et tenendam de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis donec rex eam reddiderit rectis heredibus ejusdem terre per voluntatem suam vel per pacem, faciendo etc. debitum et consuetum servicium, sicut plenius in carta etc. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod cartam illam legi faciat et observari. Teste ut supra.

[m. 17.] *De navibus venientibus usque Sandwic'.* — Mandatum est ballivis regis de Sandwic' quod, non obstante precepto regis eis facto quod naves venientes usque Sandwic' vinis carcatas non permitterent ibidem discarcari, set eas usque Lond' cum vinis suis venire facerent, permittant eos qui naves illas ducunt ibidem discarcare prout voluerint, sicut ibidem fieri consuevit, et illos qui usque Lond' vel alibi in terra regis cum vinis suis ire voluerint, sine inpedimento ire permittant. Teste rege apud Merlebergh', xxij die Februarii.

De vinis arestandis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Glouc' quod de melioribus vinis que in villa Glouc' invenerint, statim visis literis istis arestent x dolia vini ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Alexandro de Bassingburn.—Rex perdonavit Alexandro de Bassingburn' xxj l. et xviij s. qui ab eo exiguntur ad opus regis per summonicionem Scaccarii, de exitibus manerii regis de Costeseye† de

* Cancelled, "quia in libro."

† Altered from "Corsham."

1231.

[m. 17.] tempore quo fuit in manu regis per preceptum regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Alexandrum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per Rannulfum Britonem.

Et mandatum est episcopo Norwicensi quod occasione mandati regis ei facti per literas de Scaccario de predicto Alexandro distringendo ad solutionem illius debiti, decetero ipsum non distringat.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod in foresta de Savernak faciat habere Edithe de Merlebergh' iij quercus de dono regis ad domum suam in Merleberg' que combusta fuit, relevandam. Teste rege apud Merleb', xxv die Februarii.

De breduis datis.—Mandatum est ballivis de Feckeham quod habere faciant Willelmo de Putot xiij bresnias in vivario regis de Feckeham, ponendas in vivario suo de Meingodesfeld', de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Rogerus filius Alicie, quem Walterus Page appellat de morte Radulfi le Mercer odio et athia et non etc. mandatum est vicecomiti Wilt' quod tradat eum in ballium xij probis et legalibus hominibus etc. Teste ut supra.

Ne quidam languidus det vel vendat de terra sua.—Quia rex per inquisitionem factam per preceptum regis accepit quod Willelmus de Billeg', qui jam dudum languidus extitit, in tanta est debilitate et invalitudine et ita mentis sue minus compos quod de terris suis dare, vendere vel alienare non possit, ita quod collatio, venditio vel alienatio illa de jure stare vel valere debeat; mandatum est vicecomiti Wilt' quod in balliva sua publice clamari et super forisfacturam regis firmiter prohiberi faciat quod nullus de cetero aliquid de terra sua emat vel de dono capiat, si idem Willelmus inde dare vel vendere voluerit. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Johanni, elemosinario regis, xxx fusta in foresta de Savernak' ad elemosinariam castri de Merleberg' reparandam. Teste ut supra.

Pro Ratio de Tyteberst.—Rex concessit et carta sua confirmavit Ratio de Tyteberst pro se et* heredibus suis quod ipse talem habeat libertatem quod toto tempore vite sue quietus sit de assisis, juratis et omnimodis recognicionibus. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod cartam regis, quam ei inde fieri fecit, in pleno comitatu suo legi et ipsam libertatem ei firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Willelmo de Rughedon' duas quercus in foresta regis de Chipeham, de dono regis. Teste rege apud Glouc', j die Marcii.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat fratribus de ordine Minorum Glouc' v fusta in foresta de Dene ad se hospitandos apud Glouc', de dono regis. Teste ut supra.

* Omitted in MS.

1231.

[m. 17.] *De damis datis.*—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Vescy v damas in foresta de Cliva contra instans Pascha, de dono regis. Teste ut supra.

Pro uxore Ricardi de Scalariis.—Rex assignavit Isabelle, que fuit uxor Ricardi de Scalariis, manerium de Shelford' quod fuit predicti Ricardi, ad se sustentandam usque in xv dies a die Pasche, ut rex tunc plenam dotem ei faciat assignari de terris et tenementis que fuerunt predicti Ricardi si tunc heredem suum regi reddiderit. Et mandatum est Baldwino de Frivill' quod eandem* Isabellam manerium predictum cum pertinentiis interim tenere permittat; quod nisi fecerit, rex id fieri precepit a vicecomite Cantebrigie. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod nisi idem Baldwinus id fecerit, ipse hoc fieri faciat. Teste ut supra.

Pro Anketillo Mallore et uxore.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod manuteneat Anketillum Mallore et Sarram uxorem ejus in saisina custodie terrarum que fuerunt Roberti de Percy in Sutton', quam ipsi in Curia regis apud Eboracum recuperaverunt versus Petrum de Malo Lacu coram R. Cycestrensi episcopo etc. et S. de Sedgrave. Teste rege apud Cyrencestr', iiij die Marcii. Per S. de Sedgrave.

Pro Waltero de Godarvill'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod cartas de lx marcis, quas Walterus de Godarvill' debuit quibusdam Judeis et quas rex eidem Waltero perdonavit dum esset in Britannia, sicut rex alias mandavit eis, precipiens quod cartas illas eidem Waltero liberari facerent, quas nondum habet, ut dicitur, ei sine dilatione reddi faciant. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat Johanni filio Philippi tria fusta in haia regis de Aishwode ad quandam guteram faciendam, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', v die Marcii.

Pro R. Cycestrensi episcopo.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Suhamt' quod habere faciant R. Cycestrensi episcopo v dolia vini de prisa regis, ad custum ipsius episcopi. Teste ut supra.

Pro Hugone Painel.—Mandatum est custodi foreste de Bere quod habere faciat Hugoni Paynel in predicta foresta tres capreolos de dono regis contra instans Pascha, anno etc. xv. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex concessit R. Cycestrensi episcopo etc. xl quercus fentitias capiendas de dono regis in foresta regis de Porecestr', ad quendam parcum ipsius episcopi claudendum. Quia vero in foresta illa hujusmodi quercus non inveniuntur, et preterea foresta predicta longe distat a parco illo, rex vult quod illas xl quercus fentitias capiat in bosco manerii de Warblinton', quod Herebertus filius Mathei tenet de ballio

* eadem, MS.

1231.

[m. 17.] regis. Et mandatum est eidem Hereberto quod predictas quercus in bosco predicto eidem episcopo habere faciat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro comite Marescallo.—Rex concessit W. comiti Marescallo servicium suum xl dierum regi debitum de uno anno ad castrum suum de Cumbre firmandum. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod ipsum comitem predictum servicium habere permittat, nisi illud habuerit per alias literas regis idem justiciario directas post primam transfretationem regis. Teste rege apud Merlebergh,' vj die Marcii.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Windles' et ballivis foreste de Windles' quod sine dilatione faciant habere Rannulfo Britoni vj damos et xx damas in foresta de Windles', ponendos in parco suo de Mora, de dono regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro decano et capitulo Ossoriensibus.—Rex ad instantiam L. Dublinensis archiepiscopi concessit decano et capitulo Osseriensibus quod R. de Burgo justiciarius Hibernie, eis licenciam dare possit hac vice pastorem sibi eligendi, dum tamen prius literas suas patentes ab eis recipiat per quas testificentur quod regi vel heredibus suis in posterum ex hoc in nullo possit prejudicium generari, quin alias, quotiens contigerit ecclesiam suam vacare, teneantur in Angliam venire, petituri a rege et heredibus suis licenciam eligendi sibi pastorem. Et mandatum est eidem justiciario quod ipsis decano et capitulo pro dicta licencia petenda ad eum accedentibus eam hac vice concedat, receptis prius ab eis literis suis patentibus, sicut predictum est.

Scribitur dicto Dublinensi archiepiscopo quod ita mandatum est predicto justiciario Hibernie, et quod bene placet regi quod eo mediante per dictum justiciarium, loco Onelli quondam regis de Kenleon' mortui, alius substituatur, dummodo ad commodum et honorem regis.

Pro Willelmo de Putot.—Rex per cartam suam concessit et quietum clamavit Willelmo de Putot et heredibus suis inperpetuum xx s. qui dari consueverunt singulis annis constabulario Bristoll' de terra sua de Manegoldesfeld'. Concessit etiam rex eidem W. quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum unum mercatum singulis septimanis per diem Martis apud manerium suum de Button', nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod predictam cartam eidem Willelmo inde factam, in pleno comitatu suo legi et teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis et bissis.—Mandatum est Hugoni de Sampford' quod in foresta regis de Braden' faciat habere Isabelle sorori regis, moram facienti apud Merleberg', per preceptum regis, duas bissas contra instans Pascha, anno etc. xv, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', vj die Marcii.

Eodem modo scribitur Galfrido Esturmy de quatuor damis in foresta de Savernak' eidem Isabelle habere faciendis.

De robore dato.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in bosco de Panncet faciat habere recluse de Bretford' unum robur ad focum suum de dono regis. Teste rege apud Bretford,' viij die Marcii.

1231.

[m. 17.] *De provisione gallinarum.*—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod in balliva sua perquiri faciat ad opus regis contra instans Pascha, quingentas gallinas et xx cheverillos, liberandos apud Clarendon' senescallis nostris; et nos tunc denarios quos ad hoc posueris, tibi reddi vel in compoto tuo eos tibi allocari faciemus. Teste rege apud Dunton', xj die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' de tot gallinis et tot cheverillis.

Pro Galfrido Dispensatore.—Rex perdonavit Galfrido Dispensatore l marcas quas regi reddere tenebatur ad Scaccarium de termino Pasche anno etc. xv, de fine centum librarum quem cum rege fecit pro habenda custodia terrarum que fuerunt Johannis de Sancto Johanne. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Galfridum de illis l marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Bellum Locum, xiij die Marcii. Per ipsum regem.

De carpentariis ad magnam navem reparandam.—Mandatum est ballivis de Shorham quod de carpentariis ville sue de Shorham qui ad reparationem navium apti sunt et idonei, sine dilatione faciant* venire usque Portesm' carpentarios ad magnam navem regis ibidem reparandam ad denarios regis, sicut Vincentius de Hasting' et Petrus de Muntgomery eis plenius dicent ex parte regis. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis Winchel' quod ad denarios regis sine dilatione venire faciant usque Portesm' Willelmum Wade, carpentarium, ad magnam navem regis reparandam, sicut Vincentius etc.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat abbatisse de Rumes' v bonas quercus in bosco regis de Milchet'† de dono regis ad planchias faciendas ad dormitorium suum reparandum. Teste rege apud Rumes', xv die Marcii.

Pro Radulfo Isembard.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod xxiij molas, quas arestavit apud Warham eo quod credebantur esse catalla alicujus mercatoris de potestate regis Francorum, et quas Radulfus Isembard dicit suas esse, si idem Radulfus racionabiliter monstrare poterit illas molas esse suas, eidem Radulfo sine dilatione faciat deliberari. Teste ut supra. Per R Britonem.

De lampredis amissis.—Mandatum est ballivo Savarici de Malo Leone de Insula de Whyht quod per probos et legales homines de predicta insula diligenter inquirant qui invenerunt lampredas quas Osbertus Perecbaye secum attulit de Nonetis, et que amisse fuerunt juxta costeram ejusdem Insule que vocatur Fresccwater per tempestatem maris, et ab eis in quorum manibus inquisieris eos esse, ipsi Osberto sine dilatione eas restitui faciat. Teste apud Wyntoniam, xvij die Marcii, anno xv°.

* faciat, MS.

† Corrected from "Nova foresta."

1231.

[m. 17.] *Pro Nicholao de Molis.*—Mandatum est vicecomiti Devonie quod habere faciat Nicholao de Molis scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua; scilicet, de scuto tres marcas pro exercitu regis contra primam transfretationem regis post festum Sancti Michaelis anno etc. xiij, et similiter de scuto tres marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretationem regis, in quibus fuit cum rege per preceptum suum. Teste rege apud Assel'. xviij die Marcii.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Alicie uxori G. de Craucumbe v damas in foresta de Selewod', de dono regis. Teste rege apud Clarend', xxij die Marcii.

Mandatum est ballivis foreste de Windles' quod habere faciant W. Carleolensi episcopo tres damas in foresta de Windles', de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xxv die Marcii.

Pro Willelmo de Mariscis.—Rex concessit Willelmo de Mariscis quod xxiiij ł. quas debet Aaron filio Abrahe, Elye filio Aaron et Salomoni filio Aaron Judeis Lond', reddendas ad clausum Pascha anno xv, pro xx ł. quas ab eis mutuo accepit, reddat eisdem Judeis ad festum Sancti Johannis Baptiste anno eodem. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terminum illum ei inde habere faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod loco v damarum quas rex dedit Waltero de Everm', et unde rex literas suas ei alias transmisit, habere faciat eidem Waltero v damos in foresta de Shirewod', nisi predictas v damas ei prius habere fecerit. Teste ut supra.

De bissis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat B. de Insula duas bissas in foresta de Blakemor' ad opus uxoris sue, de dono regis. Teste rege apud Clarend', ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est ballivis foreste Windles' quod habere faciant W. Carleolensi episcopo x quercus in eadem foresta ad maeremium faciendum ad opus suum. Teste ut supra.

De capreolis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod permittat Lucam de Drumar' capere duos capreolos in bosco suo de Canewic, qui est infra forestam regis de Gillingham. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Rex perdonavit Amaurico de Sancto Amando xx s̄. qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de feodo dimidii militis quod tenet de ballio regis in Edburbir', pro exercitu regis ad primam transfretationem regis anno etc. xiiij. Perdonavit etiam rex eidem Amaurico c s̄. qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro relevio quod Radulfus de Verdun regi debuit, cujus heres idem Amauricus est. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Amauricum tam de xx s̄. quam de predictis c s̄. quietum esse faciant. Teste rege apud Lutegareshal, xxvij die Marcii.

1231.

[m. 17.] *Pro Huberto Hoese.*—Mandatum est priori de Hadfeld' quod de firma manerii de Hadfeld' de termino Pasche anno etc. xv, sine omni dilatione reddat Huberto Hoese cui de mandato regis de firma ejusdem manerii est intendens. Teste rege apud Lutegar', xxvj die Marcii.

Pro Willelmo Britone.—Mandatum est W. de Ralegh' et W. de Insula quod inquisitionem inter Willelmum Lungesp' et Oliverum de Aencurt et Willelmum Britonem quem rex misit ad H. de Burgo etc. pro quibusdam negociis suis, et que fieri debuit coram eis in crastino octabarum Pasche, ponant in respectum usque in crastinum Ascensionis Domini. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi.—Rex concessit W. Carleolensi episcopo quod mercatum quod rex eidem episcopo concesserat teneri apud manerium de Meleburn', quod idem episcopus tenet de rege ad vitam suam per antiquam firmam, singulis septimanis per diem Mercurii, decetero teneatur singulis septimanis per diem Sabbati apud Neweton' que est menbrum predicti manerii de Meleburn'. Concessit etiam eidem episcopo quod feria quam rex ei concesserat teneri singulis annis apud Meleburn', que incipiat in vigilia Nativitatis Beate Marie duratura per v dies, teneatur ibidem per octo dies; videlicet, in vigilia Nativitatis Beate Marie, in ipso die et per sex dies proximo sequentes.

Et mandatum est vicecomiti Dereb' quod predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et teneri sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 16.] *De damis datis.*—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Roberto Lupo duos damos et viij damas in foresta regis de Shirewod' de dono regis, ponendos in parco suo de Carleton'. Teste rege apud Lutegareshal', xxvj die Marcii.

Pro Anketillo Mallore.—Rex perdonavit Anketillo Mallore v marcas quas regi debet in hoc termino Pasche anno etc. xv, de fine xxx marcarum quem cum rege fecit pro Aaron de Eboraco, Judeo, de debito quod Willelmus de Mulethorp' ei debuit.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Anketillum de illis v marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Merleberg', xxvij die Marcii.

De districtione facienda pro debitis regis.—Mandatum est constabulario Merleberg' quod distringat uxorem Alexandri Minnot et heredes suos ad reddendum Willelmo de Haverhull' ad opus regis xlvj s. et viij d. quos idem Alexander regi debet pro arreragio debiti quod regi debuit pro vinis regis ei venditis. Teste rege apud Merleberg', xxviij die Marcii.

Pro hospitali Sancti Bartholomei Oxonie.—Mandatum est H. de Nevill' quod permittat leprosos hospitalis Sancti Bartholomei Oxonie, capere estoverium suum in bosco de Geriswod', quem habent de dono J. regis, sicut capere consueverunt tempore ipsius J. regis. Teste ut supra.

1231.

[m. 16.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Johanni elemosinario regis tres quercus in bosco de Clarend' ad elemosinarium regis de Clarend' emendandam. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod permittat Willelmum de Beauver capere v quercus in bosco suo de Alrefeu ad domos suas, que combuste fuerunt apud Braested', reparandas. Teste rege apud Merleberg', xxix die Marcii.

Pro Henrico filio Nicholai.—Mandatum est Johanni de Colemere quod v dolia vini Wasconie que custodes vinorum regis Suhamt' ei liberabunt per preceptum regis ad opus Henrici filii Nicholai, constabularii de Corf', ab eis recipiat et eidem Henrico ea habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis custodibus etc. quod ea eidem Henrico liberent, sicut predictum est.

De custodiendo prisone.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod Baldewinum de Raddon', quem cives Exonie ceperunt propter vulnus quod intulit Waltero la Chawe, majori Exonie, per quod de vita ejus desperatur, recipiat et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Haya.—Rex concessit Radulfo de Haya quod habeat unum mercatum singulis septimanis per diem Martis apud manerium suum de Bulewell, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod mercatum illud clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Merleberg', xxx die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod in foresta regis de Cet faciat habere priorisse de Ambresbir' xx quercus ad claustrum suum de Ambresbir' reparandum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Monem' quod in foresta regis de Clarend' faciat habere eidem priorisse duas quercus ad emendationem stallorum monialium ejusdem prioratus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Bruera de perdonatione.—Rex ad petitionem Isabelle sororis sue, perdonavit Roberto de Bruera x marcas ad sustentationem uxoris sue, quas debet Benedicto le Evesk', Judeo Lond'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod eundem Robertum de predictis x marcis quietum esse, et cirographum inter eos confectum ab archa regis extrahi et eidem Roberto una cum carta quam idem Judeus inde habet, liberari faciat. Teste ut supra.

Pro B. de Insula.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis que sunt in custodia sua apud Lond', faciat habere B. de Insula unum dolium vini Wasconie de dono regis. Teste ut supra.

1231.

[m. 16.] *Pro Ricardo Luvel.*—Rex per cartam suam concessit Ricardo Luvel pro se et heredibus suis quod idem Ricardus et heredes sui inperpetuum habeant liberam warennam in dominicis suis de honore de Kary. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et warennam illam secundum tenorem predicte carte clamari faciat et teneri. Teste ut supra.

Et mandatum est Johanni de Munem' quod predictam warennam et teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

[In cedula.] H. Dei gracia rex Anglie etc. dilecto et fideli suo Thome de Samford salutem. Sciatis quod concessimus et per cartam nostram confirmavimus dilecto nobis Warino, capellano nostro, custodi hospitalis de Crickelad', et successoribus suis custodibus ejusdem hospitalis, quod ipsi absque inpedimento et contradictione forestariorum, viridariorum et omnium ministrorum suorum habeant inperpetuum liberum cheminagium per forestam nostram de Bradene cum equis et carectis suis, in eundo et redeundo ad buscam, carbonem et maeremium, quod in eadem foresta perquisierint, ad opus pauperum et fratrum ejusdem hospitalis et ad usus eorumdem fratrum et pauperum tam ex dono quam ex empto ducenda usque ad predictum hospitale. Et ideo vobis mandamus quod predictam concessionem nostram eidem Warino et successoribus suis custodibus hospitalis predicti teneri faciatis. Teste me ipso apud Merleberg', j die Aprilis, anno regni nostri xv.

[m. 16.] *De damis datis.*—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat Olivero de Vallibus v damos in foresta de Axiholt', de dono regis. Teste rege apud Merleberg', ij die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat magistro Johanni, capellano Isabelle sororis regis, duas quercus in balliva sua ad quandam domum levandam, de dono regis. Teste ut supra.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquela que est coram eis in instanti die Dominica proxima post Octabas Pasche inter Robertum de Wulfrinton' et Johannem de Eton', Robertum de Ordeshal', Adam de Hayton', et Hugonem de Eton', de bosco ipsius Roberti de Eton' prostrato, dum fuit in servicio regis in partibus transmarinis, et loquela que summonita est coram eis inter eosdem Johannem, Robertum, Adam et Hugonem petentes, et predictum Robertum de Wulfrinton' tenentem, de tercia parte manerii de Ethon', ponant in respectum de die in diem usque ad diem Dominicam proximum post predictam diem Dominicam proximam post Octabas Pasche. Teste ut supra.

De vulneratione majoris Exonie.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod, assumptis secum legalibus militibus de comitatu suo tam coronatoribus quam aliis, in propria persona sua accedat ad Walterum la Chawe, majorem Exonie, quem Baldewinus de Raddon' dicebatur ita vulnerasse quod de morte ejus timebatur, pro quo rex alias ei precepit quod eundem

1231.

[m. 16.] Baldewinum a ballivis Exonie, qui eum arestaverant, reciperet et in prisona regis salvo custodiret et diligenter videat et attendat utrum ipse major ex lesione quam idem Baldewinus ei fecit, fuerit in periculo mortis an non; et si ipsum majorem in periculo mortis invenerit, tunc ipsum Baldewinum salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Si vero de morte ejus non sit timendum, et idem B. sufficiens plegium ei invenire voluerit ad standum inde recto quando rex preceperit, tunc ipsum ita deliberari faciat. Quod autem super hoc fecerit et in quo statu ipsum majorem invenerit, per literas suas domino regi significet. Teste ut supra.

Hibernia. Pro W. de Sancto Albano.—Rex R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Datum est nobis intelligi quod postquam episcopatus de Kildelo vacare cepit, vacavit etiam quedam prebenda in eodem episcopatu. Quia vero cupimus W. de Sancto Albano clericum nostrum in eandem ecclesiam promoveri, vobis mandamus quod si in prefata vacaverit aliqua prebenda sive dignitas, vel contingerit in posterum vacare, quamdiu idem episcopatus extiterit in manu nostra, prebendam ipsam sive dignitatem memorato clerico nostro nomine nostro conferatis; decetero in fide qua nobis tenemini, nobis significantes quamcito in eodem episcopatu vel aliis episcopatibus vacantibus contigerit prebendam vel dignitatem vacare, quam ratione hujusmodi episcopatuum vacantium et in manu nostra existentium conferre possimus; plurimumque admiramur quod nec tempore quo vos extitistis justiciarius noster Hibernie nec temporibus aliorum justiciariorum nostrorum, de hujusmodi prebendis vel dignitatibus ad donationem nostram spectantibus tempore quo episcopatus in Hibernia vacaverunt, aliquid audivimus vel aliquam contulimus. Volentes igitur quod nichil amodo fiat vel disponatur de predictis prebendis vel dignitatibus sine auctoritate nostra, vobis mandamus quod nullo modo omittatis quin statim cum taliter vacare contigerint, nos inde certificetis ut pro voluntate nostra eas conferre possimus. Teste rege apud Rading', iiij die Aprilis.

Pro Fulcone filio Ricardi.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod quamdiu Fulco filius Ricardi fuerit coronator regis in eodem comitatu, non permittat quod ponatur in assisis, juratis vel recognicionibus. Teste ut supra.

Pro capellano de Geldeford'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod habere faciat Hereberto capellano ministranti in capella regis apud Geldeford', id quod ei restat reddendum de liberatione sua debita et consueta, quam percipit per annum; et decetero liberationem ipsam sicut reddi debet et solet, eidem capellano reddi faciat. Teste rege apud Keneton', v die Aprilis.

Pro Willelmo de Vernun.—Rex concessit Willelmo de Vernun quod quamdiu fuerit justiciarius Cestr', ballivus ipsius Willelmi, custos terrarum suarum in comitatu Linc', non ponatur in assisis vel recognicionibus. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictum ballivum in assisis vel recognicionibus interim non ponat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1231.

[m. 16.] *Quod W. de Christi Ecclesia veniat ad regem.*—Mandatum est magistro Willelmo de Cristecherch' quod ex quo Johannes de Monemuth' et Walterus de Clifford' receperint fidelitatem hominum qui tenuerunt de W. Marescallo quondam comite Penbr' domino suo, qui mortuus est, et apposita salva custodia in castris que fuerunt predicti comitis et Willelmi de Breosa, sine dilatione veniat ad dominum regem cum eo locuturus. Teste, etc.

De nave permittenda abire.—Mandatum est G. de Lucy quod navem Rogeri de la Wyke, in qua idem Rogerus posuit centum quarteria frumenti, que emit ab R. Britone, decano Wymburn', ducenda ad partes transmarinas, libere et sine impedimento abire permittat cum ipso blado. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Aprilis.

De damis datis Rannulfo Britoni.—Quia constat regi quod comes W. Marescallus in vita sua concessit Rannulfo Britoni de dono suo xv damas et v damos in parco suo de Weston', quos quidem damos et damas idem Rannulfus nondum habuit, mandatum est ballivo de Weston' quod predictas xv damas et v damos eidem Rannulfo habere faciat in eodem parco. Teste ut supra.

Pro Alano de Lindon'.—Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Quia Alanus de Lindon' fecit nos securos per Hugonem Dispensatorem, Galfridum Dispensatorem, Petrum de Sancto Edwardo et Johannem de Ripariis ad standum recto coram justiciariis nostris ad primam assisam etc. si quis versus eum loqui voluerit de morte cujusdam hominis ignoti, qui inventus fuit occisus juxta Staumford', unde Ricardus Ferrant, Hobbe Wad, Rogerus Wutere, Willelmus Waiteschath', Simon de Stainesby, Avic' la Daye et Ricardus de Gretton', homines ipsius Alani, capti et detenti in prisona nostra apud Norhamt', rettati sunt; tibi precipimus quod eundem Alanum terras et catalla sua in pace permittas. Et si quid de terris vel catallis suis pro predicto retto ceperis vel detinueris, id ei sine dilatione deliberari facias. Et habeas ibi hoc breve. . Teste etc. ut supra.

De prisonibus deliberandis.—Et mandatum est eidem vicecomiti quod si predicti Ricardus, Hobbe et alii predicti capti et detenti in prisona apud Norhamt', ut predictum est, invenerint ei xij probos et legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam, ad standum inde recto si quis inde loqui voluerit, tunc ipsos a prisona deliberet et terras et catalla sua interim eis in pace habere permittat.

[m. 15.] *Pro Willelmo May de quodam respectu.*—Rex concessit Willelmo May custodi terre et heredum Gileberti de Montibus quod respectum habeat de debito sexaginta marcarum quas Samuel et Avegaya Judei Norhamt' exigunt ab eo, occasione custodie predicte, de debito quod predictus Gilebertus debuit eisdem Judeis usque ad legitimam etatem heredum predicti Gileberti; ita quod interim in eodem debito non currat usura. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis

1231.

[m. 15.] quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, x die Aprilis, anno etc. xv. Per ipsum regem.

Pro Alicia de Nereford.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod perdonavimus Alicie de Nereford tresdecim libras et xl denarios qui exiguntur ab ea pro Rogero de Geddinges de quadam terra quam ipsa contulit prioratui Sancte Marie de Prato in Norf'. Et ideo vobis mandamus quod ipsam inde quietam esse faciatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat comiti de Ferrariis quinque damas in foresta de Rokingeham de dono domini regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum regis quod Maria, que fuit uxor Reginaldi de Carleton', appellat Matildem uxorem Johannis Cut de morte predicti Reginaldi odio et athia et non eo etc.; mandatum est vicecomiti Bed' quod si ipsa Matildis invenerit xij probos etc. coram justiciariis ad primam assisam etc. Teste ut supra.

De manerio de Clatford' commisso Walerando Teutonico. — Rex concessit Walerando Teutonico manerium de Clatford' cum pertinentiis, quod comes W. Marescallus tenuit de baillio regis de terris Normannorum, habendum et tenendum de rege et heredibus suis eidem Walerando et heredibus suis quousque dominus rex illud reddiderit rectis heredibus per voluntatem suam vel per pacem; et si contingat quod illud reddiderit sicut predictum est, dominus rex vel heredes sui facient eidem Walerando vel heredibus suis racionabile escambium in wardis vel escaetis ad valenciam ejusdem manerii. Et mandatur vicecomiti Suhamt' quod eidem Walerando plenam saisinam habere faciat de manerio predicto cum pertinentiis. Teste ut supra.

De loquela in respectum ponenda, que est inter regem et priorem Sancte Trinitatis Kantuarie.—Rex loquelam que est inter regem et priorem Sancte Trinitatis Kantuarie de villa de Sandwic', posuit in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xvj. Et hoc signat rex justiciariis de Banco. Teste rege apud Westmonasterium, xij die Aprilis.

Pro magistro Eadmundo de Abbendon'.—Mandatum est W. de Cantilup' quod non vexet magistrum Edmundum de Abbendon', thesaurarium Sarrisburie, contra libertates episcopo et canonicis ecclesie Sarrisburiensis concessas per cartam regis quam eis inde fieri fecit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivo Merleberg', ballivo de Chipeham, constabulario Divisarum.

Pro Radulfo de Trublevill' de perdonatione.—Rex perdonavit Radulfo de Trublevill' xliiij s. ex una parte et xxxiiij s. ex altera parte qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de prestito Hibernie

1231.

[m. 15.] et Wallie de tempore J. regis etc. Perdonavit etiam rex eidem Radulfo duas marcas quas regi debuit de scutagiis de Kery, Portesm', et Pictavie, que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de quarta parte feodi j militis quod de rege tenet in Brochamt'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Radulfum, tam de predictis xliiij s̃. et xxxiiij s̃. quam de predictis ij marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro capellano hospitalis Cycestr'.—Mandatum est Johanni de Gatesden quod habere facias Thome capellano hospitalis leprosorum Cycestr' id quod ei restat reddendum de elemosina regis constituta de tempore quo fuit vicecomes Surr'. Teste ut supra.

Pro Johanne de Chavigny.—Rex pro se et heredibus suis concessit Johanni de Chavigny quod tota vita sua habeat hanc libertatem, quod non ponatur in assisis, juratis vel recognicionibus. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod hanc libertatem in balliva sua ei teneri faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia constat regi per inquisitionem quod Johannes filius Galfridi appellat Johannem de Shesnecot' de morte Galfridi le Sauser odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Glouc' quod si idem Johannes invenerit ei xij legales homines etc. coram justiciariis ad primam assisam etc. tunc etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Ralegh' x quercus in bosco de Cliva, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvj die Aprilis.

Pro abbate de Waverle.—Mandatum est constabulario Windles'* quod permittat abbatem de Waverl' capere in bosco suo de Waneberg' maeremium ad operationem ecclesie sue de Waverl', sine vasto. Teste ut supra. Per S. de Sedgrave.

Pro Rogero de Sumery.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod non distringat Rogerum de Sumery per dominicas terras suas pro scutagio regis Pictavie post primam transfretationem regis ipsi regi debito de feodis militum que idem Rogerus de rege tenet in capite, nisi idem Rogerus scutagium illud receperit a predictis militibus et nisi idem Rogerus scutagium regi debeat de dominicis suis, si scutagium inde regi debeatur. Teste ut supra.

De liberatione data.—Rex concessit Johanni de Tudel' liberationem unius denarii quam Armagan percipere solebat in die de elemosina regis constituta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem illam ei habere faciant. Teste ut supra

* Corrected from "Johanni de Venuz."

1231.

[m. 15.] *Pro comitissa Penbr', sorore regis.*—Rex providit quod A. comitissa Penbr' moram faciat apud Intebergh' et in castro illic perendinet, donec rex ei assignaverit dotem suam de terris que fuerunt W. Marescalli etc. quondam viri sui, et quod estoverium suum habeat sufficienter de bonis que fuerunt predicti comitis in eodem manerio et alibi in comitatu Wigornie. Et mandatum est eidem vicecomiti quod predictam comitissam ad morandum in predicto manerio et castro admittat et de predictis bonis ei estoverium suum habere faciat, ita quod inter senescallum ipsius comitisse, quem ad hoc assignaverit, et ballivum ipsius vicecomitis ad hoc assignandum, fiant tallie de misis et expensis quas facturus est in predicta comitissa exhibenda de predictis bonis, ut inde cum necesse fuerit, distincte et aperte possit respondere. Teste ut supra.

Et mandatum est J. de Monem' et Waltero de Clifford' quod de predictis rebus et catallis que sunt in custodia sua de bonis predicti comitis Marescalli ad predictam comitissam exhibendam, quantum necesse fuerit ei habere faciant, ita quod inter senescallum predicte comitisse et ballivos eorum fiant tallie de misis et expensis ut supra.

Et Ricardo servienti de Inteberg' mandatum est quod ipsam comitissam et familiam suam in predicto castro ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo etc. de manerio de Stratton'.—Rex dedit et carta sua confirmavit H. de Burgo etc., et heredibus suis, manerium de Stratton' in comitatu Salopie cum omnibus pertinentiis suis, tam infra manerium illud quam extra, habendum de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis, reddendo inde regi et heredibus suis ad Scaccarium annuatim xvj li. ad duos terminos; videlicet, ad Scaccarium Pasche viij li. et ad Scaccarium Sancti Michaelis viij li. sicut plenius etc. in carta continetur. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant.

Pro uxore Wenunwin'.—Rex perdonavit Margarete, que fuit uxor Wenunwin', tallagium quod Willelmus Basset et Eustachius de Ludeham, quondam assessores tallagii regis, assederunt per preceptum regis anno etc. xj, super duas partes manerii de Assheford', quas eadem Margareta tenet de rege ad firmam quamdiu regi placuerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam Margaretam de predicto tallagio quietam esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Aprilis.

Pro priore de Simplingham.—Mandatum est vicecomiti Notingh' et Dereby quod non distringat priorem de Semplingh' pro auxilio vicecomitis ei faciendo contra libertatem suam quam idem prior habet per cartas predecessorum regis Anglie et confirmacionem regis, per quas concessum est ei quod de predicto auxilio sit quietus, non obstante eo quod hucusque non est usus libertate predicta. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Rex vicecomiti Suff' salutem. Quia per inquisitionem quam fieri precepimus, accepimus quod Alicia que fuit uxor Willelmi de Wadingefeld' appellat Petrum de Priditon', Robertum de Brochol', Gilebertum Cocum, Rogerum Curtpeil et Willelmum Tregoz de

1231.

[m. 15.] morte predicti Willelmi de Wadingefeld', odio et atia et non eo quod inde culpabiles sunt, tibi precipimus quod si singuli predictorum invenerint tibi xij probos et legales homines de comitatu tuo qui manucapiant eos habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, tunc singulos illorum tradas in baillio illis xij probis et legalibus hominibus qui eos manuceperint, sicut predictum est, et habeas ibi nomina singulorum xij et hoc breve. Teste ut supra.

Pro vicecomite de Rohan'.—R. comes Cornubie reddidit regi maneria de Eston' et de Hunigham que idem comes tenuit de ballio regis, et sunt de feodo Alani vicecomitis de Rohan. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod de predictis maneriis cum pertinentiis eidem vicecomiti vel ballivis suis ad opus ejusdem vicecomitis plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Aprilis.

De executione testamenti W. comitis Marescalli.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod omnia catalla que fuerunt W. Marescalli quondam comitis Penbr' in balliva sua, liberari faciat executoribus testamenti ipsius comitis vel eorum certis nuntiis literas suas patentes deferentibus, ad executionem testamenti ejusdem faciendam, retentis tamen ad opus regis bobus et auris de carucis quos per probos et legales homines appreciari faciat, et precium eorundem regi sine dilatione significet. Salvo etiam Alienore comitisse Penbroc' racionabili estoverio suo de catallis que fuerunt ipsius comitis in manerio de Inteberg', sicut rex alias ei precepit. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Aprilis.

Eodem modo scribitur:—W. de Clifford' et J. de Monem', apposito Netherwent' loco Inteberg'; vicecomitibus Oxonie, Glouc', Hertf', Bedef', Berk', Dors', Kanc', Sussex', Wiltes, Heref'; excepta hac clausula, "salvo etiam" etc.

Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod omnia catalla que fuerunt W. Marescalli etc. in Hibernia, liberari faciat executoribus testamenti ipsius comitis vel eorum certo nuntio literas suas patentes deferenti, ad executionem ejusdem testamenti faciendam. Teste ut supra.

De respectu inquisitionis.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod inquisitionem quam rex fieri precepit de dampnis factis in foresta regis de Cannok' de viridi et venatione et aliis factis per forgias levatas in eadem foresta, ponat in respectum donec A. Coventrensis et Lichefeldensis episcopus inquisitioni faciende possit interesse. Teste ut supra.

Pro Ricardo Foliot.—Ricardus Foliot, frater et heres Willelmi Foliot, venit ad servicium regis, et ad petitionem R. comitis Cestr' et Linc' reddidit rex eidem Ricardo totam terram quam predictus Willelmus, frater suus, tenuit de jure suo hereditario in Troules et Welles, et que est in manu

1231.

[m. 15.] Thome de Cyrencestr'* de ballio regis. Et mandatum est eidem Thome quod eidem Ricardo de terra predicta cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro canonicis de Croxton'.—Rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis abbati et canonicis de Croxton' xlviij s̄. redditus cum pertinentiis in Twiford', de terra quam Thomas de Twiford' et Juliana uxor ejus tenent de rege in eadem villa; et x s̄. et viij đ. redditus cum pertinentiis in Skeftinton' de terra quam Johannes filius Simonis tenet de rege in eadem villa; et xxvj đ. redditus cum pertinentiis in Tilton' de terra quam Johannes clericus de rege tenet in eadem villa; et xx s̄. redditus cum pertinentiis quas homines de Muntsorel regi reddere consueverint ad Scaccarium de assartis factis in campis de Roele; et xxij s̄. redditus cum pertinentiis quas homines de Roel' regi reddere consueverunt de assartis factis in eisdem campis de Roel', sicut plenius continetur in predicta carta eis inde facta. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod de singulis predictis redditibus eis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

[in scedula.] Rex per cartam suam intuitu dedit et concessit abbati et canonicis de Croxton' xlviij s̄. redditus cum pertinentiis in Twyford', de terra quam Thomas de Twyford' et Juliana uxor ejus tenent de rege in eadem villa; et x s̄. et viij đ. redditus cum pertinentiis in Skeftintun', de terra quam Johannes filius Simonis de rege tenet in eadem villa; et xxvj đ. redditus cum pertinentiis in Tylton', de terra quam Johannes clericus de rege tenet in eadem villa; et xx s̄. redditus cum pertinentiis quas homines de Muntsorel regi reddere consueverunt singulis annis ad Scaccarium suum de essartis factis in campis de Roele; et xx s̄. redditus cum pertinentiis quas homines de Roel' regi reddere consueverunt singulis annis ad Scaccarium de essartis factis in campis predictis de Roel'; habendas† et tenendas de rege et heredibus suis sibi et successoribus suis inperpetuum in liberam puram et perpetuam elemosinam, loco centum solidorum quos predicti abbas et canonici percipere consueverunt singulis annis ad Scaccarium pro anima J. regis etc. de quibus centum solidis reddendis decetero rex erga eosdem abbatem et canonicos quietus erit et solutus. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxj die Aprilis, anno etc. xv.

[m. 15.] *Patens.*—Et mandatum est eisdem tenentibus quod singuli eorum de singulis redditibus predictis eisdem abbati et canonicis decetero sint intendentes et respondentes. In cujus etc. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam quod Gunnilda, que fuit uxor Henrici de Godehull', appellat Thomam Eskelling de morte predicti Henrici odio et athia et non etc., mandatum est vicecomiti Glouc' quod si idem Thomas invenerit ei xij probos et legales homines etc., tunc tradat eum in ballium etc. Teste ut supra.

---

* Substituted for "Vic' Devon."

† This feminine shows that the s̄. does not stand for *solidus*, but *solidata*, and similarly đ. for *denariata*.

1231.

[m. 15.] *Pro Johanne filio Galfridi.*—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod non distringat Johannem filium Galfridi ad scutagium regis reddendum pro exercitu Pictavie post primam transfretacionem regis de feodis que tenet de honore de Kamel, quia ipse habuit scutagium illud ad opus suum per preceptum regis. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Suhamt' quod de primis vinis, que venerint usque Suhamt', capiant ad opus regis xl vel l dolia vini et ea liberent custodibus vinorum domini regis ibidem, ponenda in celariis domini regis et custodienda, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod dominus rex perdonavit W. Karleolensi episcopo novem libras x solidos et xi denarios quos recepit de pannagio foreste regis de Cumbria, anno regni regis septimo, et quos exegerunt per summonitionem Scaccarii sui una cum pannagio sexaginta et trium porcorum et quadraginta et sex hoggorum, et quod de predictis ix lĩ. x s̃. et xj đ. et predicto pannagio lxiij porcorum et xlvj hoggorum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De hospiciis forestariorum Cumbrie.—Rex non vult quod forestarii de foresta Cumberl' decetero hospitentur ad custum hominum regis de terris suis dominicis infra comitatum Cumbrie. Et mandatum est Thome de Muleton' quod predictos forestarios ad custum hominum regis de predictis dominicis suis nullatenus hospitari permittat in eisdem dominicis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur B. de Insula.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavell' quod habere faciat abbati de Flexl' x quercus in foresta de Sancto Briavell' ad ecclesiam suam et domos abbatie sue reparandas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Flexle.—Mandatum est Rogero de Clifford' quod permittat abbatem et monachos de Flexl' habere pasturam in foresta regis de Den' ad animalia sua, sicut eam habere consueverunt in eadem foresta temporibus H regis, R. regis et J. regis, usque ad guerram motam inter ipsum regem et barones suos Anglie. Teste ut supra.

Pro Johanne de Sancto Johanne capellano justiciarii.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod plenam saisinam habere faciat Johanni de Sancto Johanne, capellano H. de Burgo etc. de una carucata terre cum pertinentiis in Nortwod', quam Stephanus de Nortwod', qui nuper obiit, tenuit de rege in capite, et quam idem Stephanus in vita sua concessit et dimisit eidem Ricardo unacum quadam carucata terre in Scapeya per finem factum inter eos coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu suo usque ad terminum xv annorum, et similiter custodiam Rogeri,

1231.

[m. 15.] filii et heredis predicti Stephani cum maritagio ejus, quem similiter eidem Ricardo habere faciat. Teste ut supra.*

Pro Henrico filio Nicholai.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis quod servicium de Burton', scilicet quatuor lī. et vj đ. et servicium de Dalnuode, scilicet de quarta parte feodi unius militis, et servicium de Hertlegh', scilicet xx s̄., et servicium de Whitewell', scilicet iiij s̄., pertinent ad manerium regis de Fordinton', quod rex dimisit Henrico filio Nicholai ad firmam ad vitam suam; mandatum est vicecomiti Dors' quod de predictis serviciis ipsi Henr'co plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Hibernia. De castris et terris que fuerunt comitis Marescalli.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod si constabularii castrorum que fuerunt W. comitis Marescalli in Hibernia, quibus rex mandaverat quod predicta castra Walerano Theutonico liberent aut quod ad regem veniant in Angliam locuturi cum rege, castra ipsa ei liberare neque ad regem venire noluerint, ipse una cum predicto Walerano ad castra ipsa perquirenda omnem quam poterit diligentiam apponant (*sic*) et ad saisinam terrarum que fuerunt ejusdem comitis in Hibernia capiendam, ei consulens sit et auxilians. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Johanni Wascelin tres damos in foresta de Shirewod' de dono regis. Teste ut supra.

[m. 14.] *Pro Godefrido de Craucumb' de warenna.*—Rex concessit et carta sua confirmavit Godefrido de Craucumbe pro se et heredibus suis quod ipsi et heredes sui habeant inperpetuum warennam in terra sua manerii sui de Middelton', quod est infra metas regis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad liberam warennam pertinentibus; ita quod ipse et heredes sui de leporibus in predicta warenna fugatis, si exierint usque in warennam regis, libere et sine inpedimento et occasione suum habeant percursum ad lepores fugatos in warenna sua et fugientes in warennam regis capiendos. Et mandatum est B. de Insula quod predictum G. super predicta warenna sua non vexet nec vexari permittat. Teste rege apud Windles', xxv die Aprilis.

Pro Johanne Wascelin' de quadam custodia.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod habere faciat Johanni Wascelin' plenam saisinam de custodia terre que fuit Stephani de Muschans in Beiremor' quam rex ei concessit post obitum Philippi de Ulecot', qui custodiam illam habuit, non obstante eo quod Willelmus filius et heres predicti Stephani qui nondum plene etatis est, ut dicitur, se misit in saisinam terre predicte, cujus fortiam, si necesse fuerit, ammoveat et predictum Johannem usque ad etatem

* There is another entry, to the same effect as this, above it, dated Windsor, 25 April, cancelled *quia aliter inferius*. The name, however, is Richard de S. Johanne, not John.

1231.

[m. 14.] legitimam predicti Willelmi in custodia predicte terre manuteneat. Teste ut supra.

De vinis arestandis apud Bristoll'.—Rex auctore Domino erit apud Glouc' celebraturus ibi festum instantis Pentecostes. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod apud Bristoll' arestari faciat xxx dolia vini ad opus regis, quorum xv depositis ibidem, alia xv dolia sine dilatione cariari faciat usque Glouc' contra adventum regis, de hiis et aliis sibi providendo de quibus occasione adventus domini regis sibi viderit providendum. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod in foresta de Windles' faciat habere uxori Walerani Teutonici v vetera robora folia non ferentia ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Windles', xxviij die Aprilis.

De castris de Huntinton' et de Radenour'.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod castra regis de Huntinton' et de Radenour', que sunt in custodia sua, bene muniri faciat et ea nullo modo tradat alicui occasione alicujus precepti ei hucusque facti per regem vel per justiciarium, antequam rex ad partes illas personaliter venerit. Teste ut supra.

De judicio reddendo inter regem et cives Lond'.—Mandatum est justiciariis de banco quod sine dilatione procedant ad judicium reddendum super contentione illa que fuit inter regem et cives Lond' de libertate Hithe Regine Lond', unde jurata nuper capta fuit coram R. Cycestrensi episcopo et S. de Sedgrave et quibusdam aliis fidelibus regis similiter ibidem presentibus. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod in foresta de Windles' faciat habere Philippo de Albin' duas quercus ad maeremium faciendum ad se hospitandum apud Windles', de dono regis. Teste rege apud Windles', xxviij die Aprilis.

Pro monialibus de Bromhal'.—Rex perdonavit monialibus de Bromhal' pannagium xxxvj porcorum quod regi debuerunt de anno etc. xv. Et mandatum est agistatoribus foreste Windles' quod ipsas de predicto pannagio quietas esse permittant. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Ponte Palmerio et uxore ejus.—Ostensum est regi ex parte Reginaldi de Ponte Palmerii quod terram suam quam tenet de ballio regis in Norton', vicecomes Sumerset' cepit in manum regis occasione mortis ipsius Reginaldi, de qua rex nichil audivit. Et quia licet idem Reginaldus mortuus esset, quod absit, rex concessit uxori sue totam terram predictam tenendam tota vita sua. Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod terram illam reddat ballivis ipsius regis cum omnibus catallis suis in ea inventis, et si quid inde per ipsum vel ballivos suos vel aliquos alios fuerit amotum, id sine dilatione plene reddi faciat. Teste ut supra.

1231.

[m. 14.] *De conducendis denariis.*—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod ad quingentas libras salvo conducendas, de quibus rex ei mandavit quod eas liberari faceret Waltero de Brackel' vel Willelmo de Haverhull' ad regem deferendas, assignet de hominibus regis una cum hominibus quos major Lond' de mandato regis ad hoc assignabit, quibus idem episcopus custum suum habere faciat. Teste rege apud Windles', xxix die Aprilis.

Et mandatum est Waltero de Brackel' vel Willelmo de Haverhull', si idem Walterus presens non fuerit Lond', accedat ad dictum episcopum cum literis regis ei directis, tam de denariis illis liberandis quam de conductu, quas lator presentium eis liberabit, cum literis directis majori et vicecomitibus Lond' de cariagio et de conductu, predictas quingentas libras ad regem usque Glouc' salvo deferat sub predicto conductu.

De quercubus datis.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod habere faciat magistro Herveo Cornub' x quercus in foresta regis de Cet ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro comitissa Penbr'.—Rex commisit A. comitisse Penbroc' manerium de Beggeworth' cum pertinentiis ad se sustentandum donec certa dos et racionabilis ei fuerit assignata de terris que fuerunt W. Marescalli, comitis Penbr' quondam viri sui. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem comitisse de predicto manerio cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est, salvis executoribus testamenti ipsius comitis rebus et catallis que habuit in eodem manerio ad testamentum suum exequendum, eodem modo quo rex inde nuper fieri precepit. Teste rege apud Walingford', xxx die Aprilis.

Eodem modo scribitur:—vicecomiti Hereford', de manerio de Weston; vicecomiti Wigornie, de manerio de Intebergh'; vicecomiti Wiltes', de manerio de Wexameh'. Teste ut supra.

Pro comitissa Penbroc'.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat A. comitisse Penbroc' vj damos in foresta de Fekeham, de dono regis. Teste rege apud Walingef', j die Maii.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod in foresta Windles' faciat habere Reginaldo de Warderoba tria vetera robora,* de dono regis. Teste ut supra.

De claudenda curia regis apud Suhamt'.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat ballivis Suhamt' clausturam et palum in Nova Foresta regis, ubi commodius et competentius capi poterunt ad curiam regis circa aulam suam Suhamt' claudendam. Teste rege apud Waling', ij die Maii, anno regni nostri xv.

Pro abbate Abbendon' de waranto vocato in curia sua.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod Willelmum Edine de Norfulele, quem Willelmus Est de Serneya vocat ad warantum in curia abbatis de Abbend' de quodam

* "folia non ferentia" is cancelled here.

1231.

[m. 14.] latrocinio cum eo invento, venire faciat ad curiam predicti abbatis ad standum recto et predicto Willelmo inde respondendum. Teste rege apud Oxoniam, ij die Maii.

De vinis retinendis apud Glouc' ad opus regis, et similiter apud Heref'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod ex quo non invenit vina ad opus regis apud Bristollum prout regi signavit, omnia vina que inveniet venalia in celariis ville Glouc' retineat ad opus regis. Teste rege apud Oxoniam, xij die Maii.

Rex est in veniendo versus partes Heref'. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod omnia vina venalia inventa apud Heref' in celariis et alibi ad opus regis capi et retineri faciat. Teste ut supra.

Pro abbate Rading'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad capellam Sancte Anne super pontem Rading' ultra Tamisiam, cujus quedam pars fundata est super feodum abbatis Rading' et alia pars super feodum W. comitis Marescalli, et per visum et testimonium eorundem hominum habere faciat eidem abbati talem saisinam de dicta capella qualem inde habuit die quo prefatus comes obiit. Teste ut supra.

Pro Waltero de Evermue.—Rex concessit Waltero de Everm' maneria de Kantokesheved et de Hiwis cum pertinentiis habenda et tenenda eidem Waltero tota vita sua, nisi forte contingat quod oporteat regem maneria illa reddere rectis heredibus. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod eidem Waltero de predictis maneriis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Oxoniam, iij die Maii.

Pro Philippo de Kyma.—Rex concessit Philippo de Kyme quod de omnibus debitis que debet Aaron de Eboraco, Aaron Blundo de Lond', Elye Blundo, Leoni et Peitevin et Hake de Linc' et filiis Manasser Lescrivein, Judeis, reddat eisdem Judeis singulis annis de cetero c marcas apud Lond' ad terminos quos justiciarii Judeorum ei duxerint prefigendos, donec eisdem Judeis de predictis debitis fuerit satisfactum; ita videlicet quod quantitas solutionis faciende singulis eorundem Judeorum de predictis c marcis respondeat quantitati debitorum in quibus idem Philippus eisdem Judeis tenetur; et quamdiu reddiderit ipsis Judeis centum marcas per annum, non currant usure predicto debiti. Et mandatum est predictis justiciariis quod hoc inrotulari et fieri faciant. Teste ut supra.

De navibus deliberandis.—Mandatum est ballivis Portesm' quod navem quandam de Cepta carcatam mercandisis, et quatuor naves vinis carcatas et arestatas in portu suo, accepta a mercatoribus et magistris earundem navium bona et sufficienti securitate quod cum navibus illis mercandisis et vinis carcatis divertent ad partes Lond' vel ad nundinas Hoiland' secundum electionem suam, ipsos cum predictis navibus a portu suo per predictam securitatem libere recedere permittant. Teste ut supra.

Pro monialibus de Godestowe.—Rex concessit abbatisse et monialibus de Godestowe quod in bosco de Hildesden', quem rex eis concessit loco

1231.

[m. 14.] duarum carettarum busce quas habere consueverunt in foresta de Shotovr' singulis diebus ad focum suum, decetero prosterni faciant et adunari sine inpedimento buscam ad focum suum in saisona anni qua illud melius et commodius facere poterunt ad totum annum, cariandam ad domum suam quando voluerint; et nihilominus habeant duas carettas itinerantes ad buscam in hieme in eodem bosco si voluerint. Et ideo mandatum est Hugoni de Nevill' quod ipsas inde non inpediat quin libere et sine omni occasione buscam adunare possint et cariare de eodem bosco de Hildesden' ad focum suum tempore anni quo voluerint et quando commodius id facere possint, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro hominibus Oxonie.—Rex dilecto et fideli suo Hugoni de Nevill'* salutem. Mandamus vobis quod, ubi competencius capi poterit, faciatis habere probis hominibus nostris Oxonie, buscam in balliva sua† de dono nostro ad quendam rogum faciendum ad operationem murorum ville sue. Teste me ipso apud Wudestok', iiij die Maii, anno ut supra.

De majore in villa Oxonie eligendo.—Rex probis hominibus Oxonie salutem. Mandamus vobis quod loco Johannis Pady qui major fuit vester, in presencia vicecomitis Oxonie eligatis vobis alium majorem talem qui sufficiat ad officium majoritatis exequendum; et postea prestet eidem vicecomiti sacramentum loco nostro, secundum quod fieri consuevit, quod ea que ad officium suum pertinent, fideliter exequatur. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxonie.—Rex concessit magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxonie gardinum quod fuit Judeorum Oxonie in suburbiis Oxonie extra portam orientalem, ad erigendum ibidem suum hospitale, salva Judeis predictis placia competenti extra idem gardinum ad sepulturam Judeorum mortuorum. Et mandatum est ballivis Oxonie quod predictis magistro et fratribus de predicto gardino cum pertinentiis, salva inde predictis Judeis quadam placia competenti ad sepulturam Judeorum mortuorum, sine dilatione plenam saisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Otinton', v die Maii.

De parco de Wudestok' claudendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod scire faciat omnibus hominibus de comitatu suo, quorum terre adjacent vel vicine sunt parco domini regis de Wudestok', quod propter gravia dampna que incurrunt per feras domini regis blada eorum destruentes, concessit dominus rex quod eundem parcum claudi faciant. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum, quod Robertus filius Johannis captus et in prisona regis detentus pro morte Matildis de Wautre, unde rettatus est, odio et athia inde rettatus est et non eo quod inde culpabilis sit. Et mandatum est vicecomiti Hertf' de tradendo eum in ballium xij etc. usque ad primam assisam etc.

* Corrected from "Briano de Insula."

† Corrected from "in bosco de Shothor'."

1231.

[m. 14.] *De scutellis et salsariis faciendis ad opus regis.*—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod xx scutellas argenteas, unamquamque de pondere duarum marcarum, et x salsaria, unumquodque de pondere x s̃, fieri faciat ad opus regis, et cum facta fuerint fortia etsi non grandia, regi significet.

[m. 13.] *De warderoba de Wudestok' cooperienda.*—Mandatum est Thome de Langel' quod in balliva sua, ubi poterit competentius et ad minus nocumentum foreste regis, faciat habere vicecomiti Oxonie maeremium ad scindulas faciendas ad warderobam regis de Wudestok' cooperiendam. Teste rege apud Glouc', viij die Maii.

De liberatione data Aloette.—Rex concessit Alvredo Aloette, hostiario Isabelle sororis regis, liberationem duorum denariorum in die quam Christiana de Rumes', que mortua est, ut dicitur, percipere consuevit per manus vestras de firma ville nostre Wintonie. Et mandatum est ballivis Wintonie quod predictam liberationem ij đ. in die eidem Alvredo habere faciant, sicut predicta Christiana eam percipere consuevit. Teste ut supra.

De alia liberatione data cuidam garcioni H. de Burgo etc.—Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' pro Homedeu le Bretun de coquina H. de Burgo etc. de liberatione unius denarii quam Robertus de Thorinny, quondam nuncius ejusdem justiciarii, percipere solebat per manum suam.

Pro Baldewino de Bethun'.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod, non obstante precepto regis nuper ei facto de saisina facienda Walerando Teutonico de manerio de Clatford' cum pertinentiis, faciat habere Baldewino de Bethun catalla et blada sua que seminari fecit in medietate ejusdem manerii, quam habuit de ballio W. comitis Marescalli qui manerium illud tenuit de ballio regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod in foresta Windles' faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia tres damos de dono regis. Teste rege apud Glouc', x die Maii.

Pro Baldewino de Frivill'.—Mandatur W. Exoniensi episcopo quod Luciam filiam et heredem Ricardi de Scalariis, que penes eum consistit ut rex audivit, reddat Baldewino de Frivill', cui rex commisit custodiam terre et heredis predicti Ricardi. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Thomas Eskelling', captus e detentus in prisona regis apud Glouc' pro morte Henrici de Nattegrave, unde Gunnilda que fuit uxor ejusdem Henrici eum appellat, habet literas directas vicecomiti Dorset' et Sumerset' quod cum ei invenerit xij qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc., significet vicecomiti Glouc' etc. ut ipse eisdem xij tradat in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' etc.

1231.

m. 13.

Pro Godefrido de Craucumba.—Rex concessit Godefrido de Craucumbe quod buscam et maeremium, que perquirere poterit in balliva sua de dono cujuslibet, sive de empto sive modo alio, sine inpedimento per ballivam suam cariari faciat quo voluerit. Et mandatum est Ricardo de Wrotham quod liberum chiminagium ad hoc ipsum habere permittat; ita quod per ipsum vel per ballivos suos non inpediatur. Teste rege apud Glouc', xiij die Maii.

Hibernia. Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Sepius vobis in mandatis dedisse meminimus quod habere faceretis dilecto et fideli nostro Radulfo filio Nicholai servicium nostrum de Uriel et de Mida de uno anno nobis debitum per xl dies, in auxilium claudendi castrum suum de Donelamein; quod quidem servicium, ut audivimus, ei nondum habere fecistis. Unde plurimum admirantes vobis mandamus firmiter injungentes quod si ipse servicium predictum non habuerit sicut asserit, tunc idem servicium ei in denariis habere faciatis, si eos qui servicium illud nobis debent ad hoc inducere possitis, ad quod laboretis cum effectu. Alioquin idem servicium ei alio modo habere faciatis, ne mandata nostra decetero multiplicare debeamus, unde majus animo nostro ingeratur fastidium. Teste ut supra.

Hibernia. Pro comitissa de Penbroc'.—Mandatum est eidem justiciario quod habere faciat A. comitisse Penbroc' racionabilem dotem suam que eam contingit de omnibus terris et tenementis que fuerunt W. Marescalli comitis Penbr', quondam viri sui, in Hibernia, tam in dominicis quam in homagiis et serviciis militum et aliorum liberorum hominum, et omnibus aliis de quibus secundum consuetudinem terre debeat dos assignari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavell'* quod habere faciat abbati Glouc' v bonas quercus de dono regis in balliva de Stanton' in foresta de Den', in auxilium reparandi domos suas de Rudel', que nuper combuste fuerunt. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo de Picheford'.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod demandam xx li. quam per summonicionem Scaccarii nostri Dublin' facit Radulfo de Picheford' senescallo Radulfi filii Nicholai, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xv. Teste ut supra.

De Katerina domicilla sororis regis desponsanda.—Mandatum est Isabelle, sorori regis, et Roberto de Musegros quod Katerinam, domicillam suam, usque Strigoil per Robertum de Bruera, qui eam det ibidem Thome de Hemmegrave in uxorem; et cum fuerit desponsata, idem Robertus revertatur; quibus etiam in itinere versus Strigoil in expensis necessariis provideri faciat. Teste ut supra.

* Corrected from "Johanni de Munem."

1231.

[m. 13.] *De castris de Huntinton' et Radenoure.*—Mandatum est vicecomiti Heref' quod sollicitus sit, sicut honorem regis et se ipsum diligit, de castris de Huntinton' et de Radenor' salvo custodiendis; ita quod custodia quam ad ea apposuerit, regi cedat ad securitatem et honorem, et ne regi dampnum inde eveniat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Henrico de Capella v damos in forestis de Whichewod' et Bernewod', de dono regis. Teste et supra.

Pro Waltero de Godarvill'.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve de recto inter Thomam de Hinton' petentem et Walterum de Godarvill', quem rex misit in servicium suum in marchiis Wallie, tenentem, de una virgata terre in Petrichesham, ponat in respectum quousque de partibus illis redierit. Teste rege apud Glouc', xv die Maii.

De damo dato.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Willelmo Britoni unum damum in foresta de Cliva, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone Graundin.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Henricum de Nafford' petentem et Hugonem Graundin tenentem, de terra in Aspel' et Eya, ponant in respectum quamdiu Hugo fuerit in servicio regis in partibus transmarinis per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo Sanzaver.—Eodem modo scribitur eisdem de loquela que est inter Willelmum de Huntercumbe et Radulfum Sanzaver, quem rex misit in marchias Wallie, de placito warantie carte ponendo in respectum quamdiu idem Radulfus ibidem fuerit per preceptum regis. Teste ut supra.

De judicio faciendo de manerio de Wik'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, vocatis ad se justiciariis de Banco, unanimi consilio procedant ad judicium faciendum et promulgandum de loquela que est coram eis per preceptum regis inter regem et Thomam Norwicensem episcopum de manerio de Wyk' cum pertinentiis, quia nullo modo vult rex quod predictum judicium ulteriorem capiat dilationem. Teste ut supra.

De castris que fuerunt comitis Marescalli in Anglia.—Rex Henrico le Gras constabulario Penbr' salutem. Satis audivimus quam fideliter vos gessistis erga nos post obitum W. Marescalli, comitis Penbr', de quo grates vobis referimus. Mandamus autem vobis quod castris que habetis in custodia dimissis interim in custodia Johannis Marescalli et Amaurici de Sancto Amando, quos ad partes illas transmittimus, ad nos veniatis nobiscum locuturi. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni de Cusinton', constabulario de Kilgaran; Waltero filio Gileberti, constabulario de Tymbey; Weremundo de Peremort, constabulario de Haverford'.

1231.

[m. 13.] Et mandatum est per literas patentes baronibus, militibus, liberis hominibus et aliis tenentibus de comitatu Penbr' et de Ros, quod si ipsi constabularii non possint induci ad reddendum eis predicta castra, nihilominus omittant quin coram eis fidelitatem faciant domino regi.

Et per alias literas patentes mandatur eisdem quod partes suas interponant ut predicta castra dictis Johanni et Amaurico liberentur, quibus per alias literas patentes rex associavit Willelmum Crassum, ad omnia predicta.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Roberto Agoillun v damos in foresta de Selewod', de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Hugo filius Ade, quem Alicia, que fuit uxor Willelmi de Wadingfeld', appellat de morte predicti Willelmi odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit, sicut constat per inquisitionem, habet literas directas vicecomiti Essex' quod tradat eum in ballium sex probis et legalibus hominibus usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

Pro comitissa Penbr'.—Mandatum est custodibus vinorum Bristoll' quod de melioribus vinis regis, que sunt in custodia sua, faciat habere A. comitisse Penbr' tria dolia vini, de dono regis. Teste rege apud Glouc', xv die Maii.

De appello ponendo in respectum.—Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Eboraci quod appellum illud quod Johannes de Esthorp' facit versus magistrum Ricardum de Aumania de pace regis fracta, ponat in respectum usque ad adventum aliorum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

Pro Thoma Corbet et aliis.—Ostensum est regi ex parte Thome Corbet de Hedlegh', Maddoc de Sutton', Philippi de Burewardel', Egidii de Erdinton', Rogeri de Leiburn', Willelmi de Gamages et Rogeri de Sumervill' et quorundam aliorum graviter conquerentium quod barones de Scaccario summoneri fecerunt et atachiari quod essent coram eis apud Westmonasterium in crastino Sancte Trinitatis, ad ostendendum quo waranto teneant terras suas, de quo rex plurimum admiratur, cum id sine speciali precepto regis id fecisse non debuerint. Et mandatum est eisdem baronibus quod decetero loqueiam illam vel alias ei consimiles non teneant. Nec si forte ad diem predictum coram eis comparuerint, propter absentiam suam ipsos non occasionet. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Staff' et Salopie quod ipsos non distringat ad veniendum coram eisdem baronibus ad diem predictum. Teste ut supra.

Pro Margareta de Sumery.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod, non obstante precepto regis de facienda saisina Waltero de Everu' de maneriis de Cantokesheved' et de Hiwis, sine dilatione plenam saisinam

1231.

[m. 13.] habere faciat Margarete de Sumery de predictis maneriis cum pertinentiis, que ei interim assignata fuerunt per preceptum regis loco dotis, ad se sustentandum donec certa dos ei assignaretur de terris que fuerunt Mauricii de Gant, quondam viri sui. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao de Verdun.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod loquelam que est coram eo in Curia regis Hibernie per breve de recto inter Radulfum Bagod petentem et Nicholaum de Vered' tenentem, qui est cum rege in Anglia in servicio suo per preceptum suum, de feodo unius militis cum pertinentiis in Raz, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno xv. Teste ut supra.

De manerio de Kavereshain.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, non obstante precepto regis ei facto de terris W. comitis Marescalli capiendis in manum regis, plenam saisinam habere faciat abbati Sancti Augustini Bristoll' et Henrico filio Geroldi vel alteri illorum, si ambo ad eum non venerint, de manerio de Kaveresham cum pertinentiis, quod predictus comes ante obitum suum per cartam suam assignavit ad se acquietandum singulis annis de c lī. donec quietus esset de bonis que post mortem W. comitis Marescalli senioris, patris sui, et comitisse matris sue recepit, relictis ad testamentum ipsorum exequendum, quorum executores predicti abbas et Henricus extiterunt. Teste ut supra.

De attornato abbatis Glouc'.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod recipiat loco abbatis Glouc' attornatum suum quem voluerit, ad sectas comitatus et hundredi in hiis que ad regem pertinent pro ipso abbate faciendas. Teste ut supra.

Pro Olivero de Aencurt.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod sine dilatione talem saisinam habere faciat Olivero de Aencurt et Nicholae uxori ejus de manerio de Dodinton' cum pertinentiis in balliva sua, unde ipsos Oliverum et Nicholaam dissaisivit per preceptum regis, et saisinam inde fecit Rannulfo Britoni, qualem inde habaerunt ante susceptionem mandati regii de ipsis dissaisiendis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo etc. de quodam mercato et quadam feria.—H. de Burgo habet per cartam regis unum mercatum apud Cumpton' in comitatu Warewic' singulis septimanis per diem Lune, et unam feriam singulis annis ibidem per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino apostolorum Petri et Pauli; nisi mercatum illud et feria illa sint etc. Et mandatum est vicecomiti War' etc. Teste ut supra.

Pro Roberto de Sabloil.—Mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod talem saisinam sine dilatione faciat habere Roberto de Sabloil de omnibus terris, tenementis et feodis suis que habuit in Insula Oleronis, qualem inde habuit tempore quo eum inde ultimo disseisivit comes March'. Teste rege apud Hopo, xv die Maii, anno regis ejusdem xv.

1231.

[m 13.] *De mercato mutato.*—Rex concessit W. comiti Warenn' quod mercatum suum quod teneri consuevit apud manerium suum de Roinges singulis septimanis per diem Sabbati, de cetero teneatur ibidem per diem Lune, nisi etc.

Et mandatum est vicecomiti Essex' etc.

Pro Johanne filio Alani.—Mandatum est constabulario Divisarum quod ad terram Johannis filii Alani manum non mittat, eo quod dicebatur ipsum mortuum esse, et qui, benedictus Deus, convaluit; occasione cujus mortis idem constabularius cepit in manum regis manerium suum de Kivel' et res et catalla sua fecit asportari; nec aliquid ei inpedimentum faciat quin ipse et sui inde libere disponere possint et sine inpedimento. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex' et Oxonie de terris suis in balliva sua.

Pro Ricardo de Blechindon.'—Quia crudele esset et inhumanum compellere Ricardum de Blechindon', qui lumine privatus est oculorum, ad faciendum sectas comitatus et hundredi in propria persona sua, mandatum est vicecomiti Glouc' quod* aliquem et ad hoc idoneum hominem loco suo ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Quod Hubertus Hoese veniat ad regem de Brechinio.—Mandatum est Huberto Hoes' quod visis literis istis veniat ad regem cum eo locuturus, dimissis militibus regis quos rex misit secum ad castrum de Brechenniho in eodem castro ad illud custodiendum, qui interim sint intendentes Waltero de Clifford'. Teste ut supra.

Et mandatum est eisdem militibus quod in predicto castro remaneant et illud salvo custodiant; ita quod interim eidem Waltero sint intendentes.

Pro Willelmo filio Warini.—Rex perdonavit Willelmo filio Warini vj marcas quas regi debet pro scutagio Pictaviensi post primam transfretacionem regis de feodis duorum militum que de rege tenet in Dylun. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod eidem Willelmo de predictis vj marcis pacem habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Gammages.—Rex perdonavit Willelmo de Gammages iij marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro prestito Hibernie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis iij marcis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat Johanni filio Nicholai de Hope, hospiti Philippi de Albin', tria fusta in bosco de Leauuode infra forestam de Den' ad domos suas reparandas, que nuper combuste fuerunt, de dono regis. Teste rege apud Leiminstr', xxij die Maii.

[m 12.] *De perdonatione mortis.*—Quia constat regi per juratam que nuper capta fuit coram S. de Sedgrave, justiciario regis, ad gaiolam de Leiminstr'

* Omitted in MS.

1231.

[m. 12.] deliberandam assignato, quod Reginaldus de Grendon' rettatus et appellatus de morte Stephani de Putleston' per infortunium occidit predictum Stephanum, volentem inparcare averia ipsius Reginaldi que custodiebat, per jactum lapidis quo ipsum casu percussit in capite et non animo vel intentione ipsum interficiendi, perdonavit rex eidem Reginaldo, quantum ad regem pertinet, mortem predicti Stephani; ita tamen quod stet inde recto si quis versus eum loqui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod predictum Reginaldum occasione predicta captum et in prisona abbatis Rading' apud Leiminstr', deliberari faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Ludelawe, xxij die Maii.

Pro Radulfo de Trublevill'.—Rex perdonavit Radulfo de Trublevill' lxv. s̄. qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de catallis fugitivorum de tempore quo fuit vicecomes Norhamt'. Perdonavit etiam rex eidem Radulfo dimidiam marcam que ab eo exigitur per summonicionem Scaccarii de misericordia in qua Willelmus filius Gileberti incidit coram justiciariis itinerantibus in comitatu illo pro nova dissaisina, et quam dimidiam marcam idem Radulfus recepit, ut dicitur. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Radulfum, tam de predictis lxv. s̄. quam de predicta dimidia marca quietum esse faciant. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod in balliva sua faciat habere infra festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xv Isabelle sorori regis moram facienti in castro de Merleberg' per preceptum regis, sex damos de dono regis. Teste rege apud Wenlac, xxiij die Maii.

Pro Ricardo de Sancto Johanne. — Mandatum est Johanni de Colemere quod in nundinis Sancti Botulfi proximo instantibus faciat habere Ricardo de Sancto Johanne, capellano H. de Burgo etc., unum dolium boni vini de dono regis et duo dolia boni vini ad forum regis et ad denarios suos. Teste rege apud Wenlac', xxv die Maii.

Pro Willelmo Britone. — Mandatum est Hugoni de Nevill' quod assumptis secum Willelmo de Insula et vicecomite Norhamt', in propria persona sua accedat ad boscum regis de Dodinton', et per visum et testimonium eorum et viridariorum et forestariorum partium illarum assignari faciat Willelmo Britoni l acras bosci ad perticam regis in horis ejusdem bosci in loco ubi competentius et ad minus nocumentum foreste regis ei possint assignari, ad essartandum et excolendum, de dono regis; et assignatione illa facta, ut predictum est, per literas suas scire faciat regi distincte et aperte metas et divisas per quas predicte l acre in eodem bosco eidem Willelmo fuerint assignate. Teste ut supra.

De militibus existentibus in castro de Brecheniho.—Mandatum est militibus existentibus apud Brecheniho quod remaneant in municione castri illius ad custodiam ipsius castri, et intendentes sint Waltero de Clifford' donec rex aliud preceperit. Teste ut supra.

Idem mandatum est militibus existentibus in Bergeveny.

1231.

[m. 12.] *Pro Thoma de Hemmegrave.*—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat Thome de Hemmegrave areragia sua que ei debentur de finibus et perquisitis, quamdiu habuit custodiam castri de Strigoil, ad expensas suas de tempore quo fuit custos ejusdem castri acquietandas. Teste rege apud Wenlac', xxvj die Maii.

Pro Boidino de Argu.—Robertus de Muscamp', in presentia regis et comitum et baronum apud Nonetas, dedit Boydino de Argu et carta sua confirmavit unam carucatam terre et dimidiam et tres bovatas terre et unum molendinum et sex acras prati cum pertinentiis in Halsinton', in Scotia, et inde homagium ejus cepit in presentia regis. Idem etiam Robertus commisit predicto Boidino manerium suum de Chevelingham in comitatu Norhumbrie, habendum in tenantiam donec adeptus esset saisinam predicte terre in Scotia; et hoc eidem Boidino confirmavit rex. Et quia indecens esset quod ea que in presentia regis et auctoritate ejus mediante fiunt, irritarentur, hoc protestatur rex S. de Sedgrave et sociis suis justiciariis itineraturis in comitatu Eboraci, mandans quod eadem rata et inconcussa faciant consistere.

De perdonatione pro Waltero Burnel.—Rex perdonavit Waltero Burnel dimidiam marcam que ab eo exigitur per summonicionem Scaccarii de amerciamento in itinere S. de Sedgrave, quamdiu rex fuit in partibus transmarinis. Et mandatum est vicecomiti Salopie, quod de predicta dimidia marca ei pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro hominibus Salopie.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod veterem palum et veterem bretaschiam de vetere fossato ville Salopie, faciat habere probis hominibus Salopie ad novum fossatum ejusdem ville, quod fieri fecerunt, efforciandum et emendandum. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Meaudr' et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod habere faciat Reginaldo de Meaudr' et Isolde uxori ejus dimidiam marcam annuam quam eis reddi consuevit de terra que fuit Theobaldi le Musner in Noting' per preceptum J. regis etc. pro dampno quod predicta Isolda recepit tempore J. regis de hereditate sua de redditu dimidie marce per annum per incrementum forinseci ballii castri de Noting', antequam predictus Reginaldus predictam Isoldam duceret in uxorem. Teste ut supra.

Pro hominibus de Salopia.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod habere faciat probis hominibus Salopie in haia regis de Lichewuid in diversis locis per trencheias, palum et closturam in loci* ubi capi possit ad minus dampnum et nocumentum predicte haie, ad hiruciones circa villam Salopie faciendas ad ipsam villam claudendam. Teste ut supra.

Pro Philippo de Pirie et Theobaldo de Bellehus.—Mandatum est ballivo P. comitis Britannie in Anglia quod, non obstante eo quod rex reddidit eidem comiti manerium de Netlested', permittat Philippum de Pirie

* Sic in MS.

1231.

[m. 12.] et Theobaldum de Bellehus habere blada sua que fecerunt seminari in terris ejusdem manerii, antequam rex illud predicto comiti reddidisset. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo Blundo.—Rex ad instantiam R. de Burgo justiciario Hibernie, concessit Radulfo Blundo, servienti suo, custodiam terre que fuit Rogeri filii Britonis le Butiller in Karmein et in Dublin', usque ad etatem heredum predicti Rogeri, salvis regi custodia et maritagio heredum ejusdem Rogeri. Et mandatum est eidem justiciario quod de custodia predicte terre ipsi Radulfo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Kydeministr', xxvij die Maii.

De roboribus datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod in foresta regis de Morf' faciat habere leprosis Sancti Lazari de Bruges, quatuor vetera robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Gorges.—Mandatum est Johanni de Monem' * quod permittat Thomam de Gorges et uxorem ejus et familiam suam habere de sicco et mortuo bosco buscam racionabiliter ad focum suum in bosco regis de Porestok'. Teste rege apud Wigorniam, xvij die Maii.

Pro comitissa de Penbr'.—Rex vicecomiti Hertf'† salutem. Precipimus tibi quod eo quod commisimus dilecte sorori nostre A. comitisse Pembrok manerium de Westun' ad se sustentandum donec certa dos ei fuerit assignata, non amoveas boves et carucatas‡ que fuerunt W. Marescalli, quondam comitis Pembrok', in eodem manerio, set eos ibidem remanere permittas ad terras ejusdem manerii excolendas, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Evesham, xxviij die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt'§ de manerio de Wexcumb'; et vicecomiti Glouc' de manerio de Begeworth; et vicecomiti Wigornie de manerio de Inteberg'.

Mandatum est ballivis foreste de Feekeham quod habere faciant Alienore comitisse Penbr' sex damos in foresta de Fecham, de dono regis. Teste ut supra.

De Galfrido de Sancto Dionisio.—Mandatum est Galfrido de Sancto Dionisio quod, papilionibus regis salvo repositis in castro Heref', usque Lond' redire non differat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Heref' quod papiliones illos in eodem castro salvo repori faciat. Teste ut supra.

Pro Baldewino de Bethun' et Henrico de Brayboef.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod, eo non obstante quod rex concessit Walerando Teutonico manerium de Clatford', habere faciat Baldewino de Bethun' et Henrico de Brayboef' blada sua que seminari fecerunt in eodem manerio, dum illud tenuerunt de ballio W. comitis Marescalli. Teste ut supra.

* Corrected from "Ricardo de Wrotham'."
† Sic in MS. It is "Heref'" in a similar entry on p. 498.
‡ Sic in MS.
§ Corrected from "Hertf'."

1231.

[ID. 12.] *Pro Willelmo de Cantilup'.*—Rex concessit Willelmo de Cantilup' quod habeat inperpetuum, ipse et heredes sui, unum mercatum apud manerium suum de Berewic' singulis septimanis per diem Martis, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Sumers' etc.

De roboribus datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat priori Hospitalis Sancti Johannis Bureford' iij robora in foresta de Wichewod' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Otinton', xxix die Maii.

De cervis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in foresta regis de Essemora faciat habere Rogero la Zuche quatuor cervos, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxx die Maii. Per Philippum de Albin'.

De robore dato.—Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wichewod' faciat habere Paulino de Wncheles' unum vetus robur ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xxx die Maii.

De manerio de Watlington'.—Mandatum est R. comiti Pictavie et Cornubie quod de manerio regis de Watlinton' plenam saisinam habere faciat Godefrido de Craucumbe, cui rex commisit castrum Walingf' custodiendum quamdiu regi placuerit, ad custodiam ejusdem castri. Teste rege apud Oxoniam, xxxj die Maii.

De roboribus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod non obstante eo quod rex ei dedit in mandatis quod habere faceret Fratribus Minoribus Oxonie xiij robora sicca folia non ferentia in foresta de Brehull', faciat habere eisdem fratribus ibidem totidem robora alia quam folia non ferentia, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wichewod' faciat habere Radulfo filio Radulfi filii Nicholai vij quercus ad se hospitandum apud Eston', de dono regis. Teste rege apud Walingford', xxxj die Maii.

Pro Alano de Winceleis.—Mandatum est ballivis regis de Insula de Geres' et de Gerner' quod permittat Alanum de Winceleis, servientem regis, habere saisinam de xlij s̄. et iij đ. redditus Turonensium cum pertinentiis in Linovill', quam Ricardus de Gray ei inde fecit per preceptum regis tempore quo habuit custodiam predictarum insularum de ballio regis, ita quod inde non dissaisiatur sine speciali precepto regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est B. de Insula quod in foresta regis de Gautric' faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia v quercus, de dono regis ad molendina sua Eboraci reparanda. Teste ut supra.

Pro priore de Sanderford'.—Rex vicecomiti Berkes' salutem. Ostenderunt nobis prior et canonici de Sandreford' quod comes Galfridus de

1231.

[m. 12.] Perch' dedit eis redditum tresdecim marcarum singulis annis percipiendum de molendino de Neubir'; quem quidem redditum pacifice possederunt usque ad tempus quo predictum molendinum devenit in manum nostram occasione mortis W. comitis Marescalli. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc de tempore quo predictum molendinum extitit in manu nostra et in ea remanebit, prefatum redditum habere faciatis, sicut eum recipere consueverunt antequam molendinum illud devenit in manum nostram. Teste rege apud Rading', secundo die Junii, anno regni nostri xv.

Pro Briano filio Alani.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod dilectus et fidelis noster Brianus filius Alani unus est de justiciariis nostris assignatis ad itinerandum in comitatu Eboraci ad omnia placita, cum dilecto et fideli nostro S. de Segrave, a die Sancte Trinitatis in tres septimanas per preceptum nostrum; et Hugo de Manneby vicecomes ipsius de comitatu Norhumbrie est coram dilecto et fideli nostro Briano de Insula, qui incepit itinerare ad placita foreste a die Sancte Trinitatis in xv dies in eodem comitatu; ita quod neque predictus Brianus neque predictus Hugo ejus vicecomes poterit ad terminum eidem vicecomiti statutum post festum Sancti Johannis Baptiste anno regni nostri xv, venire coram vobis ad Scaccarium nostrum pro visu compoti sui faciendo de termino Pasche anno eodem proximo preterito; unde dedimus eidem Briano et vicecomiti suo respectum usque in crastinum Sancti Michaelis anno predicto de predicto visu compoti sui faciendo. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste me ipso apud Windes', iij die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere Roberto de Curtenay duos damos de foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Simone, aurifabro de Noting'.—Rex vicecomiti Notingh' salutem. Quia constat nobis per inquisicionem factam per preceptum nostrum, quod unum toftum cum pertinentiis in Notingh' quod fuit Bruni Passelewe, qui abjuravit terram nostram pro morte hominis, extitit in manu nostra per unum annum et unum diem, et quod predictus Brunus tenuit toftum illud de Simone aurifabro de Notingh', tibi precipimus quod predicto Simoni de predicto tofto cum pertinentiis plenam saisinam habere facias. Teste me ipso apud Windesor', iij die Junii, anno regni nostri xv°.

De damo dato.—Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat Ricardo de Clare unum damum in foresta Windles', de dono regis. Teste rege apud Windles', iij die Junii.

Pro Alano de Cropping'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod quamdiu Alanus de Cropping' fuerit constabularius Windles', non permittat ipsum poni in assisis, juratis vel recognicionibus. Teste rege ut supra.

1231.

[m. 12.] *Hibernia. Pro episcopo Lismorensi.*—Mandatum est justiciario Hibernie quod de quibusdam terris que vocantur Kilros, Kilgarvan et Derevein, et de quibus dissaisivit G. Lismorensem episcopum, unde idem episcopus conqueritur, ei plenam saisinam habere faciat si sine causa racionabili eum spoliaverit; et si spoliationis sue subfuerit causa racione subnixa, regem reddat inde certiorem per literas suas et literas L. Dublinensis archiepiscopi, L. Fernensis episcopi, G. de Turvill', archidiaconi Dublinensis testimoniales, quibus etiam scribitur quod predicte spoliationis causam audiant; quam si invenerint racione subnixam, regi per literas suas testimoniales significent.

De liberatione data.—Rex concessit Luce sumetario de Garderoba regis liberationem trium obolorum in die, quam Rogerus Passavant percipere consuevit de concessione regis per manum vicecomitis Essex'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictam liberationem trium obolorum in die eidem Luce habere faciant. Teste rege apud Keneton', v die Junii.

[m. 11.] *De tradendo in ballio.*—Nicholaus de Kelly, quem Emma Curtle appellat de morte Alicie Curtle, sororis sue, odio et athia, ut rex accepit per inquisitionem, habet literas directas vicecomiti Devon' de tradendo ipsum xij etc. in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Junii.

Pro Emerico de Sacy.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cartam Emerici de Sacy, quam habet de manerio de Barton', ad Scaccarium regis inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Emma de Cnaresburg'.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum regis quod Robertus de Cnaresburg', qui suspensus fuit pro latrocinio unde convictus fuit, tenuit de hereditate Emme uxoris sue unum toftum cum pertinentiis in Scardeburg', et quod toftum illud postea saisitum fuit in manum nostram occasione predicte suspensionis; mandatum est vicecomiti Eboraci quod predicte Emme de predicto tofto cum pertinentiis, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro episcopo Bathoniensi. — Rex vicecomiti Wiltesir' salutem. Ostendit nobis venerabilis pater J. Bathoniensis episcopus quod, cum tulerit tibi breve nostrum quod ei habere faceres scutagium pro exercitu nostro de Kery et de prima transfretacione nostra, unde idem episcopus nobis respondere tenetur ad Scaccarium nostrum, et tu occasione predicti precepti nostri distringi feceris Willelmum de Ferariis per averia sua pro scutagiis predictis, qui tenet feodum unius militis de feodo predicti episcopi in baillia tua, idem Willelmus scutagia predicta reddere contradicit, asserens quod comes Marescallus eum de predictis scutagiis acquietare tenebatur, ut de terra quam ei dedit comes Marescallus in liberum maritagium cum uxore sua; et ea occasione hactenus nobis a retro sunt scutagia predicta. Et quia prefatus Willelmus versus predic-

1231.

[m. 11.] tum comitem se debuit perquisivisse, ita quod eum inde acquietaret, ad quod faciendum satis tempus habuit et se in hac parte minime perquisivit; tibi precipimus quod nisi ipse Willelmus predicta scutagia tibi reddidit, tu de averiis suis per te vendendis scutagia predicta sine dilatione fieri facias, et ea predicto episcopo liberes ad respondendum inde ad Scaccarium nostrum. Teste me ipso apud Westmonasterium, ix die Junii, anno regni nostri xv°.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat W. de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond', xx quercus in forinseco bosco regis de Hatfeld', ad vivarium regis de Neuport' reparandum. Teste rege apud Westmonasterium, ix die Junii.

De nundinis Sancti Botulfi.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod in nullo se intromittat de nundinis Sancti Botulfi nisi ad petitionem ballivorum P. ducis Britannie, comitis Richem', et secundum quod ei dicent; quia predictas nundinas rex eidem comiti reddidit cum omnibus libertatibus ad predictas nundinas pertinentibus. Teste ut supra.

De roboribus datis. — Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat Alexandro de Swereford', archidiacono Salopie, x robora ad focum suum in foresta Windles', de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem pro Petro Grimbald' de x roboribus ad focum suum.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Radulfo Gernun x quercus, ubi melius et competentius capi possint in balliva sua in dominicis boscis regis, excepto dominico bosco regis de Kingeswod', ad bretaschiam suam de Gernunera, que igne consumpta est, relevandam. Teste ut supra.

Pro Magistro Johanne Blundo.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis, que sunt in celario suo Lond', faciat habere magistro Johanni Blundo unum dolium vini Wasconie, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lucy.—Rex concessit Galfrido de Lucy quod capiat in horis foreste Windles' duos cervos et tres damos, de dono regis. Et mandatum est constabulario Windles' quod predictos cervos et damos eidem Galfrido capere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis, que sunt in celario regis Lond', faciat habere Galfrido de Lucy unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Cliva. — Mandatum est vicecomiti Cornubie quod loquelam que summonita in comitatu tuo per breve regis inter Walterum filium Willelmi querentem et abbatem de Cliva defendentem, de racionabilibus divisis faciendis inter terram ipsius Walteri in Oterham et terram

1231.

[m. 11.] ipsius abbatis in Treglestan', ponat in respectum donec idem abbas redierit a Curia Romana, quo profectus est in servicio regis. Teste rege apud Westmonasterium, x die Junii.

De quarellis liberandis.—Mandatum est constabulario Porecestr' quod quarellos regis quos Hugo de Sancto Phileberto ei liberavit custodiendos in reditu suo de Britannia, habere faciat Bernardo de Grimesby et Vincentio de Hasting', quos rex mittit in Britanniam, cum pecunia missa comiti Britannie. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat magistro Johanni Blundo v robora in bosco de Haveringes, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod in foresta regis de Rokingh' faciat habere Willelmo de Ralegh' duos damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xij die Junii.

Eodem modo scribitur Johanni de Monem' de duobus damis in foresta de Gillingham datis eidem Willelmo.

De vinis emendis in nundinis Sancti Botulfi ad opus regis.—Mandatum est custodibus nundinarum Sancti Botulfi de Hoyland' quod auxiliantes sint et consulentes Johanni de Colemere, quem dominus rex ad eos mittit ad vina in predictis nundinis ad opus domini regis emenda et ponenda in castris et in dominicis regis per diversa loca, sicut dominus rex eidem Johanni injunxit, sicut eadem vina emi consueverunt tempore domini J. regis, patris, et tempore domini regis usque ad hec tempora. Teste ut supra.

Pro Jordano de Barnevill' de Gernere.—Mandatum est baillivis de Gerner' quod habere faciant Jordano de Barnevill', filio et heredi Mauricii de Lucy, talem saisinam de terra sua cum pertinentiis in Gerner', qualem dominus rex inde habuit quando terram illam cepit in manum suam post mortem ipsius Mauricii. Teste ut supra.

Pro episcopo Bathoniensi.—Rex concessit et carta sua confirmavit J. Bathoniensi episcopo quod ipse et successores sui inperpetuum habeant in manerio suo de Ceddr' easdem libertates et quietantias quas eis concessit rex habendas in aliis maneriis suis. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod in pleno comitatu suo predictam cartam legi et libertates et quietantias in ea contentas eis firmiter faciat observari. Teste rege apud Westmonasterium, x die Junii.

Eodem modo scribitur J. de Monem' et Ricardo de Wrotham et baronibus de Scaccario quod cartam ipsam legi et inrotulari faciant, et libertates ipsas eis teneant et teneri faciant.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod hoc ita inrotulari et teneri faciant.

1231.

[m. 11.] *De quercubus datis.*—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciant (*sic*) Waltero de Kirkeham etc. x bonas quercus in parco de Hadfeld' ad vivarium regis de Neuport, quod est in manu sua, reparandum. Teste rege apud Haueringes', xiij die Junii.

De brednis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat Johanni filio Philippi ducentas bremias in vivario regis de Fecham ad vivarium ipsius Johannis de Kenefar' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lungespee.—Rex perdonavit Willelmo de Lungespee amerciamentum in quod homines sui inciderunt coram vicecomite Linc', eo quod non interfuerunt inquisitioni faciende de morte cujusdam hominis qui interfectus fuit in terra ipsius Willelmi de Sutton'. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicto amerciamento eisdem hominibus pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Henrico filio Aucheri.—Rex concessit Henrico filio Aucheri quod possit accrescere parcum suum de Erpinges de sex acris de dominico bosco suo de Erping' ad perticam regis. Et mandatum est B. de Insula quod predictum parcum de predictis vj acris eidem Henrico accrescere permittat. Teste ut supra.

Pro quondam uxore Willelmi de Aucrinton'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod per visum proborum et legalium hominum de comitatu suo, assignari faciat Bye que fuit uxor Willelmi de Aucrinton', racionabilem portionem de terris que fuerunt ipsius Willelmi, quas de rege tenuit in capite in balliva sua, ad sustentationem suam quousque dos sua ei inde racionabiliter assignetur. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis, quod Willelmus Helle Helle, Simon de Lak' et Hugo de Dunstapl', Thomas Attepiler et Robertus Helle, capti et detenti in prisona regis apud Oxoniam pro morte Willelmi de Botelegh', unde Christiana que fuit uxor predicti Willelmi et Willelmus Molendinarius eos appellant, appellati sunt odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Oxonie quod si quilibet illorum invenerit ei sex probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc, tunc tradat eos in ballium, sicut predictum est. Et habeat ibi nomina illorum sex et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Argent'.—Mandatum est custodi honoris Walingeford' quod loquelam que est in curia ejusdem honoris hac die Martis proxima post festum Sancti Barnabe Apostoli, inter Willelmum de Porta petentem et Ricardum de Argent' et Johannam uxorem tenentes, de una virgata terre cum pertinentiis in Shobinton', ponat in respectum usque ad proximam curiam ejusdem honoris; videlicet, a die Martis predicto usque in unum mensem. Ita quod loquela illa tunc

1231.

[m. 11.] sit in eo statu quo esse debuit ad predictum diem Martis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in forinseco bosco regis de Haveringes' faciat habere Helene de Wintonia, quondam nutrici regis, duo vetera robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem etc. quod Willelmus de Upham et Willelmus de Hida appellant Hugonem Ubbich' et Johannem fratrem ejus de morte Ricardi de Widenheye, filii ipsius W. de Upham et nepotis dicti W. de Hida, odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Suhamt' quod si uterque illorum invenerit ei sex etc. tunc tradat eos in ballium etc. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Hugoni de Nevill' duos damos in bosco regis de Hadfeld', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Warino filio Galfridi.—Rex perdonavit Warino filio Galfridi, custodi gaiole regis Wintonie, amerciamentum in quod incidit erga regem pro escapio xv latronum de eadem gaola anno etc. xiiij, et amerciamentum in quod incidit erga regem pro escapio xvj latronum de eadem gaola anno etc. xv, ita quod ipse vel heredes sui occasione illorum escapiorum in nullo vexentur aut graventur. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod de ipsis amerciamentis pacem habere permittat, et predictam gaiolam quam in manum regis cepit occasione predicta, eidem Warino sine dilatione restitui faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suhamt' quod ipsum de eisdem amerciamentis quietum esse faciant.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem.' quod habere faciat Hereberto filio Mathei v damos in foresta de Selewod' ad opus matris sue, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij die Junii.

De roboribus datis.—Mandatum est Gileberto Basset quod habere faciat Hereberto filio Mathei tria vetera robora in foresta de Melkesham ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat leprosis hospitalis de Heford' iiij^or robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo de Albiniaco.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod plenam saisinam habere faciat Philippo de Albiniaco de una virgata terre cum pertinentiis in Candel', que fuit Philippi de Langham, et quam in manum domini regis cepit eo quod dicebatur quod idem Philippus extitit in partibus transmarinis in servicio domini regis

1231.

[m. 11.] Francorum et ibidem obiit; quam quidem terram predictus Philippus tenuit de feodo de Chiweton', quod est in manu predicti Philippi de Albiniaco. Faciat etiam eidem Philippo omnia catalla que fuerunt ipsius Philippi de Langham inventa in terra predicta, et si quid inde amotum fuerit vel distractum, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Keninton', xvij die Junii, anno regni regis ejusdem, xv°.

De custodiendis avibus regis.—Rex vicecomiti Norh' salutem. Mittimus dilectum et fidelem nostrum H. de Hauvill' usque Geitinton' cum avibus nostris, quas rex Norwegie nobis in exennium misit, mandantes quatinus mutas nostras de Geitinton' ei sine dilatione liberari facias ad salvo custodiendas eas ibidem, quousque aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

[m. 10.] *De manucapiendo erga debitores Bonabuli de Derevall' de c marcis et l libris.*—Mandatum est W. Carleolensi episcopo et Philippo de Albin' quod, convocatis coram eis omnibus creditoribus quibus Bonabulus de Dereval tenebatur, ex una parte in summa c marcarum et ex altera in summa l lī. audiant quid singulis debeatur, et in presentia Radulfi de Muntgermunt, quondam socii predicti Bonabuli, qui petiit a rege quod ad debita predicta acquietanda ei reddi faceret c marcas et l lī. quas P. comes Britannie regi accomodavit ante recessum suum de partibus Britannie, de quo prestito rex literas suas eidem comiti fieri fecit patentes, quas predicto Bonabulo commiserat ad pecuniam ipsam a rege loco suo recipiendam, et qui Radulfus predictas literas regis predictum mutuum protestantes eisdem episcopo et Philippo exhibebit, manucapiant erga predictos debitores de debitis ipsius Bonabuli usque ad summam c marcarum et l lī. et predictum Radulfum inde deliberari faciant; quo facto literas regis predictas, quas de mutuo predicto fieri fecit rex predicto comiti Britannie, ab ipso Radulfo recipiant et penes se custodiri faciant. Teste rege apud Windles', xx die Junii.

Pro abbate de Tinterne.—Mandatum est Johanni de Monem' quod sine inpedimento permittat abbatem de Tinterne habere racionabile estoverium suum in foresta de Netherwent, sicut illud habere consuevit tempore comitis W. Marescalli senioris et postea tempore comitis W. Marescalli filii sui. Teste rege apud Windles', xx die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod in foresta de Windles' faciat habere Galfrido de Lucy vj quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Petro Piet' de dono regis x quercus in foresta regis baillive sue ubi competentius ad opus suum et viciniu terre sue de Stonieston' et ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possint, ad furchias et aliud maeremium faciendum ad se ibidem hospitandum. Teste ut supra.

Pro Johanne de Erlegh'.—Rex justiciariis suis de Banco salutem. Quia dilectus et fidelis noster Johannes de Erlegh' est in servicio nostro in partibus Wallie per preceptum nostrum, vobis mandamus quod loquelam

1231.

[m. 10. que est coram vobis per preceptum nostrum inter Willelmum Buzun petentem et ipsum Johannem tenentem, de una hyda terre cum pertinentiis in Pereton', et de feodo unius militis cum pertinentiis in Sumerton', ponatis in respectum usque in xv dies a die Sancti Michaelis anno regni nostri xv in eo statu in quo nunc est coram vobis. Teste me ipso apud Windesor', xxiij die Junii, anno eodem.

Pro comitissa Penbroc'.—Mandatum est vicecomiti Bed' quod de manerio de Luton' cum pertinentiis quod fuit comitis Baldewini, et de manerio de Tudingdon' cum pertinentiis quod fuit comitis de Pertico, que per cartam suam dedit rex W. Marescallo, quondam comiti Penbr', sine dilatione talem saisinam habere faciat Alienore sorori regis, que fuit uxor ipsius comitis Marescalli, qualem idem comes inde habuit die quo obiit; que quidem maneria cum pertinentiis eidem comitisse sorori sue commisit rex habenda tota vita sua secundum tenorem carte regis quam eidem comiti Marescallo inde fieri fecit. Teste rege apud Windles', xxij die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kantie de maneriis de Sutton', Kemesing', et de Braburn', que fuerunt comitis Baldewini, per eadem verba.

Eodem modo scribitur vicecomiti Berk' de manerio de Neubir'.

Rex Johanni Marescallo salutem. Sciatis quod de terris que fuerunt comitis Baldewini de Bethun', et quas W. Marescallus, quondam comes Penbroc', de dono nostro per cartam nostram quam ei inde fieri fecimus tenuit die quo obiit, plenam saisinam fieri fecimus Alienore sorori nostre, que fuit uxor ejusdem comitis Marescalli, habendis tota vita sua secundum tenorem carte nostre predicte eidem comiti inde facte. Et ideo vobis mandamus quod de servicio maneriorum de Norton' et de Folesham, que de eisdem terris tenetis de dono predicti comitis Marescalli, eidem sorori nostre, sicut predicto comiti intendistis, sitis intendentes et respondentes. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Rogero de Clifford' de servicio manerii de Savernestok'.

Fulconi filio Warini de servicio manerii de Waneting'.

Warino de Monte Canasio de servicio manerii de Shriveham quod fuit comitis de Pertico etc. ut supra.

Pro Simone de Norwic'.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis que emerit ad opus regis in nundinis Sancti Botulfi, faciat habere Simoni de Norwic' unum dolium vini ad opus matris sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciat habere Gileberto Basset unum dolium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro fratribus milicie Templi.—Mandatum est ballivis de Sancto Botulfo quod permittant fratres milicie Templi in Anglia ducere absque

1231.

[m. 10.] inpedimento ad partes Flandrie lanas suas proprias, ad commodum suum inde faciendum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis portus de Hul', Suhamt'.

Pro Huberto Hoes'.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciat habere Huberto Hoes' et sociis suis existentibus in servicio regis in Wallia, unum dolium vini de dono regis. Teste ut supra. Per episcopum Carleolensem.

Pro Reginaldo Walensi.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Willelmum de Turvill' et Robertum de Marisco petentes, et Reginaldum Walensem qui est in partibus Wallie in servicio regis, tenentem, de terra in Winterburn', ponant in respectum usque in xvj dies a die Sancti Michaelis anno etc. xv. Teste ut supra.

Pro Gilberto de Marisco.—Rex gratum habet et acceptum quod Gilebertus de Marisco duxit in uxorem Matildem de Launvaley, que fuit de dono regis, et ad hoc regium adhibuit assensum. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod, non obstante eo quod credebat ipsum Gilebertum duxisse predictam Matildem sine assensu et voluntate regis, ipsis Gileberto et Matildi de terra sua quam habuit de hereditate predicte Matildis in Estbir', plenam saisinam habere faciat; ita quod occasione predicta de saisina sua ipsos non inpediat. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Fulco filius Johannis captus et detentus in prisona regis pro morte Matilde de Wautre, qui quidem Fulco rettatus est inde odio et athia etc. habet literas directas vicecomiti Hertf' quod tradat eum in ballium xij etc. Teste ut supra.

De capellano castri Wintonie.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod loco Petri capellani qui mortuus est et qui ministrare solebat in capella Sancti Thome Martiris de castro Wintonie, recipiat Thomam de Wintonia capellanum ad ministrandum in eadem capella; et liberationes tales quales predictus Petrus percipere consuevit, eidem Thome habere faciat per annum a tempore quo ministrare ceperit ibidem. Teste ut supra.

De vinis arestandis.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod arestari faciant c dolia vini ad opus regis in villa Bristoll', sicut R. de Sancto Sampsone eis dicet ex parte regis, et ea salvo custodiri faciant donec rex aliud preceperit. Teste ut supra.

Pro Roberto Blundo.—Rex per cartam suam dedit Roberto Blundo, nuncio suo, domum illam cum pertinentiis in Salopia quam Johannes le Palmer tenuit de ballio J. regis, habendam de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis inperpetuum, reddendo inde per annum ballivis Salopie xij denarios ad firmam ville sue. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod de predicta domo cum pertinentiis, eidem Roberto sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1231.

[m. 10.] *De clericis a prisona Oxonie deliberandis.*—Rex ad instantiam magistrorum Radulfi archidiaconi Cestrensis, cancellarii Oxonie, R. archidiaconi Leicestrensis, W. de Thany, archidiaconi de Estriding' et magistri Johannis Blundi et totius universitatis Oxonie, concessit quod Thomas de Cunpton', Henricus de Kinnieton', Alanus de Eboraco, Augustus Devoniensis, et Nigellus Scotus, qui inventi fuerunt cum arcubus et sagittis in foresta regis de Shotovr' contra assisam foreste et pro transgressione tali capti sunt et detenti in prisona regis Oxonie, deliberentur et predictis magistris quieti liberentur, ita quod inde de cetero non occasionentur. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsos a prisona regis deliberet et dictis magistris quietos liberet, sicut predictum est. Teste ut supra.

De dote uxoris comitis Marescalli.—Mandatum est Thome de Muleton' et Hugoni de Bath' quod, sicut rex eis alias mandavit, faciant extendi terras et tenementa que fuerunt W. Marescalli, quondam comitis Penbr', de quibus, cum ea extenderitis, Alienore que fuit uxor ejusdem comitis, racionabilem dotem suam secundum consuetudinem regni assignet, retentis in manu regis duabus partibus dictarum terrarum et tenementorum. Scire etiam faciant regi quantum terre ei assignate in dotem valeant per annum in omnibus, et in quibus locis ei dictam dotem assignaverint; et similiter in quibus locis fuerint predicte due parte* earundem terrarum in manu regis retente et quantum valeant. Teste rege apud Windles', xxviij die Junii.

De fustis datis.—Mandatum est constabulario de Windles' quod habere faciat priorisse de Bromhal' tria fusta in foresta Windles', ad cendulas faciendas ad reparationem refectorii sui, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat Willelmo de Eboraco duos damos in foresta de Shirewod', de dono regis. Teste rege apud Rading', xxx die Julii.

Pro Willelmo Agoillun.—Rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis Willelmo Agoillun et heredibus suis habeant* et teneant terram que fuit Roberti de Curey in Elmeworth' et in Werblinton' cum pertinentiis suis, et quam prius tenuit de ballio J. regis quousquam rex eam reddiderit rectis heredibus ejusdem terre per voluntatem suam vel per pacem, sicut plenius in carta etc. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod de predicta terra eidem Willelmo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De duobus vel tribus capreolis.—Mandatum est ballivis foreste de Odiham quod sit in auxilium Hugoni de Burewardel' cum quibusdam vatletis regis, quos rex cum arcubus mittit usque Odiham, ad capiendum in foresta illa duos vel tres capreolos ad opus regis, et eos cum festinatione ad regem mittat, et ad capreolos illos capiendos canes perquirat. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1231.

[m. 10.] *Pro Waltero de Godarvill'.*—Rex commisit Waltero de Godarvill' terram cum pertinentiis quam Willelmus Beauvilein tenuit in Chipeham loco annui feodi xx li. quas percipere consuevit ad Scaccarium regis ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod eidem Waltero de predicta terra cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', ij die Julii.

Pro Godefrido de Craucumbe.—Rex commisit Godefrido de Craucumbe terram que fuit Thome Guher Normanni in Sibbeford', ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de predicta terra cum pertinentiis eidem G. plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Rogero Audoein et Aufrica uxore ejus.—Mandatum est justiciario Hibernie quod, non obstante mandato regis ei facto de saisina facienda Radulfo de Trublevill' de terra de Balimadun, faciat habere Rogero Audoein et Aufrice uxori ejus, que fuit uxor Johannis le Cordewaner, blada sua que seminaverunt in tercia parte ejusdem terre, quam ipsa Aufrica prius tenuit nomine dotis. Teste rege apud Rading', ij die Julii.

Contra Savaricum de Bohun.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod per totum comitatum suum pupplice clamari faciat ne aliquis terram aliquam vel tenementa capere presumat, sive de dono sive de venditione, Savarici de Bohun, sicut voluerit quod rex ad eum capere non debeat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Capella.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod sine dilatione plenam saisinam faciat habere Henrico de Capella de tota terra cum pertinentiis in saca de Waltham quam Baldewinus de Frivill' tenuit ibidem de ballio regis, et quam rex eidem Henrico commisit, habendam et tenendam de rege et heredibus suis donec rex eam rectis heredibus reddiderit. Teste rege apud Rading', iij die Julii.

De duabus acris more assignanda abbati de Flexle.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad certum diem quem ipse et constabularius de Sancto Briavello providebunt, cui rex idem mandavit, assumptis secum forestariis et viridariis, accedat usque Rademor' et per visum eorundem forestariorum et viridariorum et aliorum proborum et legalium hominum assignari faciat abbati de Flexl' duas acras de eadem mora ad perticam regis, quas rex ipsi abbati prius concesserat; occasione cujus concessionis idem abbas occupavit de eadem mora quam plures acras, videlicet, xvj ultra illas ij acras, ut dicitur. Ita quod residuum ejusdem more, postquam ille due acre ipsi abbati assignentur, in manu regis retineatur. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur predicto constabulario hoc mutato, quod ubi scribitur in alio brevi "retineant," hic ponitur "retineri facias." Teste ut supra.

1231.

[m. 10.] *De utlagaria ponenda in respectum.*—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod promulgationem utlagarie quam facere debuit in Alexandrum de Ho per preceptum justiciariorum de Banco, qui est in servicio regis in partibus Wallie, et quem Matheus de Denemed' appellat de pace regis fracta, ponat in respectum usque in xv dies a festo Sancti Michaelis anno etc. xv. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis de Banco quod appellum quod predictus Matheus facit versus predictum Alexandrum coram eis, ponant in respectum usque ad eundem diem.

Pro Willelmo Britone.—Rex dedit et concessit per cartam suam Willelmo Britoni l acras bosci ad perticam regis in bosco regis de Dudinton', que continentur infra metas subscriptas; videlicet, a cornera essarti versus occidentem quod rex dedit Rannulfo Britoni, de longo in longum essarti illius versus orientem usque ad murum campi de Dudinton', et sic per murum illum usque ad exitum vie que venit de Dudinton' qui vocatur Cawelrod', et sic divertendo inde recta linea ex transverso versus austrum usque ad novam trencheiam in capite orientali cujusdam mare que vocatur Estmere, et sic per eandem trencheiam divertendo versus occidentem ita quod trencheia illa integre regi remaneat usque ad boscum Vitalis Engayne, et sic per divisas ejusdem bosci usque ad corneram essarti predicti Rannulfi, sicut plenius continetur in predicta carta. Et mandatum est B. de Insula quod predictam cartam legi faciat et predictas l acras infra predictas divisas contentas eum in pace tenere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod loquelam que est coram eis inter abbatem Glouc' petentem et Mirabilem de Glouc' Judeam tenentem, de tribus acris prati in Walneya, unde ipsa Mirabilis traxit ad warantum Walterum de Muscegros, qui est in servicio regis in partibus Wallie per preceptum regis, ponat* in respectum usque in xv dies a die Sancti Michaelis anno etc. xv. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Eboraci quod loquelam et judicium loquele que est coram eis inter abbatem de Rivallis et Willelmum de Ros de quadam contentione inter eos orta de foresta de Hamelak', ponant in respectum usque in xv dies a festo Sancti Michaelis coram justiciariis apud Westmonasterium. Teste rege apud Rading', iiij die Julii.

De uno dolio vini dato W. de Kirkeham.—Mandatum est custodibus vinorum de Westmonasterio, quod habere faciat* Waltero de Kirkeham unum dolium vini de dono regis, de vinis suis que sunt in custodia sua apud Westmonasterium. Teste ut supra.

De quercubus datis eidem Waltero.—Mandatum est constabulario Windles' quod v quercus quas L. Dublinensis archiepiscopus non habuit de

---

* Sic in MS.

1231.

[m. 10.] xx quercubus quas rex ei concessit in foresta de Windles' antequam iter arriperet versus partes Hibernie, faciat habere Waltero de Kirkeham ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Mauduit de quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Willelmo Mauduit x quercus in foresta de Saliceto ad se hospitandum, de dono regis. Teste rege apud Rading', v die Julii.

De ij austurcis datis R. comiti Cornubie.—Mandatum est Henrico de Nevill' quod [de] austurcis que in exennium regi missi sunt ex parte regis Norwegie, faciat habere R. comiti Cornubie et Pictavie duos bonos et pulcros austurcos, de dono regis. Teste rege apud Rading', v die Julii.

De damis datis abbati Rading'.—Mandatum est constabulario Windles' quod in foresta Windles' faciat habere abbati Rading' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De bobus retinendis ad opus regis per J. Marescallum.—Mandatum est Johanni Marescallo quod de bobus qui fuerunt W. Marescalli, quondam comitis Penbr', retineas* ad opus regis ad terras que fuerunt ipsius comitis excolendas, vj^{xx} boves pro xxxviij li. v s. et iiij d. sicut regem inde consuluit, et de bobus illis terras predictas faciat excoli, et ipsos boves bene custodiri ut cum rex in partes illas venerit ipsos habere possit, si voluerit, ad familiam suam sustentandam, vel ad liberandum eos recto heredi pro eodem precio cum rex fecerit quod facere debebit pro eisdem terris. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Heref' quod id quod necessarium fuerit ad papiliones regis reparandos, inveniat Galfrido de Sancto Dionisio, quem rex mittit usque Heref' ad papilionem capelle sue et alios papiliones suos reparandos. Teste rege apud Rading', vij die Julii.†

[m. 9.] *Pro Walerando Teutonico.*—Rex vicecomiti Sub' salutem. Precipimus tibi quod, non obstante precepto nostro tibi facto quod habere faceres Baldewino de Bethun' et Henrico de Brayboef blada sua que seminari fecerunt in manerio de Clatford' dum illud tenuerunt de ballio W. Marescalli quondam comitis Penbroc', facias habere Walerando Teutonico, qui manerium illud habet de concessione nostra, predicta blada, salvo eisdem Baldewino et Henrico racionabili custo suo quod posuerunt in terris predicti manerii excolendis et seminandis. Teste me ipso apud Rading', vj die Julii, anno regni nostri xv°.

[*Pro*] *Magistro et fratribus Templi de villa de Roek.*—Rex concessit magistro et fratribus milicie Templi Salomonis Jerusalem totam illam partem quam habuit in manerio de Roel', cum advocacione ecclesie ejusdem manerii et aliis pertinentiis suis, habendam et tenendam de rege

* Sic in MS. † Cancelled, "quia in rotulo liberate."

1231.

[m. 9.] et heredibus suis sibi et successoribus suis in liberam et perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus eisdem magistro et fratribus prius concessis de aliis terris suis per cartas predecessorum regis et confirmacionem regis, sicut carta regis quam inde habuit racionabiliter testatur. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod eisdem magistro et fratribus de predicta parte quam rex habuit in predicto manerio de Reel', cum advocacione ecclesie et aliis pertinentiis suis, plenam saisinam habere faciat, non obstante saisina quam Lewel' et uxor ejus prius inde habuerunt. Teste rege apud Rading', vij die Julii.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De loquela inter regem et Thomam Norwicensem episcopum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter regem et Thomam Norwicensem episcopum de manerio de Wik', ponant de die in diem coram rege apud Oxoniam, die Dominica proxima post translacionem Sancti Thome Martiris. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Amauricus de Sancto Amando est in partibus Wallie in servicio regis per preceptum suum. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod ipsum Amauricum de sectis comitatus vel hundredi vel alunde* non permittat vexari, quamdiu fuerit ibidem per preceptum regis. Averia autem ipsius Aumarici et hominum suorum, que Hugo de Berghes, ballivus hundredi de Framel', cepit occasione secte predicti hundredi, ei deliberari faciat. Teste rege apud Rading', viij die Julii.

Pro Rannulfo Britone.—Rex manerium de Apethorp' cum pertinentiis commisit Rannulfo Britoni ante festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xv, ad respondendum inde de antiqua firma ad Scaccarium regis. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod si quid ceperit de firma ejusdem manerii de termino ejusdem Sancti Johannis vel de aliis ad illud manerium pertinentibus, eidem Rannulfo sine dilatione reddat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lungesp'.—Rex perdonavit Willelmo Lungesp' finem quem homines sui de Sutton' cum eo fecerint, eo quod non interfuerunt inquisitioni facte de morte cujusdam hominis, qui interfectus fuit in terra ejusdem Willelmi ibidem. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicto fine eisdem hominibus pacem habere permittat. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est custodi foreste de Windles' quod habere faciat Andree, servienti de Cavresham, unam bonam quercum ad quendam batellum faciendum ad pauperes ultra aquam de Cavresham transvehendos. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1231.

[m. 9.] *Pro episcopo Carleolensi.*—Mandatum est S. de Sedgrave et sociis suis itinerantibus in comitatu Linc' quod, si quam loquelam tangentem personam W. Carleolensis episcopi etc. coram eis venire contingat, exceptis assisis de nova dissaisina, eam coram justiciariis apud Westmonasterium ponant ibidem placitandam. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem quod cartam regis quam fieri fecit eidem episcopo de libertatibus ei et heredibus suis a rege concessis in manerio suo de Hornecastro cum pertinentiis, coram eis legi et predictas libertates in ea contentas clamari et eidem episcopo teneri faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne Marescallo.—Mandatum est eisdem quod omnia placita que mota fuerint coram eis in itinere suo in comitatu Linc' erga Johannem Marescallum, qui est in partibus Wallie per preceptum regis, exceptis assisis nove dissaisine, ponant coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies. Teste ut supra.

De appellatis attachiandis.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod Richemannum le Archer, Matildem filiam Roberti pistoris et Walterum fratrem ejus de Wicumbe, quos Hugo filius Alani de Wicumbe probator apellat de latrocinio, per corpora sua sine dilatione faciat attachiari et in prisona regis salvo custodiri, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur majori et vicecomitibus Lond' de Rogero le Corveiser de Lond', qui manet citra pontem de Flet' et quem idem probator apellat etc.

Pro Henrico fratre regis.—Rex concessit Henrico fratri suo terram illam cum pertinentiis que fuit Henrici de Avangor in soca de Waltham, et quam Walterus de Everm' prius tenuit de ballio regis, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit.

Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Henrico de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Walingf', ix die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat Rannulfo Britoni v quercus in foresta de Windles' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Walingf', xi die Julii.

Pro uxore Galfridi de Serlaunde.—Mandatum est justiciariis itinerantibus quod assisam de morte antecessoris quam Baldewinus Tyrel arramiavit coram eis versus Matildem, que fuit uxor Galfridi de Serlund', de terra in Bundeby, ponant coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Sampford' quod in foresta de Braden' faciat habere Ricardo Suhard' tres damos de dono regis. Teste ut supra.

1231.

[m. 9.] *Pro Engel' de Cygoiny contra homines de Bensinton'.*—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod assumptis secum discretis et legalibus hominibus de comitatu suo qui melius sciant dicere veritatem, in propria persona sua accedat certo die usque Bensinton' et per sacramentum predictorum hominum diligenter inquiri faciat quas consuetudines et que servicia homines de Bensinton' facere consueverunt temporibus antecessorum regis, quamdiu manerium illud fuit in manu eorum, et etiam temporibus aliorum quibus manerium illud commissum fuit antequam pervenisset ad manum Engel' de Cygony; et utrum consuetudines et servicia predicta postea mutata fuerint in aliquo; et si mutata fuerint, in quo et in quibus, et per quos dominos, sive ballivos, sive alios, et tempore quorum; et facta inde diligenti inquisitione, predictos homines de Bensinton' distringat si necesse fuerit ad faciendum predicto Engel' tales consuetudines et servicia qualia invenerit ipsos facere debere secundum inquisitionem predictam. Teste rege apud Waling', ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod in bosco regis de Paunechal' faciat habere priorisse de Stodleg' x robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xj die Julii.

De prisone recipiendo et custodiendo.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod Henricum de Parkestok' quem abbas de Abbendon' tenet in prisona sua captum pro morte Willelmi Sutoris, et idem abbas ei liberabit, ab eo recipiat et in prisona Walingford' salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De perdonatione mortis cujusdam hominis de Driffeld'.—Rex S. de Sedgrave et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Eboraci salutem. Quia, sicut per literas vestras accepimus, cum Hugo filius Willelmi de Driffeld' a quadam infirmitate gravi convalescens et quid ederet nichil habens, quendam gallum matris sue de precepto suo occidere voluisset, et ea intentione ad dictum gallum quendam baculum jecisset, ex cujus repercussione contigit matrem ipsius Hugonis in oculo ita ledi quod cito post inde obiit, cujus mortis occasione ipsum Hugonem secundum legem terre nostre fecistis interrogari, donec vobis constaret utrum misericorditer cum eo agere vellemus super morte predicta, vobis duximus respondendum quod dictum infortunium ei pro Deo perdonavimus, nolentes quod ea occasione in ipsum utlagationem exequamini. Et ideo vobis mandamus quod quantum ad nos pertinet, ipsum de predicta morte quietum esse faciatis, terram suam et catalla sua, que ea occasione in manum nostram capta fuerunt, ei plene reddi facientes. Teste ut supra.

Pro hominibus de Cumbr'.—Mandatum est B. de Insula quod permittat homines de comitatu Cumberl' facere et habere sepes, domos et fossata sua eodem modo quo ea habere debent et habere consueverunt tempore H. regis, R. regis et J. regis usque ad guerram motam etc. Teste ut supra.

De custodia abbatie Rames'.—Rex commisit Rannulfo Britoni abbatiam Rames' vacantem, custodiendam cum omnibus pertinentiis suis quamdiu regi

1231.

[m. 9.] placuerit. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie et Hunt', quod de omnibus que ad predictam abbatiam pertinent, in balliva sua eidem Rannulfo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Bed', Linc', Essex' et Hertf', Norht', Norf', et Suff'.

De terris que fuerunt Roberti filii Willelmi.—Mandatum est vicecomitibus Norhamt', Warewic' et Leic' quod occasione mortis Roberti filii Willelmi manum non mittat ad terras quas tenuit de honore Peverel, quem dominus rex commisit Radulfo filio Nicholai custodiendum, quamdiu domino regi placuerit. Teste ut supra.

Pro hominibus Oxonie.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod in quodam angulo foreste de Shotovr' et ad minus nocumentum ejusdem foreste, faciat habere probis hominibus Oxonie buscam ad quendam rogum faciendum ad villam suam claudendam. Teste ut supra.

Pro magistro Roberto de Sancto Albano.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod non permittat magistrum Robertum de Sancto Albano distringi in manerio de Alfletton', quod idem magister habet in custodia de hereditate filii et heredis Walteri de Bernham, pro aliquo debito quod inde debeatur alicui Judeo, quamdiu idem manerium fuerit in custodia sua. Teste ut supra.

Pro R. comite Cornubie de x doliis vini.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod de c doliis vini, que retinuerunt ad opus regis apud Bristoll', faciant habere R. comiti Cornubie x dolia vini ad denarios suos ad idem forum quo ea ceperunt ad opus regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod habere faciat Alienore comitisse Penbr' xx quercus in foresta de Chet ad reparationem molendinorum suorum de Neubir'. Teste ut supra.

Pro Roberto Bagod.—Robertus Bagod, cum rex esset in partibus transmarinis, finem fecit cum R. Cycestrensi episcopo, cancellario suo, et S. de Sedgrave per unam marcam ad opus regis, pro habendo brevi de attingendis xij juratis assise nove dissaisine capte tunc temporis apud Coventr' inter ipsum Robertum et Johannem le Eir de tenemento in Morton'. Set quia marca illa inrotulata fuit in rotulis cancellarii et in rotulis predicti Stephani de itinere justicie sue apud Coventr', vicecomes War' ab eodem Roberto pro una marca exigit ij marcas. Et mandatum est eidem vicecomiti quod si idem Robertus ei solverit unam marcam ad opus regis occasione illa, de alia marca pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

Pro Waltero Marescallo.—Rex reddidit Waltero Marescallo manerium de Sturministr' cum pertinentiis quod W. Marescallus senior, quondam comes Penbr', pater suus, ei dedit in vita sua. Et mandatum est vicecomiti Dors', quod eidem Waltero de predicto manerio cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1231.

[m. 9.] Eodem modo scribitur eidem de illa parte manerii de Bere cum pertinentiis, quam predictus comes habuit et eidem dedit in vita sua.

Et mandatum est H. de Burgo etc. per literas patentes quod Castrum Godric', quod est in custodia sua de ballio regis, ei cum pertinentiis suis liberet. Teste ut supra.

Pro comitissa de Penbr'.—Rex commisit A. comitisse Penbr' manerium de Hamsted' cum omnibus pertinentiis suis ad se sustentandum, una cum quibusdam aliis maneriis que habet de terris que fuerunt comitis Marescalli, quondam viri sui, donec certa dos ei assignetur de terris et tenementis que fuerunt predicti comitis. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicto manerio cum pertinentiis ei sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cerland'.—Rex commisit Willelmo de Cerland' terram quam Willelmus de Basoche tenuit de ballio regis ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod de tota terra quam idem Willelmus tenuit tenuit* in balliva sua de ballio regis eidem Willelmo de Serland'* plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Linc' et Dors' pro eodem Willelmo.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Alienore comitisse Penbr' v damos in foresta ballive sue extra parcum de Havering, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xv die Julii.

De catallis arestandis apud Lond'.—Quia datur intelligi domino regi quod Dentesalve, mercator de Florencia, tenetur magistro Thome de Sancta Sabina, apostolice sedis cardinali, in xliiij marcis quas magister Johannes de Florentin, procurator ipsius cardinalis, eidem mercatori commisit deferendas ei de Anglia usque Romam, et nondum ei satisfecit; mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod de catallis predicti mercatoris, si inveniantur Lond' in balliva sua, arestari faciant ad valenciam predicte pecunie, ut de catallis ipsis si necesse fuerit fiant totidem denarii ad satisfaciendum inde eidem cardinali. Teste ut supra.

Pro episcopo Bathoniensi.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod preter libertates quas prius concesseramus venerabili patri J. Bathoniensi episcopo et successoribus suis, concessimus eisdem de novo et carta nostra confirmavimus fines pro misericordiis et transgressionibus et licentia concordandi. Et ideo vobis mandamus quod cartam predictam legi et libertatem illam eis teneatis et teneri faciatis. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus Sumerset', Berk', Glouc', Wilt', quod predictam legi et predictam libertatem eis firmiter teneri faciat.

* Sic in MS.

1231.

[m. 9.] *De custodiendo prisone.*—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod Hugonem filium Alani, probatorem regis, quem ballivi regis de Oxonia eis liberabunt, recipiant et in prisona regis de Flet' salvo custodiri faciant donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Cantuariensi de returno brevium.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod habere faciat R. Cantuariensi archiepiscopo returnum brevium regis que ad eum venerint que tangunt feoda ipsius archiepiscopi, usque ad reditum ipsius archiepiscopi a curia Romana, salvo jure regis et jure ipsius archiepiscopi. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex', Surr', Kancie, Sussex' et Midd'.

Pro Johanne de Wauton'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de terris Johannis de Walton', quas rex in manum suam cepit, per preceptum regis eidem Johanni plenam saisinam habere faciat, et si quid inde ceperit, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De hominibus non gravandis.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod occasione summonitionis quam rex fieri precepit in balliva sua de hiis qui jurati sunt ad arma de veniendo ad servicium regis, eos non gravet nisi necesse fuerit. Teste ut supra.

Pro hominibus episcopi Coventrensis.—Mandatum est vicecomiti Salopie et Staff' quod occasione etc. ut supra, non distringat homines tenentes de episcopo Coventrensi in balliva sua ad veniendum in servicium regis, nisi rex ei inde speciale mandatum fecerit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat archidiacono Bed' unum damum in foresta de Wanbergh', de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem de uno damo dato archidiacono Lincolniensi ibidem.

Pro episcopo Carleolensi.—Rex concessit W. Karleolensi episcopo et successoribus suis quasdam libertates et carta sua eas confirmavit. Et mandatum est vicecomiti Notingh' et Dereb' quod cartam illam in pleno comitatu legi et predictas libertates firmiter teneri faciat. Teste rege apud Wudestok', xv° die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cumbrie.

De vinis regis apud Lond'.—Mandatum est majori et camerariis Lond' quod sexaginta dolia vinorum, que capta et signata fuerunt ad opus regis apud Lond', arestari faciant ubicumque fuerint inventa, sive in domibus sive extra domum, et xl dolia meliora predictorum doliorum liberari faciant Johanni de Colemer' carianda per maneria quo ei preceptum est, per racionabile precium, quod ipsi una cum dicto Johanne apponi faciant predictis vinis. Teste rege apud Widestok', xv die Julii.

1231.

[m. 9.] *Pro abbate de Osen'.*—Rex reddidit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis abbati et canonicis Sancte Marie Osen', unam hidam terre que jacet apud Haneberg' juxta pontem de Bladen', et quam Alicia quondam regina Anglie eis dedit et concessit. Reddidit etiam rex et concessit predictis abbati et canonicis terram de Holecumbe, quam Galfridus de Iuoy eis assignavit pro xviij solidis quos habere debebant annuatim in Bensinton' simul cum terra de Warbereg', quam ipse Galfridus eis assignavit pro sex solidis, sicut plenius continetur in carta nostra eis inde facta. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de predicta hida terre et predicta terra de Holecumbe et predicta terra de Warebergh', predictis abbati et canonicis sine dilatione plenam saisinam habere faciat, simul cum bladis et fenis predicte terre de Hanebergh'. Teste rege apud Oxoniam, xiij die Julii.

Pro Willelmo de Huntercumbe.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo, in propria persona accedat ad manerium de Chaugrave et per sacramentum eorundem extendi faciat manerium illud in dominicis redditibus, vilenagiis et omnibus aliis exitibus ejusdem manerii que extendi possunt, et de tercia parte ejusdem manerii, facta extenta predicta, plenam saisinam habere faciat Willelmo de Huntercumbe, cui rex eam dedit. Teste rege apud Wudestok', xiiij die Julii.

Pro hospitali Oxonie.—Rex dedit et carta sua confirmavit magistro et fratribus Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie molendinum in Edindon' quod vocatur Kingesmeln', cum secta et terris et pratis ad molendinum illud pertinentibus et omnibus aliis pertinentiis suis, et similiter gardinum cum pertinentiis quod fuit gardinum Judeorum in suburbiis Oxonie extra predictam portam orientalem, ad hospitale predictum de novo ibidem construendum, salva Judeis Oxonie placea quadam competenti juxta idem gardinum ad sepulturam Judeorum decedentium, sicut continetur in predicta carta. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de predicto molendino cum secta et terris et pratis ad illud pertinentibus et cum predicto gardino, plenam saisinam predictis magistro et fratribus sine dilatione habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 8.] *Pro Engeram Painel.*—Quia Engeram Painel est in servicio regis in partibus Wallie per preceptum regis, mandatum est S. de Sedgrave et sociis suis justiciariis in comitatu Linc' itinerantibus, quod appellum quod Walterus Belle facit versus ipsum coram eis de roberia et pace regis fracta, ponat coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies, ita quod sit in eo statu in quo nunc est. Teste rege apud Otinton', xvij die Julii.

Pro Pontio de Pontibus.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de vinis que sunt in custodia sua apud Oxoniam, faciat habere Pontio de Pontibus unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

1231.

[m. 8.] *Pro J. Bathoniensi episcopo.*—Rex dedit J. Bathoniensi episcopo xl solidos qui per summonitionem Scaccarii exiguntur a Johanne de Thormerton' de quodam fine, et xl solidos qui similiter exiguntur a Radulfo de Stok' de alio fine, et unam marcam que similiter exigitur a priore Bathoniensi de quodam fine pro transgressione. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictas vij marcas eidem episcopo habere faciant. Teste rege ut supra.

Pro Pontio de Ponte.—Mandatum est Thome de Langele quod duos damos per leporarios capi faciat in foresta de Whichewod' extra parcum regis de Wudestok' ad opus Pontii de Ponte, et eos ipsi Pontio sine dilatione habere faciat, de dono regis. Teste rege apud Winchecumbe, xvij die Julii.

De carpentariis regis. — Mandatum est constabulario Windles' quod omnes carpentarios regis qui sunt in castro Windles', venire faciat post regem versus partes Salopie cum utensilibus suis, retento magistro Nicholao carpentario penes se ad operationes regis in predicto castro custodiendas. Teste rege apud Wincheeumbe, xviij die Julii.

Pro W. de Kirkeham.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet, sicut alias ei fuit mandatum, quod habere faciat W. de Kirkeham etc. xx quercus in bosco regis extra parcum suum de Hadfeld', ad vivarium regis de Neuport' reparandum; ita quod eas integre habeat cum frondibus et omnibus aliis sine aliquo retenemento. Teste rege apud Winchecumbe, ut supra.

Eodem modo scribitur Hugoni de Nevill' pro eodem de x quercubus in parco de Hadfeld' ad idem vivarium reparandum.

Pro Adam filii Hervei.—Rex perdonavit Ade filio Hervicii et Juliane uxori ejus lxxvj solidos qui ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii de debito quod Johannes filius Hugonis regi debuit, et centum et lx et xj marcas et ix solidos qui ab eis exiguntur de prestito facto eidem Johanni tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos Adam et Julianam inde quietos esse faciant. Teste rege apud Glouc', xix die Julii.

Pro Jodlano de Everm'.—Jodlanus de Everm' est in servicio regis in partibus Wallie per preceptum regis. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod loquelam que est in comitatu suo per breve suum inter Rogerum de Wimpenell' et Agatham uxorem ejus, Ricardum de Horsie et Matildem uxorem ejus et predictum Jodlanum de placito terre, ponat in respectum usque in xv dies post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao le Petit.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod amerciamentum in quod Nicholaus Parvus incidit coram eo per assisam mortis antecessoris captam inter ipsum Nicholaum et Walterum de Lascy, et quod amerciamentum ab eo exigit,

1231.

[m. 8.] regi scire faciat; et interim eidem Nicholao pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

De c libris assisis super Templarios Bristoll'.—Mandatum est hominibus de vico Templariorum in Bristoll' quod c libras que nuper super eos assise fuerunt ad ultimum taillagium quod rex fecit assideri in villa Bristoll', omni occasione et dilatione postpositis, liberent ballivis Bristoll' ad facienda inde negotia regis que eis injunxit. Teste ut supra.

Pro episcopo Cycestrensi.—Rex concessit et confirmavit R. Cycestrensi episcopo, cancellario suo, quasdam libertates et quietantias prius ei a predecessoribus regis regibus Anglie concessas, quibus rex duxit quedam addenda de dono regis, sicut in predicta carta quam rex ei inde fieri fecit plenius continetur. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod ipsam cartam in pleno comitatu suo legi et omnes libertates in ea contentas ei firmiter teneri faciat. Teste rege apud Glouc', xxj die Julii.

Eodem modo scribitur ballivo de Jernem'.

Pro Willelmo le Ewer.—Rex concessit Willelmo le Ewer c solidatas terre de x libratis terre quas Radulfus de Ralegh* prius tenuit de ballio regis de terris que fuerunt Alani filii comitis in Waltham, habendas et tenendas bene et in pace ad se sustentandum tota vita sua, nisi rex prius eas reddiderit rectis heredibus per voluntatem vel per pacem. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predictis c solidatis terre eidem Willelmo plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Philippi.—Rex concessit Johanni filio Philippi xx libratas terre quas Walterus de Faucunbergh' tenuit de ballio regis in Bernoleby et in Waldhe, et x libratas terre quas Radulfus de Ralegh tenuit de ballio regis in Waltham de terris quas Alanus filius comitis tenuit in Waltham; habendas et tenendas sibi et heredibus suis donec rex eas reddiderit rectis heredibus per voluntatem vel per pacem, sicut plenius continetur in carta ei inde confecta. Et mandatum est vicecomiti Linc', quod de predictis xx libratis et x libratis terre plenam saisinam eidem Johanni habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Henrico de Capella.—Rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis Henrico de Capella xxvj libratas terre et unam marcatam redditus quas Baldwinus de Frivill' prius tenuit de ballio regis in Belesby, Hadeclive, Fenby, Wadhe et Waltham, et c solidatas terre de decem libratis terre quas Radulfus de Ralegh'* prius tenuit de ballio regis in Waltham, de terris quas Alanus filius comitis tenuit in Waltham; habendas et tenendas de rege et heredibus suis eidem Henrico et heredibus suis donec rex vel heredes sui terras illas reddiderit rectis heredibus per voluntatem vel per pacem, sicut plenius in carta predicta continetur. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predictis xxvj libratis terre et una marcata redditus et predictis c solidatis terre eidem Henrico plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

* Corrected from "Henricus frater regis."

1231.

[m. 8.] *De damis datis.*—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Isabelle sorori regis, moranti in castro de Merleberg', singulis septimanis quamdiu saisona duraverit, duos damos de Savernestok'. Teste ut supra.

Pro Ricardo Burdun.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod quamdiu Ricardus Burdun fuerit in castro Bristoll' cum Alienora consanguinea regis per preceptum suum, ipsum non distringat ad sectam faciendam ad hundredum de Selkel'. Teste ut supra.

De uno cervo dato.—Mandatum est Johanni venatori quod de cervis quos capiet in foresta regis de Den', sine dilatione faciat presentium latori unum cervum ad opus Alienore consanguinee regis. Teste ut supra.

Pro priore de Lanton'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavell' quod permittat priorem de Lantoen' extra Glouc' sine inpedimento habere permittat* xv equas in foresta de Den' cum pullanis suis j anni, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro heredibus Thome le Esquier.—Quia rex audivit quod B. de Insula saisivit in manum regis et tenet in manu sua quandam terram pertinentem ad manerium de Tydeswell', quod rex reddi precepit rectis heredibus Thome le Esquier, eo quod Adam de Alta Ripa, qui terram illam tenuit de dono ipsius Thome, obiit sine herede de se; mandatum est eidem B. quod, si ita est, de terra ipsa predictis heredibus sine dilatione plenam saisinam habere faciat.

De loquelis ponendis in respectum.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis inter Odonem de Herkiseate et Willelmum de Wideworth' qui est in servicio regis in Wallia, de placito terre in Middelande, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis. Teste rege apud Hereford', xxiiij die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus:—

Sumerset', de loquela que est inter Willelmum Russel petentem et Hugonem de Meriet, qui est in Wallia etc. et Isabellam uxorem ejus tenentes, de iij virgatis terre in Stratton et de iiij virgatis terre in eadem villa, ponenda in respectum ut supra.

Sumerset', de loquela inter Thomam de Stok' et Ranulfum de Hurle qui est in Wallia etc. tenentem, de ij hidis terre in Inglescumbe

Essex', de partitione quam rex fieri precepit inter Hugonem Curtpeil et Elam uxorem ejus et Willelmum de Grancurt, qui est in partibus Wallie cum Olivero de Vallibus, de quadam terra que fuit Walteri de Grancurt et Margarete uxoris ejus in Felested', ponenda in respectum usque ad proximum comitatum post festum Sancti Michaelis.

* Sic in MS.

1231.
[m. 8.] Dereb', de loquela inter Matheum de Haversegh' petentem, et Adam de Cridling, qui est cum constabulario Cestr' in partibus Wallie, de feodis duorum militum et dimidio in Witewell' et Baleburg', ponenda in respectum usque proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis.

Justiciariis itinerantibus in comitatu Linc', de loquela inter Thomam de Muleton' petentem et Willelmum Lungesp' et Idoneam uxorem ejus tenentes, de manerio de Luton', ponenda in respectum coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies, in eodem statu etc. qui quidem Willelmus est cum rege in partibus Wallie.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Linc' quod assisam mortis antecessorum que summonita est coram eis inter Johannem filium Stephani et Nicholaum de Quatremares, qui est apud Heref' cum constabulario Cestr' in servicio regis, de ix acris terre in Barewe, et inter Laurencium de Ulseby et ipsum Nicholaum de una bovata terre in eadem villa, ponant coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies in eo statu quo nunc est. Teste rege apud Hereford', xxiiij die Julii.

De bosco de Dodinton'.—Mandatum est Hasculfo de Athelakeston' quod non inpediat quin omnes qui voluerint venire ad boscum de Dudinton' ad emendum de parte illa, quam rex concessit nuper Willelmo Britoni, libere et sine occasione illuc accedant et de bosco illo emant, et id quod inde emerint inde cariare et abducere possint, immo ad hoc faciendum in eundo et redeundo liberum et securum chiminagium* eis habere faciat. Teste rege apud Heref', xxvj die Julii.

Pro herede Johannis de Erlegh'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod inquisitionem quam rex fieri precepit de terris que fuerunt Johannis de Erleg' in ballia sua, si nondum fecerit, sine dilatione fieri faciat: et si quid de catallis que fuerunt ipsius Johannis amotum fuerit per ipsum vicecomitem vel suos, sine dilatione revocari et salvo custodiri faciat, donec rex aliud preceperit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumerset'.

Pro Alano de Hal.—Alanus de Hal, qui fuit in servicio regis apud Hereford' per preceptum regis, de licentia regis reversus est ad partes suas ad duellum faciendum die Jovis proxima post festum Sancti Jacobi,† quod vadiavit pro Roberto filio Willelmi versus Thomam de Thorp' in comitatu Norhamt'. Et mandatum est eidem vicecomiti quod, occasione reversionis sue ad duellum illud faciendum, ipsum Alanum in nullo gravet vel occasionet. Teste rege apud Hereford', xxv die Julii.

Pro constabulario Cestr'.—Mandatum est S. de Sedgrave et sociis suis quod loquelam, que est coram eis in comitatu Linc' inter abbatem de Kirkestall' et J. constabularium Cestr', qui est in servicio regis in partibus

* Corrected from "cariagium." † Corrected from "Johannis."

1231.

[m. 8.] Wallie, de placito warantie carte, ponant coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies. Teste ut supra.

De assisa quadam capienda.—Mandatum est W. de Ralegh' quod in reditu suo de partibus Devonie, associatis sibi quos viderit expedire, certis die et loco quibus ad hoc poterit intendere, capiat assisam nove dissaisine quam Willelmus de Bosco aramiavit versus Ricardum Talebot et Alinam uxorem ejus, Th. Britonem, Bartholomeum de Turbervill' et Johannem de Thurbervill' de tenemento in Pidelton', et de predictis die et loco certificet vicecomitem Dors', cui rex precepit quod ad mandatum suum assisam illam coram eis venire faciat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Waltero de Lascy et Nicholao de Verdun.—Quia Walterus de Lascy est in servicio regis in Anglia per preceptum suum, mandatum est justiciario Hibernie quod omnes loquelas, preter assisam nove dissaisine, que mote sunt versus eundem Walterum in curia regis in Hibernia, ponat in respectum usque ad Pascha anno etc. xvj. Teste ut supra.

Consimiles literas habeat Nicholaus de Verdun.

Pro Andrea le Goyz.—Mandatum est vicecomiti Hertf' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve de recto inter Willelmum filium Bernardi petentem et Andream et Andream* le Goyz, qui est in servicio regis cum Rannulfo Britone, tenentem, de xv acris terre in Terefeld', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

De sexaginta marcis que sunt in deposito apud Sarrisburiam ad opus regis.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod in propria persona sua accedat usque Sarrisburiam ad magistrum Edmundum de Abbendon' etc. cui rex mandavit quod lx marcas quas habet in deposito ad opus regis, eidem vicecomiti liberet, et ipsas ab eo recipiat et sub salvo conductu mittat usque Glouc' ad vicecomitem Glouc', cui rex precepit per literas suas quod denarios illos recipiat ab eo et post regem mittat versus partes Wallie. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem magistro Edmundo quod cum vicecomes Wilt' ad eum venerit pro denariis illis, eos ei liberari faciat. Teste ut ut supra.

Viceeomiti etiam Glouc' mandatum est quod a vicecomite Wilt' eosdem denarios recipiat et post regem salvo mitti faciat. Teste ut supra.

Postea mandatum fuit episcopo Sarrisburiensi quod illas lx marcas per decanum et capitulum Sarrisburiensem demandet liberari eidem vicecomiti, et ipsis decano et capitulo quod eas eidem vicecomiti liberent, quia magister E. non habuit eas in custodia sua.

De appello ponendo in respectum.—Robertus de Ely, Ricardus de Ely et Paganus de Wintewořth', quos Nicholaus de Hale, Willelmus dispensator et Warinus de Kenet appellant de latrocinio et pace regis fracta, sunt

* Sic in MS.

1231.

[m. 8.] cum Gerardo Talebot in servicio regis in partibus Wallie. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod appellum illud ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro rege de denariis.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod in fide qua regi tenetur et sicut honorem regis diligit et perpetuam offensam suam devitare voluerit, omnes denarios regis qui sunt penes eum cum summa festinatione ad regem mittat in Angliam, sciturus quod, si hoc facere distulerit, offensam regis gravem incurret, quam rex non poterit dissimulare. Teste rege apud Heref', xxvij die Julii.

Pro Alano Basset'.—Bene placet regi quod Alanus Basset pro debilitate status sui in partibus suis moram faciat ad presens, et quietus sit ne veniat cum rege versus partes Wallie in expeditione sua, et quod Gilebertus Basset, filius suus, loco suo ad hoc veniat cum rege. Teste ut supra.

De thesauro regis conducendo.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod de thesauro regis mittat usque Glouc' quingentas libras liberandas ibidem constabulario Glouc', cui rex precepit quod pecuniam illam recipiat ab hiis per quos ipsam predictus episcopus illuc miserit. Conduci etiam faciat denarios illos per aliquos de servientibus suis et alios, una cum gente quam major Lond' ad hoc ei inveniet, cui rex mandavit quod gentem quam poterit eidem episcopo habere faciat, ita quod per defectum salvi et securi conductus rex non sit perdens. Mittit etiam rex eidem episcopo literas suas ei et camerariis directas de predictis denariis liberandis. Teste rege apud Heref', xxvij die Julii.

Et mandatum est majori Lond' quod bonam gentem una cum hiis quos predictus episcopus assignabit ad thesaurum illum conducendum usque Glouc', ita quod illuc salvo et secure conducatur, et ne pro defectu etc.

Et mandatum est predicto constabulario Glouc' quod predictas d libras, quas predictus episcopus mittet ad eum usque Glouc' per preceptum regis, recipiat ab hiis qui eas ei liberabunt et eas salvo custodiat, donec regi scire fecerit se eas recepisse, quod sub festinatione regi significet. Teste ut supra.

[m. 7.] *Pro Johanne filio Philippi.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, non obstante precepto regis ei facto de saisina facienda Johanni filio Philippi de x libratis terre quas Radulfus de Ralegh' tenuit de terris quas Alanus filius comitis tenuit in Waltham, plenam saisinam habere faciat eidem Johanni de x libratis terre quas Henricus frater regis prius tenuit de ballio regis de terris que fuerunt ipsius Alani in Waltham; quas quidem x libratas terre rex eidem Johanni concessit, tenendas quousque rex eas reddiderit rectis heredibus per voluntatem regis vel per pacem, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fieri fecit. Teste rege apud Heref', xxvj die Julii.

1231.

[m. 7.] *De respectu loquele.*—Quia Willelmus de Fleg est cum vicecomite Heref' in servicio regis in partibus Heref' per preceptum regis, mandatum est ballivo hundredi de Fulkestan' quod loquelam, que est coram eo in predicto hundredo per breve de recto inter Willelmum Coc petentem et predictum Willelmum de Fleg tenentem, de tribus acris terre in Wingat', ponat in respectum usque ad proximum hundredum suum post festum Sancti Michaelis, anno etc. xv. Teste ut supra.

De trenchea facienda in foresta de Chipeham.—Rex Gilberto Basset salutem. Datur nobis intelligi quod tanta est spissitudo in foresta nostra de Chipeham circa locum illum qui vocatur La Holeweye quod, propter oportunitatem quam malefactores habent latendi in partibus illis, transeuntibus multa dampna iminent et quidam pericula rerum et corporum suorum aliquando ibidem incurrerunt occasione predicta. Volentes igitur indempnitati transeuncium per partes predictas providere, vobis mandamus quod circa locum predictum de spissitudine predicta prosterni faciatis, et trencheiam quandam fieri ad minus nocumentum foreste nostre prout fieri potest, ita quod de cetero transeuntibus liber pateat transitus per partes predictas sine discrimine rerum et corporum suorum. De eo autem quod prosterni feceritis circa locum predictum, commodum nostrum fieri faciatis, ita quod inde nobis respondere possitis. Teste rege apud Heref', xxvij die Julii.

Pro Johanne de Balun.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod terram Johannis de Balun de Estinton', quam cepit in manum regis eo quod dicebatur filium suum interfecisse cervum regis domesticum de castro Glouc', eidem Johanni replegiari faciat, donec rex aliud inde preceperit et inquirat quis cervum illum interfecerit etc.

Pro Simone de Parco.—Simon de Parco est in servicio regis in castro de Snet per preceptum suum. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ei pacem habere permittat de sectis comitatus et hundredi usque in xv dies post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Godestowe.—Mandatum est Thome de Langel' quod de venatione quam capi contigerit in balliva sua infra forestam de Wichewod', sive rege presente sive absente, totam decimam faciat habere abbatisse et monialibus de Godestowe secundum tenorem carte regis quam eis inde fieri fecit. Teste ut supra.

De villa Heref' capienda in manum regis.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod si aliquem invenerit de villa Heref' resistentem prohibitioni regis facte de mercatis ibi tenendis, capiat villam illam in manum regis. Teste rege apud Elevein, xxx die Julii.

Pro canonicis juxta Crek'.—Rex terram illam cum pertinentiis quam Nicholaus de Nereford' aliquando tenuit de ballio regis in comitatu Leic', et quam rex postea commiserat Johanni de Nereford', fratri suo, qui nuper obiit, commisit priori et canonicis juxta Crek', ubi corpus ipsius Johannis

1231.

[m. 7.] requiescit, pro anima patris regis et antecessorum suorum et pro anima ipsius Johannis, habendam et tenendam sicut idem Johannes eam tenuit. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod de terra illa cum pertinentiis eisdem priori et canonicis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Elevein, xxxj die Julii.

De debita regi firma villarum.—Mandatum est ballivis de Bruges quod in fide qua regi tenetur* et sicut se ipsos diligunt, sub omni festinatione regi faciant habere omnes denarios quos regi debent de firma ville sue de termino Sancti Michaelis anno etc. xv apud Elevein, ubi rex est in expeditione sua; ita quod pro defectu eorum negotia regis non remaneant propter quod rex ad eos se graviter capere debeat; et eis faciet rex denarios illos allocari. Teste rege apud Castrum Matill', j die Augusti.

Eodem modo scribitur ballivis Glouc', Salopie, Wigornie.

Pro Thoma Corbet.—Mandatum est ballivis de Bruges quod de residuo vinorum regis quod in domo aliquo competenti rex reponi per eos et salvo custodiri mandaverat, habere faciant Thome Corbet unum dolium vini de dono regis. Teste rege apud Elevein, ij die Augusti.

Pro Waltero de Lascy.—Dedit regi intelligi Walterus de Lascy quod, cum emi fecisset apud Bristoll' xj dolia vini, ballivi Bristoll' occasione precepti regis eis directi ne vina aliqua in villa sua vendi permitterent set omnia sequerentur exercitum regis, predicta xj dolia ipsum Walterum a villa sua non permittunt abducere. Et mandatum est eisdem ballivis quod ipsum W. non inpediant quin† de predictis xj doliis ad opus suum emptis voluntatem suam faciat, cariando ea quo voluerit. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Bathon'.—Rex concessit Galfrido de Bath' terram cum pertinentiis que fuit Roberti de Mariscis utlagati pro morte Jordani de Babestok' in Babestok', habendam et tenendam per unum annum et unum diem, sicut rex ea in manu sua tenere deberet. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod ei inde plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est, et catalla que fuerunt ipsius Roberti eidem Galfrido habere faciat, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est B. de Insula quod in foresta de Shirewode faciat habere Willelmo Bardulf' xx fusta ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Britonem.

De villa Heref' tenenda in manu regis.—Quod vicecomes Heref' cepit villam Hereford' in manum regis eo quod homines ejusdem ville tenuerunt mercatum ibidem contra prohibitionem regis, cepit eandem villam in‡ manum regis, gratum habet rex et acceptum, mandans quod eam in manu regis teneat donec rex aliud inde preceperit. Illos etiam de eadem villa qui debita debent regi, distringat ad eadem debita sine dilatione reddenda. Teste rege apud Castrum Matildis, iij die Augusti.

* Sic in MS. † qui, MS. ‡ Omitted in MS.

1231.

[m. 7.] *Pro quodam carectario.*—Mandatum est vicecomiti Heref' quod unum dolium vini, quod fuit arestatum in terra Walteri Marescalli de Castro Godrich', et quod adhuc est ibidem super carectam Johannis de Beverburn', cariari faciat usque Heref' et reponi in celario regis, et postea eidem Johanni carectam suam deliberari. Teste rege apud Castrum Matildis, iiij die Augusti.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod loquelam, que est in comitatu suo inter priorem de Selford' et Warinum de Bassingeburn', qui est cum comite Warennie in partibus Wallie, deforciantem de consuetudine etc. in Sesendal', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro Roberto Haget.—Rex perdonavit Roberto Haget, custodi terre et heredum Rogeri de Berneval, servicium feodi unius militis quod racione ejusdem terre regi facere tenebatur ad hanc summonitionem regis, quam fieri fecit de hiis qui de rege tenent in capite, et de juratis ad arma ad veniendum cum rege in Walliam. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod pacem ei sine dilatione inde habere permittat. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod loquelam, que est in comitatu suo inter Hugonem de Rikinghal' et Mariam uxorem ejus et Willelmum de Burnevill', qui est in partibus Wallie cum Rogero le Bigod, de x solidatis redditus et de debito xxx solidorum, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' de loquela inter eosdem de xxx solidatis redditus in Purlegh'.

Pro Thoma de Bromden'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per rotulos de Judaismo diligenter inquirant quantum Thomas de Bromden' debet Abrahe Pinche, Judeo de Wintonia, et terram suam de Bromden' per probos et legales homines faciat extendi, et secundum extensionem et valorem terre ejusdem et quantitatem illius debiti, rationabilem finem ei habere faciat ad predictum debitum eidem Judeo solvendum. Teste ut supra.

Pro Alicia de Merston'.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod habere facias* Alicie de Merston' id quod eam contingit de catallis que fuerunt Rogeri Grant, quondam viri sui, que nuper occisus fuit in servicio regis, unde Milo Pichard' ei injuriatur omnia predicta catalla ei injustinendo,* ita quod nullam inde potest habere portionem. Teste ut supra.

Pro Thoma de Linc'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non permittat quod Rosa de Eboraco Judea et Mariotus filius ejus distringant Thomam de Linc' pro debito quod exigunt pro Hugone le Vavasur de terra de Cockesford, quam idem Thomas tenet de dono Roberti de Coefeld'; sed ipsum Thomam pacem habere permittat usque in unum mensem a die

* Sic in MS.

1231.

[m. 7.] Sancti Michaelis anno etc. xv. Et si quid predicti Judei ceperint de terra illa post quam saisinam inde habuerunt, id eidem Thome reddi faciat. Teste ut supra, per justiciarium.

Pro Stephano Reymundi et sociis ejus.—Mandatum est magistro milicie Templi in Anglia quod lanam Galfridi de la Cauzade et Isardi socii sui, que per preceptum justiciariorum de Banco fuit arestata apud Novum Templum Lond' pro debito quod Stephanus Reymundi et Bartholomeus de Sancto Paulo exigunt ab eis coram predictis justiciariis, a predicto Templo non permittat amoveri donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De austurcis datis.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod albiorem austurcum quem regi dedit Andreas nepos regis de Swathed', et leporariam quam regi dedit idem Andreas et liberavit ei ad opus regis apud Lenn', faciat habere Rannulfo Britoni de dono regis. Teste rege apud Castrum Matildis, vj die Augusti.

Et mandatum est eidem Henrico quod de duobus austurcis quos predictus Andreas regi dedit et ei liberavit apud Lenn' ad opus regis custodiendos, unde rex dedit unum austurcum Rannulfo Britoni, faciat habere W. comiti Warennie alterum austurcum de dono regis. Teste ut supra.

De testamento Hugonis de Plesset'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, non obstante precepto regis ei facto de saisina facienda Willelmo de Huntercumbe de tercia parte manerii de Chaugrave, quam Hugo de Plesset' qui mortuus est tenuit de ballio regis, faciat habere executoribus testamenti predicti Hugonis catalla que sua fuerunt et blada que seminari fecit in eodem manerio, ad executionem testamenti sui inde faciendam. Teste ut supra.

Pro Thoma Mauduit.—Thomas Mauduit est in servicio regis in partibus de Elevein per preceptum suum; et mandatum est Henrico de Aldithel' quod ipsum Thomam pro aliquo milite ei inveniendo in partibus suis non distringat. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Walerando Teutonico xxx fusta in bosco suo de Lutegareshal', qui est infra forestam de Brehull', ad se hospitandum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat W. decano Sancti Martini Lond', duos damos in foresta Essex', de dono regis. Teste ut supra.

De bobus datis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod viij boves carucee regis quam habuit in terra de Hanebergh', quam reddidit abbati et canonicis Osen', faciat habere Godefrido de Crawecumbe, de dono regis. Teste rege apud Castrum Matildis in Elevein, vij die Augusti.

1231.
[m. 7.] *Pro Henrico Hosato.*—Rex concessit Henrico Hosato propter infirmitatem suam, quod ad presens remaneat in partibus suis nec veniat in partes Wallie in servicio regis. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod propter hoc ipsum in nullo vexet vel gravet. Teste ut supra.

Pro comite Marescallo de saisina terrarum suarum.—Rex cepit homagium Ricardi Marescalli fratris et heredis W. Marescalli, quondam comitis Penbr', de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti comitis Marescalli. Et mandatum est vicecomitibus Norf' et Suff' quod de omnibus terris que fuerunt ipsius W. comitis in balliva sua, et que ipsum Ricardum jure contingunt hereditario, de quibus saisitus fuit* die quo obiit, plenam ei saisinam sine dilatione habere faciant. Teste rege apud Castrum Matildis, viij die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norhamt', Sumerset' et Dors', Suhamt', Oxonie, Devonie, Essex' et Hertf', Sussex', Heref', Glouc', Wigornie, Buk', Wilt', et vicecomiti Berk', exceptis terris in Neubir' et in Sriveham, quas predictus comes habuit de dono regis et que remanere debent A. comitisse Penbr' ad totam vitam suam per cartam regis.

Rex cepit homagium Ricardi Marescalli fratris et heredis Willelmi Marescalli, quondam comitis Penbr', de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius W. comitis Marescalli et que predictum Ricardum Marescallum jure contingunt hereditario. Et mandatum est justiciario Hibernie quod, accepta prius saisina ad opus regis de castris que fuerunt prefati W. comitis Marescalli in Hibernia in continenti, sicut ea receperit, de eisdem castris et omnibus terris et tenementis que fuerunt memorati comitis Marescalli in Hibernia, de quibus fuit saisitus fuit† die quo obiit, et que ipsum Ricardum jure contingunt hereditario, cum omnibus libertatibus et aliis pertinentiis ad predicta castra, terras et tenementa pertinentibus, predicto Ricardo Marescallo plenam saisinam habere faciat; salvis etiam predicto Ricardo Marescallo libertatibus suis quas dicit se habere per cartas predecessorum regis, regum Anglie, . si quas habet. Teste ut supra.

Patens.—Et mandatum est Johanni Marescallo, Amaurico de Sancto Amando et Willelmo Crasso quod de castris de Haverford' et de Tymbey, que extiterunt in custodia sua per preceptum regis, plenam eidem comiti saisinam habere faciant. Teste ut supra.

.—Henricus de Erlegh', frater et heres Johannis de Erlegh', finem fecit cum rege per xx marcas pro relevio suo de terris quas idem Johannes de rege tenuit in capite, et que ipsum Henricum jure cont‡

Hibernia.—Pro comite Ricardo.—Cum jam uno anno et amplius elapso dedisset rex in mandatis R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod R. comes Pictavie et Cornubie de custodia omnium terrarum et heredum

* Omitted in MS. † Sic in MS. ‡ Cancelled, "quia in finibus."

1231.

[m. 7.] que fuerunt Theobaldi pincerne, quam rex ei dedit, plenam saisinam habere faceret, idem comes R. regi ostendit quod plenam saisinam de omnibus terris que fuerunt ipsius Theobaldi ei hactenus non fecit dictus justiciarius. Et mandatum est eidem justiciario, firmiter injungendo in fide qua regi tenetur, quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Theobaldi, de quibus fuit saisitus die quo obiit, et de quibus idem comes nondum habuit saisinam, omni occasione cessante ipsi comiti sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro burgensibus de Merleberg'.—Burgenses de Merleberge reddiderunt in garderobam regis apud Castrum Matildis die Sabbati in vigilia Sancti Laurencii ij marcas, que restiterunt reddende de v marcis per quas finem fecerunt cum rege pro summonitione eis facta de veniendo ad exercitum Wallie. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod eis inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

De coronatore in comitatu Hereford'.—Quia Rogerus Pipard, qui est unus ex coronatoribus regis in comitatu Heref', est in servicio regis in partibus Elevein apud Castrum Matildis, ita quod hiis que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu illo non potest intendere, mandatum est vicecomiti Herford' quod alium coronatorem faciat eligi qui etc.

[m. 6.] *Pro Hugone Wak'.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod loquelam, que est in hundredo de Anecastr' inter Hugonem Wak', qui est in exercitu regis per preceptum suum, et Willelmum de Albin', de averiis ipsius Willelmi captis etc. ponat in respectum usque ad proximum hundredum ibidem post festum Sancti Michaelis. Teste rege apud Castrum Matildis, xj die Augusti.

De fustis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Nicholao de Anne viij fusta in foresta de Pauncehal', ad furchias faciendas ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro R. comite Marescallo.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod talem saisinam faciat habere Ricardo Marescallo comiti Penbr' de manerio de Grendon' cum pertinentiis, qualem inde habuit ante quam illud cepit in manum regis per preceptum suum. Teste rege apud Castrum Matildis in Elevein, xj die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norht' de terra in manerio de Burton', et vicecomiti Suht' de manerio de Ringwod'.

Pro Willelmo de La Basoch'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod per visum proborum et legalium hominum deliberari faciat Willelmo de Basoch' et aliis executoribus testamenti Willelmi de Basoch', qui nuper obiit in partibus transmarinis, catalla que fuerunt ejusdem Willelmi in balliva sua, et que sunt in manu Willelmi de Cerland' et Thome Flury,

1231.

[m. 6.] ut dicitur, ad executionem testamenti ipsius Willelmi faciendam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dors' de catallis etc. que Willelmus de Cerland' et Willelmus de la Penty habent, ut dicitur.

De copulis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Willelmo de Vescy xx copulas in bosco de Mainefeld', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Alano filio Warini.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod de demanda vij librarum, quam Milo de Cantebrigia Judeus Wintonie facit Alano filio Warini, qui est cum rege in exercitu suo apud Castrum Matildis in Elevein per preceptum regis, pacem ei habere permittat quamdiu ibidem fuerit de precepto regis. Terram etiam ipsius Alani, de qua idem Judeus recuperavit saisinam occasione predicti debiti de precepto regis, eidem Alano cum catallis suis interim deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Paulino Peivre.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve de recto inter Willelmum de Hida petentem et Paulinum Peivre, qui est in exercitu regis apud Elevein cum Willelmo de Cantilup', tenentem, de terra in Cestresham, ponat in respectum usque proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis anno xv. Teste rege apud Castrum Matildis, xij die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat W. de Cantilupo, juniori, quatuor damos in foresta Rokingh', de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Petro de Rivall'.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod habere faciat Petro de Orivall*, persone de Aulton', decimam pannagii de foresta regis de Axiholt, sicut predicta ecclesia de Aulton' eam percipere consuevit. Teste rege apud Castrum Matildis, xiij die Augusti.

Pro Simone de Monte Forti.—Rex cepit homagium Simonis de Monte Forti de tota terra quam Simon de Monte Forti, pater ejus, quondam comes Leic' de rege tenuit de honore Leic', et que ipsum Simonem jure contingit hereditario. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod de tota predicta terra cum pertinentiis in balliva sua eidem Simoni sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Castrum Matildis, xiij die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Suht', Dors' et Wilt'.

Pro archiepiscopo Rothomagensi.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de terris, quas Theobaldus quondam archiepiscopus Rothomagensis habuit in balliva sua, Mauricio quondam Cenomannensi episcopo, Rothomagensi electo, per capellanum suum Stephanum de Harenis, plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suhamt'.

* Sic in MS.

1231.

[m. 6.] *De copulis datis.*—Mandatum est B. de Insul' quod habere faciat R. comiti Cestr' et Linc' xl copulas in bosco de Henle, de dono regis. Teste rege apud Castrum Matildis, xiij die Augusti.

Hibernia. Pro Radulfo de Trublevill'.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod Radulfum de Trublevill' de terra sua de Balimadun in nullo gravet vel occasionet, exigendo ab eo consuetudines aliquas vel servicia contra libertates quas habet per cartam regis, quam rex ei inde fieri fecit, sive libertatibus illis usus fuerit sive non. Teste ut supra.

Pro abbate Glouc'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavell' et venatoribus currentibus in foresta de Den' quod de venatione quam per preceptum regis capient ad opus regis in predicta foresta, decimam habere faciant abbati et monachis Sancti Petri Glouc', quam habere debent ibidem per cartas predecessorum regis, regum Anglie. Teste rege apud Castrum Matildis, xv die Augusti.

De denariis mittendis ad regem.—Mandatum est W. de Kirkeham quod omnes denarios, quos recepit de auxilio regi concesso a quibusdam personis ecclesiasticis de rege tenentibus in capite, liberari faciat Radulfo Tyrel, quem rex propter hoc et propter alia quedam negotia regis ad partes Lond' transmittit, deferendos ad regem ad partes Wallie. Teste ut supra.

Et mandatum est magistro milicie Templi quod quadringentas marcas, quas recepit in domo sua apud Novum Templum Lond' a Thoma Norwicensi episcopo, liberet Radulfo Tyrel deferendas ad opus regis ad partes Wallie. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Hubertus de Hadfeld', quem Isabella de Mara appellat de morte Helece filie sue odio et athia et non etc. ut rex accepit per inquisitionem inde factam, habet literas vicecomiti Oxonie quod in ballium tradatur etc., coram justiciariis ad primam assisam xij etc.

Pro Willelmo Lungesp'.—Mandatum est vicecomitibus Heref' et Wiltes' quod sine dilatione faciant habere Willelmo Lungesp' Alb[ericum] filium et heredem Gileberti de Sanes, cujus custodia ad eum pertinet, in cujuscumque custodia fuerit in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Gileberto de Aquila.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod districtionem quam facit Gileberto de Aquila, qui est in servicio regis cum eo in partibus Wallie, et hominibus suis de rapo de Pevenes' pro heckagio de Pevenes', ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xv. Averia autem ipsius Gileberti et hominum suorum, que ea occasione cepit, interim eis deliberari faciat. Teste ut supra.

De luciis datis.—Mandatum est ballivis de Clipeston' quod habere faciant W. de Ferrariis comite Dereb', xx minutos lucios in vivario de

1231.

[m. 6.] Clipeston', ad instaurandum vivarium suum de Beurepeir, de dono nostro. Teste rege apud Castrum Matildis, xvij die Augusti.

Pro hominibus de Notingham.—Homines de Noting' de Noting'* reddiderunt regi in garderoba sua apud Castrum Matildis die Jovis in vigilia Assumptionis Beate Marie x marcas, per quas finem fecerunt cum rege ut de licencia regis ad partes suas possent redire ab exercitu regis, ad quem summoniti fuerunt venire cum armis. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de illis x marcis ipsis hominibus pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro hominibus Hereford'.—Rex reddidit hominibus Heref' villam suam Heref' tenendam in manu sua, sicut eam tenuerunt antequam rex eam capi fecit in manum regis occasione transgressionis sue. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod villam illam eis in pace dimittat cum libertatibus suis et aliis pertinentiis, sicut eam prius habuerunt. Teste ut supra.

De denariis liberandis Walerando Teutonico et alii.—Mandatum est Radulfo Tyrel quod in presentia Warini, clerici G. de Craucumbe et eorum qui cum eodem Radulfo thesaurum regis conducunt de Lond' versus regem in partes Wallie, sigilla, quibus munitus est predictus thesaurus, frangi faciat ad liberandum Walerando Teutonico xl marcas ad expensas suas versus partes transmarinas, ad quas eum destinavimus in nuntium nostrum, et Henrico militi O. ducis de Bruneswic' c solidos de dono nostro; quos quidem denarios postquam eis liberaverit de eodem thesauro, eundem thesaurum tam sigillo suo quam sigillo predicti Warini, quem rex ob hoc ad eum mittit cum literis istis, sigillatum ad regem salvo faciat sub predicto conductu cariari. Teste ut supra.

Pro comite de Ferrariis—Mandatum est vicecomiti Essex' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis scutagia sua de feodis militum, que de rege tenet in capite in balliva sua; scilicet, de scuto x solidos pro exercitu de Biham et de scuto ij marcas pro exercitu de Muntgomery, et de scuto duas marcas pro exercitu Bed', et de scuto ij marcas pro exercitu de Kery; et de scuto tres marcas pro exercitu regis ad primum transfretacionem suam; et de scuto iij marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretacionem, in quibus exercitibus idem comes fuit cum rege per preceptum suum; nisi scutagia illa alias habuerit per brevia regis inde ei directa. Teste rege apud Castrum Matildis, xviij die August.

Pro Philippo de Pyrie et Theobaldo de Bellehus.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod nisi ballivus comitis Britannie in Anglia permiserit Philippo de Pyrie et Theobaldo de Bellehus habere blada sua que seminaverunt in manerio de Netlested', quod habuerunt de ballio regis et quod rex postea reddidit predicto comiti, sicut rex eidem ballivo precepit, ipse vicecomes blada illa eisdem Philippo et Theobaldo habere faciat. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1231.

[m. 6.] *Pro Willelmo de Cantilup'.*—Rex concessit Willelmo de Cantilup' pro sumptibus quos posuit in servicio regis in partibus Wallie, quod respectum habeat usque in xv dies post festum Sancti Michaelis anno etc. xv, de v marcis quas debuit reddidisse Copino de Oxonia Judeo ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste anno etc. eodem, et de x marcis quas debuit reddidisse Josceo filio Mossy de Wigornia ad eundem terminum, de fine quem fecit versus eosdem Judeos pro debito Willelmi filii Warini de Wika, ita quod non occasionetur pro eo quod predictum terminum non observavit, et quod infra predictum terminum in predicto debito non currant usure. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod respectum illum ei habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro comitissa Penbr'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat A. comitisse Penbr' vij damos in foresta de Brikestok', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Follo et sociis suis venatoribus regis quod cum canibus regis accedat ad forestam de Braden' et in ea capiat x cervos et xv damos ad opus regis, et eos habere faciat Thome de Sampford', cui rex mandavit quod venationem illam saliri et ad regem mitti faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Thome etc.

De catallis que fuerunt Johannis Le Petit.—Mandatur vicecomiti Glouc' quod catalla que fuerunt Johannis Le Petit, qui mortuus est, que cepit in manum regis, sine dilatione relinquat executoribus testamenti ipsius Johannis ad executionem testamenti sui inde faciendam. Teste rege apud Castrum Matildis, xx die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat Petro de Rivall' tres damos in balliva sua de Axiholt, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lucy.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Lond', faciat habere Galfrido de Lucy tria dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

De feria mutata.—Rex concessit Waltero de Lacy quod feria, que teneri solet singulis annis apud manerium suum de Wybbel' per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Ascensionis Domini, teneatur decetero ibidem singulis annis in vigilia Inventionis Sancti Crucis et ipsa die et in crastino ejusdem festi, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Hamonis.—Rex concessit Willelmo filio Hamonis quod, quamdiu fuerit in servicio regis in partibus Wallie, non currat usura de debito quod debet Aaron Blundo Judeo Lond'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, quamdiu ibidem fuerit in servicio regis, ipsum de usura illius debiti quietum esse faciant. Teste ut supra.

1231.

[m. 5.] *Hibernia. Pro episcopo de Kildelo.*—Rex electioni facte de Donato quondam Laoniesi* archidiacono in episcopum Laoniensem, assensum prebuit et favorem, sub tali conditione quod antequam fiat ei saisina de terris et possessionibus ad ipsum episcopatum pertinentibus, caveat per literas decani et capituli patentes, quas justiciario Hibernie loco regis exhibebit idem episcopus, protestantes quod processu temporis cum contigerit sedem predictam vacare, nullum regi aut heredibus suis poterit prejudicium gravari quin, eo non obstante quod sine licentia regis prius petita et optenta, sicut moris est, ad eundem episcopatum promotus est, decetero petatur a rege et heredibus suis eligendi licentia; et antequam reddatur ei castrum de Kildelou, per bonos et sufficientes plegios et etiam per literas predicti Donati episcopi patentes regi securitatem prestet quod de castro illo nichil disponet committendo illud inimicis regis, qui illud diruant vel dirui permittant, vel aliter per quod dampnum regi vel periculum terre sue Hibernie possit imminere. Et mandatum est eidem justiciario Hibernie quod utraque securitate predicta a predicto episcopo, sicut predictum est, recepta, de omnibus terris, redditibus et possessionibus que fuerunt R. quondam Laoniensi episcopi die quo obiit et ad ipsum episcopatum pertinent, ei plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m 5.] *De respectu loquele.*—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis de recto inter Ricardum de Henred petentem et Eustachium de Greinvill', qui est in servicio regis in partibus Wallie, et Johannam uxorem ejus tenentes, de terra in Northbroc' et in Sumerton', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis anno etc. xv. Teste rege apud Castrum Matildis, xxij die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod loquelam, que est in comitatu suo inter Willelmum Peverel et Huward' de Bikel' de secta, quam idem H. exigit a Willelmo Pipard' ad hundredum suum de Haurig', unde idem W. Pipard' vocavit ipsum Willelmum Peverel ad warantum, qui eam ei warantizavit, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro monachis de Cumhir.—Mandatum est constabulario de Haya quod permittat monachos et fratres de Cumhir, moram facientes apud grangias suas de Cubalva et de Caernaf' ad blada sua metenda et colligenda, sine difficultate et inpedimento emere victualia sibi necessaria apud Hayam, accepta ab eis securitate quod ea que ibi emerint non ferent nec ferri permittent inimicis regis de Wallia. Teste ut supra.

Pro Hugone Dispensatore.—Rex perdonavit Hugoni Dispensatori l marcas per quas finem fecit cum eo pro habenda custodia terrarum que fuerunt Galfridi le Salvag', simul cum custodia et maritagio heredum ipsius Galfridi. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis l marcis ipsum Hugonem quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Jordano la Warre.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant totam terram Jordani la

* Sic in MS.

1231.

[m. 5.] Warre in Raveleston', que est in manu Jocepini Judei de Bristoll' per preceptum regis, quantum terra illa valeat per annum tam in dominicis redditibus quam omnibus aliis; et extensione inde facta secundum quantitatem debiti quam predictus Jordanus debet eidem Judeo, faciat eidem Jordano habere rationabiles terminos et competentes, quibus se posset acquietare de predicto debito, ita quod interim de terra predicta rationabilem habeat sustentationem, et residuum ejusdem terre assignetur ad debita sua acquietanda. Teste rege apud Castrum Matildis, xxiij die Augusti.

Pro Waltero de Burgo.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod non inpediat Walterum de Burgo quominus recipere possit redditus et exitus terre de Thorinton, quam idem Walterus habuit de dono regis, sicut eos inde recipere consuevit postquam habuit saisinam ejusdem terre per preceptum regis; et ipsum inde in nullo occasionet vel gravet. Teste ut supra.

*Hibernia. Pro hominibus de Waterford.**

Pro Hugone de Loges.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod, occasione precepti regis quod ei fecit de justiciando Hugonem de Loges per corpus suum secundum consuetudinem Anglie, donec sacrosancte ecclesie tam de contemptu quam de injuria ei illata, ab eo esset satisfactum, ad blada vel catalla ipsius Hugonis in balliva sua manum non mittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti War'.

Hibernia. Pro hominibus de Waterford'.—Mandatum est R. de Burgo justiciario Hibernie, quod non permittat decetero quod aliquis de rege tenens, si tenementum suum retinere voluerit in Waterford', inde se transferat ad manendum super terram Templariorum vel Hospitalariorum, nec quod ipsi qui tenent de Templariis vel Hospitalariis vel alii sive de rege teneant sive non, qui sint in lot et scot cum civibus ejusdem civitatis, ea occasione quod manentes sunt in feodis predictorum Hospitalariorum vel Templariorum, de tallagiis vel aliis serviciis regi debitis sint quieti; cum ipsi Templarii vel Hospitalarii non debent aliquem hominem habere quietum de tallagiis in civitatibus vel burgis regis, nisi proprium hospitem suum. Teste ut supra.

Pro hominibus de Dereby, de denariis pacatis in Garderoba.—Homines de Dereby reddiderunt in Garderobam regis apud Castrum Matildis per preceptum regis quatuor libras, per quas finem fecerunt cum rege pro summonitione eis facta de veniendo ad exercitum regis in Walliam. Et mandatum est vicecomiti Dereb' quod pacem eis inde habere permittat. Teste rege apud predictum Castrum, xxv die Augusti.

Pro Guiberto de Rue.—Rex perdonavit Guiberto de Rue xxij solidos et quatuor denarios quos regi debuit de hoc anno etc. xv, de terra quam

* Cancelled, "quia aliter inferius."

1231.

[m. 5.] de rege tenet ad firmam in Uppeton'. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsum de predictis xxij solidis et iiij^{or} denariis pacem habere permittat; et si quid inde ceperit unde ad Scaccarium non responderit, ei sine dilatione reddat. Teste ut supra.

De amerciamentis regis in comitatu Eboraci summonendis.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo, thesaurario regis, quod amerciamenta illa modo debito et consueto summoneri faciat a die Sancti Michaelis in xv dies, quorum amerciamentorum rotulum de itinere S. de Sedgrave et sociorum suorum in comitatu Eboraci rex ei mittit. Teste ut supra.

Pro Warino capellano domini regis.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod si Johannes Maunsel et Edelina uxor ejus conventionem factam inter Warinum capellanum et ipsam Edilinam de quadam terra contendant infirmare, et eam dicto Warino tenere contradixerit, tunc xx solidos quos idem Warinus pre manibus pacavit pro eadem conventione, ei reddi et omnia blada instantis autumpni que in dicta terra sunt, ei habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Eve de Gray ij damos in foresta de Wichewod', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Bursecote.—Quia constat regi per inquisitionem quod una carucata terre et v solidate redditus et redditus j libre piperis et j libre cimini cum pertinentiis in Esse, qui fuerunt Roberti de Bosco qui suspensus fuit, extiterunt in manu regis per j annum et j diem, et quod idem Robertus terram illam et redditum tenuit de Roberto de Bursecot' in capite; mandatum est vicecomiti Buk' quod eidem Roberto plenam inde saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Boidino de Argu.—Rex de xxx marcis quas Boidinus de Argu debet Aaroni de Eboraco, Judeo, pro xx marcis quas idem Aaron ei accomodavit, perdonavit eidem Boidino x marcas, ita quod predicto Judeo reddat xx marcas quas ei accomodavit, ad terminum in cirografo inter eos confecto contentum. Et mandavit justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Boidinum de predictis x marcis quietum esse faciant. Teste me ipso apud Castrum Matildis, xxv die Augusti.

De tradendo in baillium.—Alexander filius Willelmi fabri, rectatus de morte Henrici filii Ace, odio et athia et non etc. ut constat per inquisitionem, habet literas directas vicecomiti Berk' quod tradat eum in ballium xij etc. Teste ut supra.

Pro Johanne de Monem'.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod habere faciat J. de Monem' blada que seminari fecit in manerio de Melkesham quamdiu fuit vicecomes Wilt', ad respondendum inde ad Scaccarium regis.

1231.

[m. 5.] *De bladis et catallis que fuerunt Rogeri de Clifford'.*—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, occasione mortis Rogeri de Clifford' qui nuper obiit, manum non mittat ad blada vel alia catalla que fuerunt ipsius Rogeri in balliva sua, nec permittat quod aliquid inde distrahatur vel amoveatur, invitis illis in quorum manu blada et catalla predicta reliquit. Teste rege apud Castrum Matildis, xxviij die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigornie, Sumerset', Wilt', Heref'.

Pro Reginaldo de Moyun.—Rex concessit Reginaldo de Moyun quod a tempore quo venit usque Glouc' ad eundum cum rege in servicio regis ad partes Wallie; videlicet, a die Lune proxima ante festum Sancte Margarete anno etc. xv, non currant usure in debito xx librarum et dimidie marce quod idem Reginaldus debet Deulebeneie, Elye et Pinche, Judeis de Wintonia, usque in xv dies post festum Sancti Michaelis anno eodem. Et mandatum est justiciariis etc. Judeorum quod sic fieri et irrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Huntercumbe.—Rex concessit Willelmo de Huntercumbe terciam partem manerii de Chaugrave cum pertinentiis et cum capitali mesuagio ejusdem manerii, habendam et tenendam de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis donec rex manerium illud reddiderit rectis heredibus per voluntatem vel per pacem, sicut plenius in literis patentibus etc. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod eidem Willelmo de predicta tercia parte ejusdem manerii cum pertinentiis et cum capitali mesuagio sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Rogero de Quency.—Rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis Rogero de Quency quod libere et sine inpedimento claudi faciat boscum suum de Stert fossato et haya; ita tamen quod fere bestie libere possint intrare et exire, et quod boscum illud essartare possit et excolere. Et mandatum est B. de Insul' quod ipsum Rogerum permittat bosscum illum fossato claudere et haya, et essartare et excolere, sicut predictum est. Teste rege apud Castrum Matildis, xxviij die Augusti.

Pro canonicis Sancte Marie de Prato in Norf'.—Rex dedit et carta sua confirmavit priori et canonicis Sancte Marie de Prato inter inter* Cree et Burneham in Norf' totam terram cum pertinentiis que fuit Johannis de Joy Normanni, in Ilveston' et Thurneby, et quam Johannes de Nereford' quondam tenuit de ballio nostro, habendam et tenendam in perpetuum de rege et heredibus suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, donec rex predictam terram reddiderit rectis heredibus per voluntatem suam vel per pacem, sicut plenius continetur in carta regis eis inde facta. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod eis inde plenam sine dilatione saisinam habere faciat. Teste rege apud Castrum Matildis, xxviij die Augusti.

Pro Philippo de Cartret. Patentes fuerunt.—Rex Philippo de Cartret salutem. Sciatis quod si a rege Francorum inpetrare poteritis

* Sic in MS.

1231.

[m. 5.] quod terram vestram in partibus transmarinis vobis reddat, bene concedimus vobis quod ad hoc laboretis et eam recipiatis de eo tenendam, salvis nobis homagio et fidelitate vestra nobis prestitis. Teste ut supra.

Pro creditore Thome Corbet.—Rex ad instantiam Thome Thome* Corbet concessit quod Johannes de Hibernia creditor ejus de Salopia hac vice non fiat prepositus Salopie sicut homines Salopie eum facere decreverunt. Et mandatum est eis quod ipsum inde quietum esse permittant hac vice. Teste rege apud Castrum Matildis, xxix die Augusti.

Pro Radulfo de Trublevill'. — Mandatum est vicecomiti Devonie quod distringat Rogerum la Suche ad reddendum Radulfo de Trublevill' scutagium de feodis militum que tenentur de Henrico de la Pomeraye in balliva sua, et que idem Henricus de rege tenere debet in capite, scilicet de scuto iij marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretacionem regis; quod quidem scutagium idem Rogerus recepit tempore quo fuit vicecomes Devonie, et quod rex dedit eidem Radulfo qui habet custodiam ipsius Henrici et terrarum suarum de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Bassingeburn'. — Mandatum est justiciariis etc. Judeorum quod per probos et legales homines extendi faciat* terram quam Johannes de Bassingburn' tenet in Tackel' de feodo Willelmi de Tackel', quantum valeat per annum tam in dominicis redditibus quam aliis; et extensione inde facta videant quantum predictus Willelmus de Tackel' debeat Elye Le Eveske Judeo London', qui pro debito predicto distringi facit predictum Johannem occasione predicte terre quam habet de ipso Willelmo; et postea secundum portionem et valorem terre ipsius assignent eidem Johanni portionem quandam predicti debiti quam pro dicto Willelmo reddat ad certos terminos, quos similiter ei habere faciant rationabiles; ita quod amplius non exigatur a predicto Johanne de predicto debito quam ad eum pertinet reddendum, ratione partis terre illius quam habet de terris que fuerunt ejusdem Willelmi. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est G. de Lucy quod in foresta regis de Porecestr' faciat habere Ernisio capellano Philippi de Albin' j bonam bonam* quercum ad reparationem ecclesie sue de Ferlinton', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod in foresta regis de Bernewod', ubi melius et ad minus nocumentum foreste regis, faciat habere Johanni filio Galfridi xxx quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste rege apud Castrum Matildis, xxxj die Augusti.

Pro Nicholao de Molis.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod ad sequendum comitatum et hundredum pro Nicholao de Molis occasione terrarum quas habet in balliva sua, attornatum suum quem ad hoc facere voluerit, recipiat. Homines etiam et terras suas in eadem balliva sua manuteneat, protegat et defendat, sicut dominica regis. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1231.

[m. 5.] *Pro Stephano de Sedgrave.*—Rex concessit Stephano de Sedgrave custodiam terrarum et heredum Willelmi de Dufton', qui mortuus est et de rege tenuit in capite, usque ad legitimam etatem ipsorum heredum, una cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod de omnibus terris et tenementis, que fuerunt predicti Willelmi die quo obiit in balliva sua, simul cum dictis heredibus eidem Stephano sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Castrum Matildis, xxxj die Augusti.

Pro Waltero Marescallo.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod si facta inquisitione constiterit ei quod Ricardus Suward', quando recepit manerium de Ber' de ballio W. Marescalli, quondam comitis Penbr', quod Walterus Marescallus frater ejusdem comitis nunc tenet, et unde idem comes homagium suum cepit, recepit manerium illud inbladatum, tunc de bladis ejusdem manerii de hoc autumpno anno etc. xv, predicto Waltero plenam saisinam habere faciat; et si dictus Ricardus non recepit manerium illud inbladatum, tunc eidem Ricardo blada predicta in pace habere permittat. Teste ut supra.

Pro carectis ituris ad nundinas Wintonie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod occasione precepti regis quod ei fecit de victualibus cariandis ad exercitum regis in Wallia, non inpediat vel inpediri permittat in balliva sua aliquam carectam carcatam mercandisis euntem ad nundinas Wintonie, quin illuc libere et sine inpedimento possint accedere mercatores cum mercandisis suis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Heref', Wigornie, Glouc'.

Pro magistro Humfrido de Millers.—Cum magister Humfridus de Millers, qui graciam fecit regi de hospicio suo apud Oxoniam ad opus Pontii de Ponte, proposuerit studere Oxonie post instans festum Sancti Michaelis, et necesse habeat rehabere dictum hospicium suum; mandatum est majori et ballivis Oxonie quod nullo modo omittant quin infra predictum terminum Sancti Michaelis predicto Pontio in alio hospicio competenti provideant, ita quod ex quo predictum hospicium magistri Humfridi exierit, aliud de providentia sua promptum habeat et competens. Teste ut supra.

[m. 4.] *De perdonatione mortis Ricardi filii Stephani.*—Audito infortunio ex literis S. de Sedgrave et sociorum suorum de morte Ricardi filii Stephani, quem Adam filius Walteri per decensum cujusdam sagitte quam* sursum traxerat occidit, visum est regi et verisimile est quod non† ex malicia aliqua excogitata per feloniam set eodem Adam invito obiit, unde rex pietate tactus quantum in se est, eidem Ade mortem predicti Roberti perdonavit; ita tamen quod pacem faciat cum parentibus ipsius Ricardi, si quis versus eum inde loqui voluerit. Et hoc significat rex eisdem justiciariis. Teste rege apud Castrum Matildis, iij die Septembris.

* quem, MS. † Omitted in MS.

1231.

[m. 4.] *Pro Waltero filio Willelmi.*—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Henricus de Beauchesne, qui mortuus est, tenuit terram quam habuit in Icheforton', Stanrewic' et La Woweford' de ballio Walteri filii Willelmi, patris sui, et non in feodo, mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de predicta terra cum pertinentiis, quam predictus Henricus tenuit de ballio predicti Walteri patris sui, eidem Waltero sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Castrum Matildis, v die Septembris.

Pro abbate de Cliva.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod talem saisinam habere faciat abbati de Cliva de quatuor virgatis terre cum pertinentiis in Camel, quas habuit de dono Jocelini de Oye et quas idem Jocelinus habuit de dono H. de Burgo etc, qualem idem Jocelinus habuit de dono predicti H. de Burgo etc. die quo ipse H. regi redderet manerium de Camel quod habuit de dono domini J. regis etc.; ita quod idem abbas intendens sit regi et respondens de servicio quod predictus Jocelinus de predicta terra reddere debuit predicto justiciario. Teste ut supra.

Pro Thoma Corbet de Hedleg'.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod si Thomas Corbet de Hedleg' ob aliam causam non fuerit excommunicatus nisi propter pasturam de Bromleg', in qua episcopus Coventrensis clamat habere communam et occasione cujus ipse episcopus sententiam excommunicationis in ipsum Thomam tulit, ut dicitur, tunc occasione precepti quod rex ei fecit de ipso Thoma justiciando per corpus suum, quia in dicta sententia permansit ultra xl dies, manum in eum non mittat. Homines etiam ipsius Thome qui sunt in eadem sententia et quos per preceptum regis cepit et tenet in prisona, ut dicitur, videlicet Henricum ad Aquam et Alanum fratrem ejus et Alanum prepositum, nisi ob aliam causam fuerint excommunicati, a prisona regis faciat deliberari, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

De austurco dato comiti Warennie.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod habere faciat W. comiti Warennie unum de melioribus austurcis regis qui ultimo regi transmissi fuerunt et sunt in custodia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Datum est regi intelligi ex parte Henrici de Trublevill', senescalli Wasconie, quod, cum ipse habuit de dono regis custodiam terre que fuit Nicholai Martin, qui de rege tenuit in capite, R. Marescallus comes Penbroc', occasione saisine quam rex ei fieri fecit de terris suis, ingressus est manerium de Tresgru quod fuit ipsius Nicholai, cujus custodia ad ipsum Henricum pertinet ratione predicte donationis, et ballivum suum inde ejecit. Et mandatum est eidem comiti quod, si ita est, tunc predicto ballivo ipsius Henrici manerium illud sine dilatione restitui faciat, et si quid inde ceperit id ei reddi faciat. Teste rege apud Castrum Matildis, v die Septembris.

1231.

[m. 4.] *De respectu loquelarum pro priore de Wenlac'.*—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que est coram eis inter priorem de Wenlac et Walterum de Cliff', Hugonem de Kinardesl', Philippum Anngevin et quosdam alios de imprisonamento hominum ipsius prioris, et loquelam que est coram eis inter ipsum priorem et homines de comitatu Salopie de falso judicio quod idem prior queritur sibi fieri in eodem comitatu, et loquelam que est coram coram* eis inter ipsum priorem et Walterum Haket et Margaretam uxorem ejus de divisis faciendis inter terram ipsius prioris in Stok' et terram ipsorum Walteri et Margarete in Wathull,' et loquelam que est coram eis inter ipsum priorem et Maddoc de Sutton' et Ceciliam uxorem ejus de terra in Madel', qui quidem prior profectus est in servicio regis in partes transmarinas, ponat in respectum usque in octabas Sancti Hillarii anno etc. xvj. Teste ut supra.

De denariis liberandis Radulfo Tyrel ad opus regis.—Mandatum est W. de Kirkeham quod omnes denarios quos habet de auxilio prelatorum regi concesso, ad quod recipiendum rex eum assignavit, Radulfo Tyrel, quem rex ad eum mittit, liberari faciat ad regem deferendos. Teste rege apud Castrum Matildis, vj die Septembris.

De austurco dato comiti de Ferrariis.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis de dono regis unum de melioribus austurcis regis, qui ultimo regi fuerunt transmissi et sunt in custodia sua, de hiis qui remanebunt postquam liberaverit H. de Burgo etc. et W. comiti Warennie austurcos quos rex eis dedit. Teste ut supra.

Pro Roberto de Pinkeny.—Mandatum est constabulario Windles' quod de tempore quo Robertus de Pinkeny extitit in servicio regis in partibus Wallie et de tempore similiter quo Henricus de Pinkeny, frater suus, et Robertus de Chesne et Benedictus de Wappenham, servientes sui, extiterint in eodem servicio cum rege pro eodem Roberto occasione egritudinis sue, qui ea de causa ad partes suas de licentia regis reversus est, ipsum Robertum non distringat ad wardam castro de Windles' faciendam, nec ipsum inde in aliquo vexet aut gravet. Averia etiam ipsius Roberti ea occasione capta, eidem Roberto deliberari faciat. Teste ut supra. Per S. de Sedgrave.

De custodia domorum et parci regis de Havering'.—Rex commisit Ricardo de Muntfichet domos regis et parcum de Havering custodiendas, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Henrico filio Aucheri quod custodiam predictarum domorum et parci ei habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De tercellis datis comiti de Ferrariis.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis unum de tercellis nuper regi transmissis, qui sunt in custodia sua, de dono regis. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1231.

[m. 4.] *Pro comitissa Penbr'*.—Mandatum est R. Marescallo comiti Penbr' quod de terra, quam Rogerus de Clifford' habuit de dono Willelmi Marescalli quondam comitis Penbr' in Savernestok', quam cepit in manum regis et cujus custodia pertinet ad Elienoram comitissam Penbr' sororem regis usque ad etatem heredum ipsius Rogeri ratione concessionis quam rex predicto Willelmo comiti Marescallo et eidem uxori sue postea fecit per cartam suam de manerio de Savernestok', eidem comitisse ut de custodia plenam saisinam habere faciat, sciturus quod nisi fecerit, rex a vicecomite Wigornie hoc fieri precepit. Teste rege apud Castrum Matildis, vj die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti Wigornie etc.

Pro Willelmo de Putot.—Rex concessit Willelmo de Putot custodiam terrarum quas Jordanus la Warre tenuit in Ditring* usque ad etatem heredum ipsius Jord'. Et mandatum est vicecomitibus Sumerset', Wilt',† quod ei de predictis terris plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod in foresta de Shirewud' faciat habere Hugoni Dispensatore x damas et duos damos ad parcum suum de Lucteburg' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Castrum Matildis, vij die Septembris.

Pro monachis Cantuarie.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod prohiberi faciat Judeis Cantuarie ne infra instans Natale Domini aliquo modo domum aliquam vel tenementum quod sit de feodo prioris et monachorum Cantuarie emere presumant, ut interim provideri possit qualiter indempnitati eorum inde prospiciatur. Teste ut supra.

.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod habere faciant Willelmo de Putot redditum quem Jordanus la Warr' percipere consuevit de ponderibus ville Bristoll', qui quidem Willelmus habet de concessione regis terram quam predictus Jordanus de rege tenuit in capite. Teste ut supra.‡

Pro Henrico de Capella.—Rex perdonavit Henrico de Capella tres marcas que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii de fine quem fecit cum rege Johanne pro palefredis, et unam marcam que exigitur ab eo per summonitionem ejusdem Scaccarii de prestito Hibernie ei facto ab eodem rege J. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum de illis iiij^or marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Castrum Matildis, viij die Septembris.

Pro quodam mercatore.—Petrus Beraldi de Caturcio, cujus catalla quedam Hugo de Bristoll' homo suus furatus est, de quibus interceptus fuit apud Bristoll' et propter que abjuravit terram, ut dicitur, invenit

* Corrected from "com' Glouc'." † These two names are substituted for "Glouc'."
‡ Cancelled, "quia aliter inferius."

1231.

[m. 4.] regi securitatem ad respondendum de predictis catallis si aliquis erga ipsum inde loqui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ea que remanserunt penes se de rebus et catallis ipsius Petri, et que cum ipso Hugone inventa fuerunt, Petro filio Aumarici Staleworth', homini Ricardi Renger de Lond', qui predicta cepit in manu pro dicto Petro Beraldi ad opus ipsius Petri Beraldi, sine dilatione liberari faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est ballivis Bristoll' quod ea que remanserunt penes se de rebus et catallis ipsius Petri, et que cum ipso Hugone inventa fuerunt, preter ea que ipsi reddiderunt in garderobam regis, et preter ea que remanserunt penes vicecomitem Glouc', cui rex idem mandavit, Petro filio Aumarici etc. ut supra.

Pro monialibus de Stamfford'.—Quia pars illa foreste regis de Clive, in qua sanctimoniales Sancti Michaelis de Stamford percipere consueverunt singulis diebus unam carectatam de spinis sive de mortuo bosco per concessionem regis per cartam suam, quam inde habent, jam *devenit in manum Willelmi Britonis de dono regis,* ita quod solitam carectatam de spinis vel de mortuo bosco decetero ibidem capere non poterunt; mandatum est H. de Nevill' quod alibi in eadem foresta eisdem sanctimonialibus locum competentem assignari faciat ubi ad minus nocumentum foreste et ad majorem commoditatem suam predictam carectatam habere possint, secundum quod eis rex prius per cartam suam concessit. Teste ut supra.

Pro Henrico de Longo Campo.—Rex concessit Henrico de Longo Campo quod singulis septimanis per diem Martis habeat apud manerium suum de Wilton' unum mercatum et singulis annis unam feriam ibidem, duraturam per tres dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino decollacionis Sancti Johannis Baptiste, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod mercatum illud et feriam illam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Eodem modo scribitur vicecomiti Midd' pro comite Ricardo de mercato apud Istleworth' per diem Jovis, et feria per diem Martis et diem Mercurii in septimana Pentecostes.

Pro Galfrido de Lucy.—Mandatum est Johanni de Venuz quod in foresta de Ulvemere faciat habere Galfrido de Lucy tres cervos et duos damos de dono regis. Teste ut supra.

Pro comitissa Sarrisburie.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat E. comitisse Sarrisburie† unum cervum in foresta de Graveling' de dono regis. Teste ut supra.

* The words between asterisks are substituted for "assartata est per Willelmum Britonem, cui rex de dono suo concessit boscum illum."

† Corrected from "Penbr'."

1231.

[m. 4.] *De garcione Johannis Folli.*—Mandatum est Thome de Sampford' quod capiat Willelmum garcionem Johannis Folli, qui vulneravit ipsum Johannem dominum suum, et ipsum tradat vicecomiti Wilt' custodiendum, cui rex precepit quod illum recipiat et salvo in prisona regis custodiat. Teste ut supra. Et mandatum est eidem vicecomiti etc. etc.

Hibernia. De terris capiendis in manum regis.—Mandatum est justiciario Hibernie quod capiat in manum regis terras omnium illorum qui sunt de familia regis in Hibernia et feodum annuum a rege recipiunt, qui nuper ad mandatum suum in necessitate pro pace Hibernie observanda ad servicium regis venire noluerunt, et terras illas in manu regis salvo custodiat donec rex aliud mandaverit. Teste rege apud Castrum Matildis, xvj die Septembris.

Pro Alano filio Warini.—Rex concessit Alano filio Warini quod a tempore quo per preceptum regis venit ad regem in servicium suum in partes Wallie anno etc. xv, et quamdiu ibidem fuerit cum rege per idem preceptum regis, non currant usure de debito xxviij marcarum quas idem Alanus debet Miloni de Cantebrigia, Judeo Wintonie. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Alanum de usuris predicti debiti de eodem tempore quietum esse, et hoc ita inrotulari faciant. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Jacobo de Sancto Martino.—Mandatum est G. Lissemorensi episcopo quod si archidiaconus Dublinensis Jacobo de Sancto Martino, clerico R. de Burgo ad petitionem regis concedat certam pensionem pro voluntate sua in ecclesia de Dungarvan in Des, rex concessionem suam gratam habebit; et ipse episcopus predictum Jacobum ad pensionem ipsam quam idem archidiaconus ei voluerit assignare, admittat, cetera que ad eum pertinent de eodem negotio exequens. Teste ut supra.

Pro Fulcone filio Warini.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que fuit inter Fulconem filium Warini petentem et Petrum filium Hereberti tenentem, de medietate manerii de Stanton' cum pertinentiis, et quam rex precepit poni in respectum usque ad reditum suum de partibus transmarinis, ut dicitur, faciant resummoneri ita quod sit coram eis a die Sancti Michaelis in tres septimanas in eodem statu quo remansit per preceptum regis. Teste rege apud Castrum Matildis, xv die Septembris.

Pro episcopo Wintoniensi de perdonatione scutagii.—Rex perdonavit P. Wintoniensi episcopo scutagia sua que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de feodis militum que de nobis tenet in capite, scilicet, de scuto duas marcas pro exercitu de Kery, et de scuto tres marcas pro exercitu ad primam transfretacionem regis, et de scuto tres marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretacionem regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis scutagiis ipsum episcopum quietum esse faciant. Teste rege apud Castrum Matildis, xv die Septembris.

1231.

[m. 4.] Et mandatum est vicecomitibus Wilt', Oxonie, Surr', Sumers', Berk', Suht', quod ei pacem inde habere permittant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Putot.—Rex concessit Willelmo de Putot usque ad etatem heredum Jordani La Warre redditum provenientem de custodia ponderis ville Bristolli, que fuit in manu ipsius Jordani, una cum custodia ejusdem ponderis. Et mandatum est ballivis Bristolli quod de custodia predicti ponderis et de redditu inde proveniente ipsi Willelmo talem saisinam habere usque ad etatem predictorum heredum, qualem predictus Jordanus inde habuit die quo obiit. Teste ut supra.

[m. 3.] *Pro Roberto Houel.*—Rex concessit Roberto Houel quod ipse et heredes sui libere et sine inpedimento forestariorum regis et eorum ministrorum per totam forestam Essex' habeant canes suos currentes, ad vulpem et leporem in ea fugandum et capiendum, sicut plenius continetur in carta regis ei inde facta. Et mandatum est Ricardo de Muntfichet quod eidem Roberto et heredibus suis permittat habere sine inpedimento canes suos currentes per totam predictam forestam, ad leporem et vulpem in ea fugandum et capiendum, sicut predictum est. Teste rege apud Castrum Matildis, xv die Septembris.

Rex concessit eidem Roberto quod ipse et heredes sui habeant unam feriam singulis annis apud manerium suum de Wiverdeston', duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino translationis Sancti Thome Martiris, et quod habeant unum mercatum singulis septimanis ibidem per diem Martis nisi etc., et quod ipse et heredes sui habeant liberam warennam in dominico suo proprio ejusdem manerii, ita quod nullus in ea currere possit ad leporem in ea fugandum vel capiendum sine voluntate et licentia ipsius Roberti vel heredum suorum super forisfacturam nostram x librarum, sicut plenius continetur in carta ei inde facta. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod predictam cartam legi, et predictum mercatum et predictam warennam et feriam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Gray.—Rex dedit Ricardo de Gray totum bladum quod per preceptum regis seminari fecit in xxxj acris terre cum pertinentiis in Eleford'. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod bladum illud eidem Ricardo habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Alano de Nevill' et sociis suis venatoribus regis currentibus in foresta de Wichewod', quod de damis quos capiunt in dicta foresta ad opus regis, faciant habere Pontio de Ponte ij damos de dono regis. Teste ut supra.

De catallis fugitivi.—Mandatum est vicecomiti et coronatoribus Salopie quod catalla que fuerunt Johannis de Perepunt, qui fugit de terra regis pro morte Willelmi Pachet, et que sunt in custodia sua, per probos et legales homines de comitatu Salopie faciant appreciari et liberari Johanni le Estrange ad respondendum de precio coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint. Teste ut supra.

1231.

[m. 3.] *De respectu loquele.*—Reginaldus Basset est in servicio regis apud Kaerdif. Et ideo mandatum est vicecomiti Buking' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis inter Isabellam de Tyrefeld' et ipsum Reginaldum et Agnetem uxorem ejus, de consuetudine et servicio etc. in Tirefeld', ponat in respectum usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno etc. xv.

Pro Umfrido Visdeleu.—Ostendit regi Umfridus Visdelu quod cum teneretur Benedicto et Faunket Judeis Bed' in xx marcis, et optinuisset ab eis terminos ad predictum debitum eis reddendum, ita quod ad festum Sancti Petri ad Vincula redderet eis vj marcas, et ad diem illum inveniret illis securitatem ad residuas xiiij marcas de predictis xx marcis eis reddendas ad festum Sancti Andree proximo futurum, quia ipse Umfridus detentus servicio regis in Wallia ad diem predictum venire non potuit et predictam securitatem ipsis Judeis invenire, ipsum predictum debitum ab eo exigunt insolidum, licet predictas vj marcas ad terminum predictum eis reddi fecisset. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, si ita est, eis predictos terminos habere faciant, ita quod ipsis Judeis securitatem inveniat quam prius invenisse debuit de residuis xiiij marcis ad predictum terminum eis reddendum.* Teste ut supra.

De girofalcone dato.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod de girofalconibus regis qui sunt in custodia sua, faciat habere P. Wintoniensi episcopo unum girofalconem sanum, de dono regis. Teste rege apud Castrum Matildis, xviij die Septembris.

De respectu interrogationis.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod interrogationem quam fieri facit in comitatu suo de Alexandro de Ho per appellum quod Adam de Dunemed' facit erga eum, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis anno etc. xvj. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod loquelam que est in comitatu suo inter Willelmum de Gosfeld' et Ricardum filium Hugonis qui in servicio regis est in partibus Wallie, de una carucata terre in Gosfeld' et in Bockinge, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post octabas Sancti Michaelis anno xvj. Teste ut supra.

Quia Andreas de Grendon' est in servicio regis apud Castrum Matildis, mandatum est vicecomiti Midd' quod loquelam, que est in comitatu suo inter Gilebertum de Hendon' petentem et predictum Andream et Sibillam uxorem ejus tenentes, de terra in Hamsted', ponat in respectum usque ad proximum comitatum post festum Sancti Michaelis. Teste rege apud Castrum Matildis, xviij die Septembris.

Pro Simone de Fladebir'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extenta terra Simonis de Fladebir' in Whytinton', que est vadium Pige et Hake et Isaac Judeorum Wigornie, super debitis que eis debet secundum quantitatem debitorum et valorem predicte terre, rationabiles terminos ipsi Simoni habere faciatis* ad predicta debita

* Sic in MS.

1231.

[m. 3.] ipsis Judeis reddenda; ita quod de residuo exituum predicte terre possit sustentari. Teste rege apud Castrum Matildis, xx die Septembris.

Pro magistro Roberto de Sancto Albano.—Mandatum est constabulario de Brug' quod magistro Roberto de Sancto Albano plenam saisinam habere faciat de prebenda que fuit magistri Roberti de Albrecumbe in ecclesia de Bruges, que vacat et ad donationem regis spectat, et quam rex eidem magistro Roberto dedit. Teste rege apud Castrum Matildis, xx die Septembris.

Pro Willelmo de Stutevill'.—Rex perdonavit Willelmo de Stutevill' ij palefridos et xx solidos, qui exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii de fine quem fecit cum rege pro habenda in uxorem Margareta que fuit uxor Roberti de Mortuo Mari. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis ij palefridis et xx solidis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Heref' quod ei inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Balduino de Veer duas quercus in bosco regis extra parcum suum de Brikestok', ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

De terra de Sloetres.—Rex concessit H. de Burgo etc. custodiam terre quam Rogerus de Clifford' habuit de dono regis in Sloetres, habendam usque ad etatem heredum ipsius Rogeri. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicta terra ipsi justiciario plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. Esturmy quod in foresta de Savernak' faciat habere H. comiti Hereford' tres damos de dono regis. Teste rege apud Elmel', xxij die Septembris.

Pro Simone de Monte Forti.—Rex cepit homagium Simonis de Monte Forti de tota terra quam Simon de Monte Forti, quondam comes Leic' pater ejus, cujus heres ipse est, de rege tenuit in capite de honore Leic'. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod de tota terra que fuit predicti Simonis de Monte Forti in balliva tua,* predicto Simoni filio suo talem saisinam habere faciat qualem predictus Simon pater ejus inde habuit die quo egressus est terram Anglie, et qualis inde saisina postea devenit in manum J. regis etc. post recessum predicti Simonis a terra Anglie. Teste rege apud Elmel', xxij die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Suht', Wilt' et Dors'.

Pro Galfrido de Bath'.—Mandatum est J. de Monem' quod catalla que fuerunt Willelmi de Mariscis, que cepit in manum regis tempore quo fuit vicecomes Wilt', sine dilatione et difficultate liberet Galfrido de Bath', cui rex catalla illa dedit una cum terra que fuit predicti fugitivi, quantum ad regem pertinet, de uno anno et uno die. Teste rege apud Elmel', xxij die Septembris.

* Sic in MS.

1231.

[m. 3.] *Pro hominibus de Calne.*—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod occasione precepti regis facti de fine capiendo ab omnibus illis de comitatu suo de rege tenentibus in capite per aliud servicium quam militare, qui non venerunt ad exercitum regis de Elevein, de hominibus regis de Calne qui sunt in manum* Willelmi de Cantil', nil capiat nec ea occasione eos distringat. Teste ut supra.

De bissis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat W. comiti Albemarl' tres bissas in foresta de Cumbr' de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel'.—Rex perdonavit Henrico de Aldithel' xl marcas quas reddere tenebatur ad Scaccarium pro proficuo comitatuum Salopie et Staff' de anno etc. xv. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De executoribus testamenti R. quondam Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est R. de Trublevill' et W. de Kirkeham, custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, quod sine contradictione et aliquo retenemento plenam saisinam habere faciat executoribus testamenti R. quondam Cantuariensis archiepiscopi, de omnibus bladis de autumpno anni presentis, videlicet, anni xv, simul et de omnibus instauris, ut bobus, porcis, bidentibus, averiis et omnibus aliis catallis que fuerunt predicti archiepiscopi, ad disponendum inde pro voluntate sua secundum quod viderint expedire executioni predicti testamenti. Permittat etiam eosdem executores habere sine inpedimento copiam grangiarum et domorum de maneriis archiepiscopatus, quousque de predictis et bladis et instauris disposuerint prout fuerit disponendum ad executionem predictam faciendam. Teste rege apud Heref', xxv die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de catallis et bladis predictis in nullo se intromittat, et si inde aliquid ceperit occasione decessus ipsius archiepiscopi, id executoribus predictis reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Surr', Sussex', Midd'.

Pro Ricardo Marescallo.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod talem saisinam faciat habere Ricardo Marescallo comiti Penbr', fratri et heredi W. Marescalli quondam Penbr' de manerio de Aure, qualem idem W. Marescallus inde habuit die quo obiit, retento in manu regis hundredo de Aure donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De catallis deliberandis.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod catalla Johannis Cniet, hominis H. de Burgo, etc. de Kaermerdin', qui est in municione ejusdem castri per preceptum ejusdem justiciarii, que in villa Bristoll' fecerunt arestari pro debitis quorundam aliorum de villa de Kaermerdin', sine difficultate ei deliberari faciant; cum idem Johannes non fuerit plegius eorum pro quibus catalla predicta arestaverunt. Ad catalla autem aliorum de predicta villa de Kaermerdin', ex quo in potestatem suam pervenerint, se capiant pro debitis predictis. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1231.

[m. 3.] *Pro Radulfo Marescallo.*—Rex concessit Radulfo Marescallo terram illam cum pertinentiis in Tystede, quam Adam de Gurdun de rege tenuit in capite, habendam et tenendam sicut predictus Adam eam tenuit, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod eidem Radulfo de terra illa cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Heref', xxv die Septembris.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant.

De respectu loquele. — Mandatum est vicecomiti Sumers' quod loquelam, que est in comitatu suo inter Thomam de Stok' petentem et Rannulfum de Hurle qui est in castro de Kaerdif' per preceptum regis, tenentem, de ij partibus unius hide terre in Inglescumbe et Berghe, poni faciat in respectum usque in octabas Sancti Hillarii. Teste ut supra.

Pro Johanne de Braos'.—Quia Johannes de Braos' est in servicio regis per preceptum suum in partibus Suwallie, ubi oportebit eum moram facere, mandatum est justiciariis de Banco quod appellum quod abbas de Fiscampnis et sui faciunt versus ipsum Johannem et homines suos de pace regis fracta, ponant in respectum usque in xv dies a die Sancti Hillarii, anno etc. xvj. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod in foresta de Bernewod' faciat habere R. comiti Marescallo x damos de dono regis. Teste rege apud Heref', xxvij die Septembris.

Pro Henrico de Aldithel'. — Rex de debito quod Henricus de Alditheleg' ei debet, perdonavit ei xx libras. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xx libris quietum esse faciant. Teste me ipso apud Hereford', xxvij die Septembris.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis inter Roesiam de Rokell' petentem et Robertum de Rokell' tenentem, de duabus virgatis terre et dimidiam in Helmedon, et inter Radulfum filium Willelmi petentem et dictum Robertum, qui profectus est in servicium in partes Scotie cum Rannulfo Britone, et Aliciam matrem ejus tenentes, de ij carucatis terre in Wiggefosse, ponat in respectum usque ad proximum comitatum post festum Sancti Hillarii. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' de loquela inter Godefridum de Rokell' petentem et predictum Robertum tenentem, de iiij^{ta} parte feodi j militis in Est Wod'. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur justiciariis de Banco de appello quod Ricardus filius Ricardi facit versus Hugonem de Castillun, qui profectus est cum predicto Rannulfo ad partes Scotie, ponendo in respectum usque ad festum Sancti Hillarii. Teste ut supra.

1231.

[m. 3.] *Pro Hugone de Samford'.*—Rex perdonavit Hugoni de Samford' xxiij marcas xj solidos et iiij denarios qui exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii de prestito ei facto tempore J. regis in Wallia et pluribus aliis locis, et xix marcas et dimidiam que per eandem summonitionem ab eo* exiguntur de prestito Hibernie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone de Nevill'.—Mandatum est B. de Insula quod servientes suos, quos supra servientes Hugonis de Nevill' posuit in balliva ipsius Hugonis in comitatibus Norht', Buk' et Hunted', sine dilatione amoveat quousque a rege aliud habuerit mandatum. Teste rege apud Hereford', xxvij die Septembris.

Pro Nigello le Bret'.—Dedit regi intelligi Nigellus le Bret quod, cum rex dedisset ei apud Bed' pro servicio suo in quo fuit ibidem cum rege, viij acras bosci in foresta de Den' excolendas et essartandas, et postea inde partem quandam assartasset et aliam partem dimisisset essartandam quousque daretur ei oportunitas eam essartare, constabularius Sancti Briavelli ipsum Nigellum jam volentem partem residuam excolere non permittit ad hoc manum apponere, eo quod de novo suscepit ballivam ejusdem foreste. Et mandatum est eidem constabulario quod si non constet ei utrum idem Nigellus predictas acras bosci ei a rege concessas prius essartaverit necne, tunc assumptis secum viridariis et forestariis ejusdem foreste predictas viij acras ei prius assignatas mensurari faciat; et si invenerit quod adhuc supersit aliquid excolendum et assartandum de predictis viij acris, tunc totum residuum ab eodem Nigello essartari permittat et excoli, ita quod ipsum inde non gravet. Teste ut supra.

[m. 2.] *De custodia archiepiscopatus Cantuariensis.*—Mandatum est W. de Kirkeham, custodi archiepiscopatus Cantuariensis, quod custodie predicti archiepiscopatus diligenter intendat, faciens dominica archiepiscopatus bene excoli et seminari de exitibus ejusdem archiepiscopatus, et domos et edificia custodiri et sustentari quod in custodia sua non deteriorentur. Teste rege apud Ledebir', ij die Octobris.

Pro Nicholao de Molis.—Rex perdonavit Nicholao de Molis viij marcas quas regi reddere tenebatur ad Scaccarium Sancti Michaelis, anno etc. xv, de debitis que Jacobus de Novo Mercato, pater Hawisie uxoris ejusdem Nicholai, regi debuit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Heref', xxviij die Septembris.

Pro reclusa de Los'.—Mandatum est R. de Trublevill' et W. de Kirkeham, custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, quod quamdiu archiepiscopatus Cantuariensis extiterit in manu sua, faciant habere Sarre recluse de Los', id quod S. bone memorie Cantuariensis archiepiscopus eidem Sarre fecit assignari ad sustentationem suam, sicut illud habere

* Omitted in MS.

1231.

[m. 2.] consuevit tempore predicti Cantuariensis archiepiscopi et tempore R. Cantuariensis archiepiscopi, successoris sui. Teste ut supra.

Pro fabro quarellorum.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod Johanni de Malemort fabro, quem rex remittit ad quarellos fabricandos apud Sanctum Briavellum, domum quandam, carbonem et ferrum ad predictos quarellos fabricandos et lard ad eos ungendos et fustum ad eos inflechiandos inveniat, et custum etc. Teste u*

Pro H. Lincolniensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Huntind' quod, non obstante domini regis mandato quod ei fecit de saisina facienda Johanni de Burgo de terris que fuerunt Willelmi de Eyneford' in baillia tua,* qui habet de dono ejusdem domini regis custodiam terrarum et heredum predicti Willelmi ratione archiepiscopatus Cantuariensis vacantis et in manu domini regis existentis, sine dilatione plenam saisinam faciat habere venerabili patri H. Lincolniensi episcopo de manerio de Stocton' cum pertinentiis, quod predictus Willelmus tenuit de eodem episcopo, et si quid inde amotum fuerit post mortem predicti Willelmi, eidem episcopo sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Heref', xxx die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' de manerio de Stok' cum pertinentiis.

Pro Henrico de Helyon'.—Mandatum est B. de Insula quod permittat H. de Helyon et homines suos de Hoby, quos habet de dono regis, habere estoverium suum ad husbote et heybote, et pasturam ad averia sua et alia aisiamenta in foresta regis de Gauteris, sicut habere consueverunt dum fuerunt in manu regis; et si contra consuetudines et libertates suas vexati vel molestati fuerunt per ballivos ipsius B., sicut graviter sunt conquesti, id eis faciat emendari. Teste ut supra.

Rex concessit Henrico de Helyon' quod illas x acras bosci quarum quercus et ligna succidi fecit et prosterni in bosco de Esingwald', essartari et excoli faciat et fossato et haya claudi, ita quod fere intrare possint et exire. Et mandatum est B. de Insula quod predictas x acras sine inpedimento per ipsum essartari et excoli et claudi permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo Hardel.—Mandatum est custodi vinorum regis Oxonie quod habere faciat Willelmo Hardel unum dolium vini de vinis regis que sunt in custodia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Rex per finem trescentarum marcarum quem Gilebertus Basset fecit cum rege pro habendis illis xv libratis redditus quas Alanus Basset pater ipsius Gileberti consuevit singulis annis reddere ad Scaccarium pro manerio de Berewic', perdonavit eidem Alano omnia arreragia que regi debet ad Scaccarium de illis xv libratis redditus. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de omnibus arreragiis illarum xv librarum ipsum Alanum quietum esse faciant. Teste rege apud Heref', xxix die Septembris.

Idem Gilebertus habet inde literas patentes directas omnibus etc.

* Sic in MS.

1231.
[m. 2.] *Pro Waltero de Lascy.*—Rex perdonavit Waltero de Lascy c marcas quas regi reddere tenebatur in hoc Scaccario Sancti Michaelis anno etc. xv, de debitis que idem Walterus regi debet, et unde rex ei concessit quod reddat regi per annum ad Scaccarium ducentas marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum W. de predictis

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de x quercubus quas rex tempore quo Rogerus de Clifford' fuit constabularius Sancti Briavelli dedit abbati de Flexl' ad operationem ecclesie sue, de quibus habuit ut dicit quatuor quercus et non amplius, faciat ei habere sex quercus residuas, nisi illas habuerit per aliud preceptum regis predicto Rogero directum. Teste rege apud Heref', primo die Octobris.

Pro Johanne de Monem'.—Rex c marcas quas Johannes de Monem' reddere debuit ad hoc Scaccarium regis Sancti Michaelis anno etc. xv, de fine quem fecit cum rege de reddendis regi singulis annis ducentis marcis de debito quod regi debet pro foresta de Trivel, donec regi de debito illo esset satisfactum, perdonavit eidem Johanni ad se sustentandum in servicio regis in partibus Wallie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de predictis c marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De respectu appelli.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod appellum quod Nicholaus le Seculer et Walterus de la Hide faciunt versus Milonem Pichard', Adam Pichard', Johannem Pichard', et Druettum de Kimard' de pace regis fracta, ponat in respectum usque ad primum adventum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que est coram eis inter Flandrinam que fuit uxor Eustachii de Fercles petentem et Bartholomeum Peche tenentem, de dote ipsius Flandrine in Granteset', poni faciant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno etc. xvj. Teste ut supra.

Pro abbate de Flexle.—Mandatum est Gileberto Basset quod permittat abbatem de Flexl' habere forgiam suam itinerantem in foresta de Den', sicut eam habere consuevit ante quam rex custodiam foreste sue commisisset. Teste ut supra.

Pro Rogero de Lenhal'.—Rex perdonavit Rogero de Lenhal' pro Deo, quantum ad regem pertinet, mortem Nicholai filii Everardi pro qua captus est et detentus in prisona regis, ita quod ex quo deliberatus fuerit a predicta prisona statim post xl dies exeat terram Anglie et proficiscatur ad terram Jerosolimitanam, ibidem Deo serviturus et illinc nunquam recessurus nec in terram regis aliquo tempore rediturus. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod ipsum Rogerum a prisona regis deliberet, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Bruges quod habere faciant Gileberto Basset ij dolia vini de vinis regis que sunt in custodia sua de dono regis. Teste ut supra.

1231.

[m. 2.] *Pro rege de instauro reddendo.*—Mandatum est executoribus testamenti R. de Clifford' quod sine difficultate reddi faciant constabulario Sancti Briavelli blada et instaura que idem Rogerus emit de denariis regis quos recepit ad Scaccarium regis ad predicta instaura emenda ad opus regis, quia non est juri consonum quod aliquis condat testamentum de bonis alienis. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Rex de debito quod ei debet Amauricus de Sancto Amando pro Waltero de Verdun avunculo suo, cujus heres ipse est, et de quo debito idem Amauricus regi reddere debuit singulis annis x marcas per finem cum rege inde factam, donec de predicto debito regi esset satisfactum, videlicet, ad Scaccarium Sancti Michaelis v marcas et ad Scaccarium Pasche v marcas, perdonavit ei lx marcas de primis terminis, ad se sustentandum in servicio regis in partibus Wallie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod hoc ita fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Ledebir', ij die Septembris.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve de recto inter Roesiam de Kokefeld' petentem et abbatem de Strafford', qui vocavit ad warantiam Ricardum Suward', qui est in partibus Wallie in servicio regis per preceptum suum, tenentem, de xij libratis redditus cum pertinentiis in Burghested', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Hillarii anno etc. xvj. Teste rege apud Wigorniam, ij die Octobris.

De respectu demande.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod demandam v marcarum quam Manasserus Judeus Eboraci facit Ricardo de Alencun de debito Alexandri de Nevill', cujus terre et heredis custodia est in manu sua de dono regis, poni faciant in respectum usque ad diem Mercurii proximam ante festum Sancti Luce Ewangeliste anno etc. xv, ut tunc sciat rex per rotulos Scaccarii de Judaismo de quanto debito predictus heres eidem Judeo debeat respondere. Teste ut supra.

Pro Waltero de Clifford'.—Rex perdonavit Waltero de Clifford' xlv libras que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Walterum de illis xlv libris quietum esse faciant. Teste rege apud Wigorniam, iij die Octobris, anno etc. xv.

Pro priore Wigornie.—Quia constat regi per inquisitionem quod terra que fuit Walteri Noblet, qui regnum abjuravit pro morte Ade Makeheit, extitit in manu regis per unum annum et j diem, et quod idem Walterus terram illam tenuit de priore Wigornie in capite, mandatum est ballivis Wigornie quod eidem priori de predicta terra plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro fratribus minoribus.—Rex ad peticionem fratrum minorum Wigornie concessit quod posterna illa que est in muro Wigornie ante

1231.

[m. 2.] domum ipsorum fratrum, largior fiat ad buscam eorum et alia necessaria per eandem posternam carianda, vel quod alibi provideatur eis via competens ad ea carianda. Et ideo mandatur ballivis Wigornie quod predictam posternam largiorem ad hoc fieri faciant, vel alibi eis viam competentem provideant ad necessaria sua carianda. Teste ut supra.

De gaola Wigornie.—Mandatum est ballivis Wigornie quod vicecomiti Wigornie copiam habere faciant de gaiola ville Wigornie ad prisones regis in ea ponendos et custodiendos* per homines suos, ita quod prisones illi et alii, si necesse fuerit, in ea ponantur,* donec gaiola regis infra castrum Wigornie, que debilis est, taliter efforcietur quod prisones in ea sine metu et periculo evasionis possint salvo custodiri. Teste rege apud Evesham, iiij die Octobris.

Pro Waltero de Bello Campo.—Rex R. comiti Pictavie et Cornubie salutem. Ostendit regi Walterus de Bello Campo quod cum Willelmus de Bladis meruerit male se gerendo in castro de Radenour' dissaisiri de terris suis, quas cepistis in manum nostram propter transgressionem suam, vos inter alias terras cepistis in manum nostram terram quandam quam idem Willelmus tenuit de predicto Waltero in capite; et quia idem Walterus firmiter nobis promisit quod terram illam predicto Willelmo sine voluntate nostra decetero non reddet, vobis mandamus quod eidem Waltero terram illam, que est de feodo suo, reddi faciatis, quia idem Walterus propter factum hominis sui non meruit disseisiri de feodo suo. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao Parvo.—Mandatum est justiciario Hibernie quod reddi faciat Nicholao Parvo annuum redditum v marcarum quas percipit ad Scaccarium Dublin' de firma Duneccanni de Karebragh, et de arreragiis suis ei satisfaciat de tempore quo extitit justiciarius Hibernie, si quid ei fuerit a retro de tempore suo. Teste ut supra.

Pro Johanne de Munem'.—Rex concessit J. de Monem' quod c marcas quas rex ei perdonavit nuper de debito quod ei debet pro foresta de Trivel, allocentur ei in hoc termino Sancti Michaelis anno etc. xv. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Otinton', v die Octobris.

Pro Thoma de Warewic'.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod, non obstante mandato regis ei facto de faciendo habere Willelmo de Cantilup' scutagium suum de feodis militum de wardis que de rege tenentur in capite et sunt in manu sua, faciat habere Thome de Warewic' scutagium suum de feodis militum que filius et heres Thome de Muntford', qui est in custodia ipsius Willelmi, de predicto Thoma tenere debet, et ipse Thomas de rege in capite; scilicet de scuto xx solidos pro exercitu regis de Elevein in quo habuit milites suos per preceptum suum. Teste rege apud Wudestok', vij die Octobris.

* The words between asterisks are substituted for "ad custum suum, ita quod gaiola illa sit in potestate sua."

1231.

[m. 2.] *De abbatia Sancti Augustini Cantuarie.*—Mandatum est R. de Trublevill' et W. de Kirkeham, custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, quod, non obstante mandato regis de terris et possessionibus abbatis Sancti Augustini Kantuarie, qui dicebatur decessisse et vivit, in manum regis capiendis, dictas terras et possessiones priori ejusdem loci et ballivis ipsius abbatis restitui faciat,* permittentes eis eas pacifice possidere; et si quid amotum fuerit postquam etc. id eis reddi faciant. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Cauz de perdonatione.—Rex perdonavit Galfrido de Cauz xxx solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito Hibernie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant.

De fustis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat fratribus predicatoribus Oxonie, xiij fusta in foresta de Shotovr' sparsim per loca ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possint, ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, viij die Octobris.

Eodem modo scribitur eidem de xiij fustis datis fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxonie ibidem. Et de v fustis datis leprosis Sancti Bartholomei Oxonie. Et de xiij fustis datis fratribus minoribus ibidem.

De liberatione data Willelmo de Vendome.—Rex concessit Willelmo de Vendom' nuntio suo liberationem duorum denariorum et oboli quam Simon de Cambray percipere solebat in die de elemosina regis constituta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem illam ei habere faciant. Teste rege apud Oxoniam, viij die Octobris.

De venatoribus missis ad currendum.—Rex ballivis suis de foresta de Pikering' salutem. Mittimus ad forestas nostras de Pikering' et de Gauteris venatores nostros ad capiendum in foresta nostra de Pikering' xxx porcos ad opus nostrum et l bissas in eadem foresta et in foresta de Gauteris. Et ideo vobis mandamus quod ipsos venatores nostros ad hoc admittatis. Teste rege apud Walingford', viij die Octobris.

Et mandatum est ballivis foreste de Gauteris quod ipsos venatores ad predictas l bissas capiendas admittat.* Teste ut supra.

De venatione custodienda.—Mandatum est constabulario Noting' quod xiij damos quos vicecomes Norht' cariari faciet usque Noting' ei liberandos, recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De firma Walingeford'.—Mandatum est majori et ballivis Walingf' quod, non obstante mandato regis eis facto quod de firma ville Walingf' non essent intendentes R. comiti Cornubie, fratri regis, donec rex aliud inde preciperet, eidem comiti de firma ejusdem ville decetero sint respondentes, quamdiu regi placuerit, ad terminos quibus inde respondere consueverunt ad Scaccarium regis. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1231.

[m. 2.] *Pro Willelmo scissore regis de carettis datis.*—Mandatum est vicecomiti Suht' quod de longis carettis regis que sunt in custodia sua, faciat habere Willelmo scissori tres carettas de dono regis. Teste rege apud Rading', x die Octobris.

Pro Henrico filio Nicholai.—Rex concessit Henrico filio Nicholai manerium de Fordinton' cum omnibus pertinentiis suis, habendum et tenendum tota vita sua per cartam regis quam ei inde fieri fecit. Et mandatum est Roberto Chauntemerle quod ipsi Henrico fidelitatem faciat de tenemento quod de rege tenuit, tamquam pertinens ad predictum manerium, in Dalwod', et de quo fecit regi fidelitatem quamdiu predictum manerium fuit in manu regis; et de servicio suo de quo inde regi respondere consuevit, ei sit intendens et respondens, sicut inde regi respondere consuevit. Teste rege apud Windles', x die Octobris.

Pro abbatissa de Fonte Ebroldi.—Rex H. de Trublevill', senescallo Wasconie, salutem. Monstravit nobis dilecta nobis abbatissa de Fonte Ebraldi quod cum tempore domini J. regis, patris nostri, et postea tempore nostro percepisset singulis annis secties xx et x libratas redditus Pictavie in insula Oleronis usque ad tempus quo H. comes March' et Engolisme predictam insulam occupavit, dictus comes sua faciente malitia quominus dictum redditum suo tempore percepisset dicta abbatissa sicut consueverat, eam impedivit. Et ideo vobis mandamus quod cum dicta insula jam devenerit in manum nostram, nec velimus quod ibidem habere debet ei denegare, de predicto redditu plenam ei saisinam habere faciatis sicut illum percipere consuevit temporibus dicti patris nostri et nostro antequam predictam insulam dictus comes occupasset. Teste rege apud Windles', xj die Octobris.

Pro Willelmo de Leukenore.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod in foresta de Bernewod' faciat habere Willelmo de Leukenor', patri fratris Johannis elemosinarii, unam quercum ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario ' Windles' quod habere faciat priorisse de Bromhal' unam quercum in parco regis de Windles', de dono regis. Teste rege apud Windles', xj die Octobris.

Eodem modo scribitur eidem constabulario pro Petro de Bedinton' de j bona quercu in foresta de Windles' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De busca ad opus regis.—Mandatum est ballivis foreste de Gauteriz quod habere faciant vicecomiti Eboraci buscam et carbonem in foresta de Gauteriz ad sufficientiam ad opus regis, contra adventum suum apud Eboracum die Dominica ante festum Sancti Martini. Mandatum est enim vicecomiti Eboraci quod buscam illam et carbonem ab eo recipiat et usque Eboracum cariari faciat. Teste ut supra.

De assisa venire facienda coram rege.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod assisam quam Robertus de Hoton' arraniavit coram justi-

1231.

[m. 2.] ciariis ad primam assisam etc. versus Andream le Marescall' et alios plures contentos in brevi quod rex ei directum fieri fecit, de quodam stagno prostrato in Hoton' ad nocumentum etc. in eadem villa, venire faciat coram rege in primo adventu suo apud Noting' in eodem statu quo rex eam venire precepit coram predictis justiciariis. Et habeat ibi hoc breve et aliud breve. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Marie de Pratis in Norf'.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod, non obstante concessione regis quam fecit R. comiti Cestr' et Linc' de terris Normannorum cum excidissent non conferendis, in qua quidem concessione nulla mentio facta est de Simone de Monte Forti nec de heredibus suis, sine dilatione plenam saisinam faciat habere priori et canonibus Sancte Marie de Pratis in Norf', sicut rex alias precepit, de terra de Ilveston', quam Johannes de Nereford' tenuit de ballio regis, et quam rex post mortem ipsius Johannis intuitu Dei ipsis priori et canonibus contulit; et si quid inde captum vel amotum fuerit postquam rex precepit eis inde saisinam fieri, id eis restitui faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Octobris.

De scutellis et salsariis faciendis.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo, thesaurario regis, quod de denariis regis qui sunt in custodia sua, visis literis, fieri faciat viij[to] scutellas argenteas; videlicet, quamlibet scutellam ponderis quatuor marcarum, et similiter viij[to] salsaria argentea, videlicet, quodlibet salsarium ponderis j marce; et ea cum festinatione ad regem mittat ita quod ea habeat apud Eboracum die Dominica ante festum Sancti Martini anno etc. xvj. Teste ut supra.

Pro Thoma de Warewic'—Mandatum est vicecomiti Berk' quod distringat Willelmum de Fris' ad reddendum Thome filio et heredi H. quondam comitis War' scutagium suum de feodo unius militis, quod idem Thomas tenet de rege in capite in Bastelden'; non obstante eo quod feodum illud est de terris Normannorum, videlicet, de scuto xx solidos pro exercitu regis de Elevein, in quo habuit milites suos per preceptum regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti War' pro eodem Thoma de distringendo Willelmo de Cantilup' ad reddendum ei scutagium de feodis x militum, que sunt in custodia sua cum filio et herede Thurstani de Monte Forti, qui eadem feoda tenere debet de predicto Thoma, et que idem Thomas de rege tenet in capite; videlicet, de scuto xx solidos ut supra in proximo brevi, non obstante eo quod rex concessit eidem Willelmo scutagium de wardis que sunt in manu sua. Teste ut supra.

Pro fratre R. quondam Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est W. de Kirkeham, custodi archiepiscopatus Cantuariensis, quod de exitibus manerii de Otteford' faciat habere Waltero de Nasinges, fratri R. quondam Cantuariensis archiepiscopi et Agneti de Nasing' sorori ipsius archiepiscopi, x libras de termino Sancti Michaelis anno etc. xv; videlicet utrique illorum c solidos, de xx libris quas percipere consueverunt tempore ipsius archi-

1231.

[m. 2.] episcopi de dono suo et concessione prioris et capituli Sancte Trinitatis Cantuarie de redditu predicti manerii. Teste ut supra.*

Mandatum est Hugoni de Nevill' quod in foresta de Roking' faciat habere Gileberto de Sedgrave duas damas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum regis de Geitinton' quod de vinis regis, que sunt in custodia sua, faciat habere Radulfo de Trublevill' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Windles' quod in foresta de Windles' faciat habere R. comiti Cornubie xx damas vivas ponendas in quodam parco suo, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 1.] *De feria de Witteneya.*—Rex concessit P. Wintoniensi episcopo per cartam suam quod habeat in perpetuum apud manerium suum de Witten' unam feriam singulis annis per v dies duraturam ; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Leonardi et per duos dies proximo sequentes. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod feriam illam clamari faciat et teneri sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xviij die Octobris.

Et mandatum est vicecomitibus Norht', Berk' et Wilt' quod feriam illam clamari faciant, sicut predictum est.

De mercato et feria de Hornecastr'.—Rex concessit W. Carleolensi episcopo quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum singulis annis unum mercatum per diem Mercurii apud manerium suum de Hornecastr', et quod habeant inperpetuum unam feriam singulis annis ibidem duraturam per septem dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Laurencii et per quatuor dies sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo de Casingham quod habere faciat Ricardo de Argent' ad opus uxoris ejus x robora in balliva sua ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Episcopo Carleolensi.—Rex concessit episcopo Carleolensi et successoribus suis et priori Carleolensi et successoribus suis et hominibus eorum quasdam libertates et quietancias in carta regis eis inde confecta contentas. Et mandatum est B. de Insula quod predictam cartam coram se legi et predictas libertates et quietancias in ea contentas eis firmiter faciat observari. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ph. de Pyrie† quod habere faciat W. Exoniensi episcopo x damas vivas in foresta de Blakemor' ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

---

* This entry is cancelled "quia aliter in cedula." The schedule is not attached to this roll.

† Substituted for "Johanni de Monem'."

1231.

[m. 1.] *Pro Hugone de Veer.*—Rex cepit homagium Hugonis filii et heredis R. quondam comitis Oxonie de omnibus terris que fuerunt ipsius comitis die quo obiit, et que ipsum Hugonem jure contingunt hereditario. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod eidem Hugoni de omnibus terris predictis in balliva sua sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Cantebrigie et Essex'.

Pro Waltero de Clyfford' de perdonatione.—Rex perdonavit Waltero de Clifford' xl marcas quas mutuo recepit a rege, quando rex fuit in exercitu de Kery, ad servientes quosdam sustentandos in servicio regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xl marcis ipsum Walterum quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij die Octobris.

Pro Clementia de Verdun.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod de terris quas Nicholaus de Verdun et Clemencia uxor ejus tenuerunt in balliva sua nomine ipsius Clemencie, et quas in manum regis cepit occasione mortis predicti Nicholai, eidem Clemencie plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Rohesia que fuit uxor Theobaldi pincerne.—Mandatum est R. comiti Pictavie et Cornubie quod sine ulteriori dilatione assignari faciat Rohesie, que fuit uxor Theobaldi pincerne, rationabilem dotem suam de omnibus terris que fuerunt predicti Theobaldi quondam viri sui in Anglia, et que sunt in manu sua per preceptum regis; quod nisi fecerit, rex a vicecomitibus suis, in quorum ballivis sunt terre predicte, hoc fieri precipiet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat J. Bathoniensi episcopo v damas vivas et unum damum vivum in foresta de Selewod' ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij die Octobris.

Eodem modo scribitur pro eodem de totidem damis in foresta de Ceddr'. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lucy.—Rex pro custo quod Galfridus de Lucy posuit in manerio de Tychefeld, quod rex ei dimiserat ad terminum xvj annorum, et quod postea dedit P. Wintoniensi episcopo ad unam domum religionis fundandam, perdonavit ei xvj libras que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de firma ejusdem manerii de anno etc. xv. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xvj libris ipsum Galfridum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro priore de Shelford'.—Mandatum est Briano de Insula, justiciario foreste, quod permittat priorem et canonicos de Selford' uti eisdem libertatibus de parco suo de Gedeling', quibus Johannes de Birkin tempore domini J. regis patris etc. et Thomas de Birkin qui parcum suum eis dedit, tempore domini regis usi fuerunt. Teste ut supra.

1231.

[m. 1.] *De tradendis in baillium.*—Willelmus prepositus de Sinkelberg', Radulfus filius ejus, Ricardus de Stivel' et Milesenta uxor ejus, Willelmus filius Ricardi, Walterus filius Aillene, et Walterus filius Bernardi, quos Agnes que fuit uxor Petri Giffard' appellat de morte ipsius Petri viri sui, habent litteras directas vicecomiti Buking' ut singuli illorum trada[ntur] in ballium sex probis et legalibus hominibus, qui illos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. quia constat domino regi quod ipsa Agnes eos appellat odio et atya et non eo quod inde culpabiles sint. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Brianno de Insula quod faciat habere H. Lincolniensi episcopo xij damas et iij damos in foresta de Sirwud' vivos, ad parcum suum de Stawe instaurandum, de dono domini regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv die Octobris.

De perdonatione dimidie marce.—Rex perdonavit Johanni de Exford' pro paupertate sua dimidiam marcam que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii de amerciamento itineris justiciariorum ultimo itinerantium in comitatu Midd'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De scutagiis episcopi Carleolensis ei datis.—Mandatum est vicecomiti Lancastr'* quod habere faciat de dono regis W. Carleolensi episcopo scutagia sua de feodis militum que Robertus de Furneus, qui est in custodia sua, de rege tenere debet in capite in balliva sua; scilicet, de scuto x solidos pro exercitu de Biham, et de scuto ij marcas pro exercitu de Muntgomery, et de scuto ij marcas pro exercitu Bed', et de de† scuto ij marcas pro exercitu nostro de Kery, et de scuto iij marcas pro exercitu ad primam transfretacionem regis, et de scuto iij marcas pro exercitu Pictavie post primam transfretacionem regis, et de scuto xx solidos pro exercitu de Elevein. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod habere faciat W. Carleolensi episcopo scutagia sua de feodo j militis quod tenet de Radulfo de Rodes et idem Radulfus de rege in capite in balliva sua, scilicet de scuto iij marcas pro exercitu nostro Pictavie post primam transfretacionem regis, et de scuto xx solidos pro exercitu de Elvein. Teste ut supra.

De tronagio et pesagio Bristoll'.—Quia datum est regi intelligi quod custodia tronagii et pesagii Bristolli non debet de jure esse in manu regis usque ad etatem heredum Jordani la Warre, mandatum est ballivis Bristoll' quod, non obstante eo quod rex dictam custodiam dedit W. de Putot usque ad etatem predictorum heredum, ipsam habere faciant Emme que fuit uxor predicti Jordani vel alii qui de jure et secundum consuetudinem Bristoll' eam habere debeat. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis Winchel' quod navem que est in portu suo carcata novis vinis Wasconie, nullatenus a portu suo permittant exire nisi bonam habuerint securitatem quod alibi non divertet quam usque Lond'. Teste ut supra.

* Substituted for "Noting'." † Sic in MS.

1231.

[m. 1.] *De taillagio archiepiscopatus.*—Mandatum est W. de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond', quod non habito respectu ad magnam summam tallagii alias assisi in archiepiscopatu Cantuariensi, tallagium quod per ipsum precepit assideri, super villanos et eos qui per archiepiscopum possent talliari et non super liberos homines assideat, ita quod predicti homines se non sentiant ultra posse suum gravatos. Teste H. de Burgo comite Kancie, etc. xxv die Octobris.

De returno brevium archiepiscopatus Kantuariensis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod returnum brevium fieri faciat custodi archiepiscopatus Cantuariensis, sicut dominus rex promisit fieri senescallo R. quondam Cantuariensis archiepiscopi ante obitum suum, salvo jure domini regis. Teste ut supra.

1230.

[m 21*d*.] Rex F. comiti Flandrie et Hannonie salutem. Juxta mandatum vestrum liberari fecimus annuum feodum vestrum Riquardo de Stratis militi vestro, scilicet, de termino Sancti Michaelis anno xiiij°. Scire quidem vestram volumus dilectionem quod volumus et precepimus omnes mercatores de terra vestra tutos esse et defensos per totam potestatem nostram, unde interprisas ipsis mercatoribus vestris factas graviter et moleste sustinemus. Volentes igitur ipsis satisfieri super interprisis per aliquos de potestate nostra eis factis, vobis mandamus quod certificent se mercatores vestri de hiis qui dictas interprisas eis intulerunt, ita quod venire possint ad locum ad hoc deputandum plenius instructi ad dampna sua ostendenda, super quibus eis plenam justiciam faciemus exhiberi; et si vobis placet quod hoc fiat in terra vestra, significetis nobis locum quem ad hoc assignari volueritis et nomina eorum de potestate nostra de quibus vestri conqueruntur, ut eos ad dictum locum facere venire possimus. Teste rege apud Westmonasterium, x die Novembris.

Linc'.—Walterus de Hatleg' atornavit Willelmum le Mulner loco suo etc. in loquela que est in comitatu Linc' inter Willelmum de Benigwrd' petentem et ipsum Walterum tenentem, de duabus bovatis terre cum pertinentiis in parva Grimesb', et in loquela, que est in eodem comitatu inter priorem de Ormesby et ipsum Walterum de quodam ponte levato in Germundthorp' ad nocumentum liberi tenementi ipsius prioris in eadem villa, ut dicitur.

Cumberland'.—Rex vicecomiti Cumberland' salutem. Sumone per bonos sumonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites, et omnes libere tenentes manentes infra metas foreste in balliva tua, quod sint apud Karleolum in crastino Sancti Hillarii anno regni nostri xv°, coram dilectis et fidelibus nostris Brianno de Insula, Brianno filio Alani, et Eustachio de Ludeham, justiciariis foreste nostre ad placita foreste nostre, sicut solent et debent venire. Sumone etiam de qualibet villa existente infra metas ejusdem foreste iiijor homines cum preposito et forestario earundem villarum quod tunc sint ibi. Sumone etiam per bonos sumonitores omnes homines manentes extra forestam qui placita sequntur,* et illos qui attachiati sunt pro foresta, quod tunc

* Sic in MS.

1230.

[m. 21*d.*] sint ibi. Sumone etiam per bonos sumonitores omnes forestarios nostros et viridarios de balliva tua, quod ibi habeant omnia attachiamenta sua, tam de viridi quam de venacione, de balliva sua post ultima placita foreste ejusdem, et que nondum terminata sunt. Sumone etiam per bonos sumonitores regardores* de balliva tua quod ibi habeant omnia regarda sua sigillis suis sigillata, et agistatores quod tunc sint ibi cum agistamentis suis; et habeas sumonitores et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, x die Novembris, anno eodem.

Staff'.—Prior de War' attornavit Ricardum de Onne contra Hugonem de Bifeld' de manerio de Onna cum pertinentiis.

Essex'.—Ricardus abbas Westmonasteriensis attornavit Johannem filium Wydonis contra Willelmum de Norfolk' de consuetudinibus et serviciis de tenemento in Fenton'.

Hertf'.—Henricus cancellarius Lond' attornavit Rogerum filium suum contra Ricardum de Thorleg' deforciantem, de communa piscarie in aqua sua de Thorleg'.

Oxonia.—Alexander de Shaftesbir' et Agnes uxor ejus attornaverunt Ricardum Le Taillur contra Galfridum filium Simonis et Gunnildam, que fuit uxor Simonis filii Johannis, tenentes de j mesuagio in Oxonia.

Idem Alexander et Agnes uxor ejus attornaverunt eundem Ricardum contra eosdem tenentes de xxiiij solidatis redditus in Oxonia.

Norhumb'.—Sibilla Ridel tenens attornavit Willelmum de Reinfru contra Robertum de Camho de tercia parte duarum partium feodi dimidii militis in Shatfho.*

Wiltes'.—Ela comitissa Sarrisburie attornavit Johannem le Daneis et Henricum de Albin' contra Willelmum de Derneford' et Michaelem de Cheldrinton' de racionabili compoto eidem comitisse reddendo de tempore quo baillivi ejusdem comitisse in Ambrebir' et Cettr', Bissopestr', Audeburn', Wanberg', et Ardinton'*

Oxonia.—Galfridus filius Simonis attornavit Henricum filium Simonis contra Hugonem Harding' et Johannam uxorem ejus de uno mesuagio cum pertinentiis in Oxonia.

Linc'.—Henricus de Braybroc' et Christiana uxor ejus attornaverunt Ricardum de Seintlic' contra Gilebertum de Gant petentem, de consuetudinibus etc. in Holmo.

Hertf'.—Hugo de Marines attornavit Johannem de Marines contra Radulfum de Thoeny de consuetudinibus etc. in Westmeln'.

* Sic in MS.

1230.

[m. 21*d*.] *Buk'*.—Isabella de Tyrefeld' attornavit Laurencium de Tyref' contra Reginaldum Basset et Agnetem uxorem ejus deforciantes, de consuetudinibus etc. in Tyrefeld'.

Midd'.—R. Londoniensis episcopus attornavit Alanum de Stebehee et Robertum de Fuleham contra Robertum de Mariny petentem, de una carucata terre in Haken'.

Matilda de Coudres attornavit Johannem de Coudres contra Reginaldum de Radenoure tenentem, de x acris terre in Haken'.

Oxonia.—Basilius de Denesden' attornavit Walterum filium Isabelle contra Ricardum Mansel' tenentem, de tercia parte unius virgate terre in Denesden', exceptis vij acris; et contra Adam Buch' de tercia parte iij acrarum terre in eadem villa.

Berk'.—Prior sancte Fretheswide, Oxonie, attornavit fratrem Willelmum de Stanes, canonicum suum, contra Eliam de Coleshull' tenentem, de una carucata et dimidia et xviij virgatis terre et dimidia in Coleshull'.

Essex'.—R. Londoniensis episcopus attornavit Petrum de Hadham et Benedictum le Kenteis contra Robertum de Marin' petentem, de duabus carucatis terre in Orset'.

Ballivis Oxonie.—Abbas Osen' attornavit Thomam de Kenefar' contra Johannem Sewy petentem, de medietate j mesuagii in Oxonia; et contra Galfridum Trutun petentem, de medietate unius mesuagii in eadem villa.

Oxonia.—Eustachius de Greinvill' et Johanna uxor atornaverunt Gilebertum de la Hyde et Henricum de Chokes contra Ricardum de Henred' quod aquietet eos de consuetudinibus etc. que Wido filius Roberti ab eis exigit etc. in Sumerton'.

Mandatum est Hugoni de Sancto Phileberto quod de quinque milibus marcis, que sunt in custodia sua apud Porecestr', liberari faciat ad opus comitis Britannie tria milia sexcentas et quatuor xx marcas, et ad opus comitis marescalli mille ccc et xx^ti marcas ad guerram domini regis sustinendam.

Dominus Rex concessit vinetariis Oxonie quod sextarium vini vendatur pro xij denariis in villa Oxonie usque ad Pascha anno xv^o. Et mandatum est vicecomiti Oxonie, et baillivis Oxonie, quod assisam illam clamari faciant et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Lamheyam, xxiij die Novembris.

Eboracum.—Magister Thomas de Lichef', decanus Cycestrensis, attornavit Thomam de Fisseburn' et Ricardum de Eboraco contra Rogerum filium Rogeri de Mileford' petentem, de iij bovatis et xij acris terre et dimidia in Ulfseulf.

1231.

[m. 20*d*.] Rex majori et vicecomitibus London' salutem. Mandamus vobis quod statim visis literis istis per totam civitatem nostram London' clamari faciatis, quod omnes mercatores Caurcenses, tam hii qui arrestati fuerunt apud Norht' quam alii, et omnes mercatores de regno Francie cum rebus

1231.

[m. 20*d*.] et mercandisis suis, exeant terram nostram Anglie ita quod post diem Dominicam in festo instantis Purificationis beate Marie anno regni nostri xv°, nullus inveniatur in terra nostra, exceptis eis qui habent literas nostras de conductu, quibus licebit in nostra terra remanere usque ad terminum eis a nobis concessum et in literis nostris contentum, et tunc sine dilatione exeant terram nostram. Teste me ipso apud Rading', v die Januarii, anno eodem.

Et mandatum est Ricardo Renger quod omnia catalla ipsorum mercatorum qui penes se resident, eis restituat; ita quod occasione sui ultra terminum predictum in terra regis non oporteat commorari. Teste ut supra.

Et vicecomiti Norht' mandatum est quod habere faciat Willelmo de Montanago et aliis mercatoribus de Caurz omnia catalla sua que sunt in manu sua, et debita que eis debet, ita quod ut supra.

[m. 19*d*.] Datum est regi intelligi quod frater W. de Eynesham, monachus Sancte Trinitatis Cantuarie, quondam electus in archiepiscopum Cantuariensem, et postea cassatus, est in veniendo in Angliam, et dicitur quedam inpetrasse in curia Romana que regi sunt et non inmerito esse debent suspecta. Et quia presumendum est quod inpetratio ipsius regi et regno nociva esse poterit quam profutura, mandatum est ballivis portus Dovr' firmiter prohibendo quod ipsum per portum suum terram Anglie ingredi non permittant. Teste rege apud Wudestok', xv die Januarii.

Eodem modo scribitur—

Sandwic',	Hasting',	Et mandatum est priori Sancte Trinitatis quod si contingat ipsum terram ingredi et ad eum habere accessum, nullatenus eum casu aliquo in domum suam recipiat.
Rumenal',	Winchel',	
Heth',	Rya.	

Leic'.—Nicholaus abbas de Valle Dei attornavit fratrem Robertum de Valle Dei, monachum suum, et Willelmum de Burton' contra Willelmum filium Roberti petentem, de iij bovatis terre in Seusterne.

Suht'.—Henricus de Sancto Walerico attornavit Willelmum de Fulebroc' contra abbatissam de Bertocurt deforciantem, de consuetudinibus etc. in Norton'.

Bed'.—Hugo filius Roberti attornavit Ricardum filium Ricardi contra Willelmum de Faldho deforciantem, de consuetudinibus etc. in Stratleg' et Sperpenho.

Cornubia.—Robertus filius Roberti de Hexham attornavit Petrum filium Willelmi contra Robertum de Hexham petentem, de vj^xx acris terre in Trowerian.

Oxonia.—Robertus filius Willelmi de Reycot' attornavit Ricardum filium Willelmi et Johannem de Benham contra Andream filium Willelmi tenentem, de dimidia carucata et quatuor virgatis terre in Bekebroc' et dimidia carucata et iij virgatis et x acris terre in Horspath'.

1231.

[m. 19d.] *Cornubia.*—Edelina de Goy attornavit Johannem Maunsel virum suum contra Willelmum filium Ricardi tenentem, de tercia parte xx partis feodi j militis in Carhardin'.

Devonia.—Eadem Edelina attornavit eundem contra custodem terre et heredum Philippi de Goy tenentem, de tercia parte maneriorum de Gosdeworthin' et Hok'.

Linc'.—Abbas de Croyland' attornavit Nicholaum filium Osberti et Willelmum filium Walteri contra Fulconem de Oyry et Johannem de Wiham de consuetudinibus etc. que idem abbas ab eis exigit etc. in Croyland' et in Burthorp'.

Dors'.—Ricardus prior de Cristi Ecclesia attornavit David de Pentir versus Johannem de Henleg' de duabus carucatis terre in Bernardesle.

Sussex'.—Johannes de Braos' attornavit Amfridum de Cocham contra Adam Tardeurteis, Rogerum de Clare et Aliciam uxorem ejus deforciantes, de consuetudinibus etc. in Wicham et in Suwic'.

Staff'.—Ricardus de Camvill' attornavit Adam Coppe contra Leucam que fuit uxor Galfridi de Camvill' petentem, de tercia parte manerii de Clifton' cum pertinentiis.

Essex'.—Emma uxor Galfridi Burel attornavit eundem Galfridum contra Felicem de Garland' de consuetudinibus etc. in Burgested'.

Linc'.—Abbas de Croyland' attornavit Willelmum filium Walteri contra Fulconem de Ory de amensuracione communis pasture in Croyland'.

Linc'.—Hugo filius Radulfi attornavit Robertum le Vavassur contra Willelmum de Benigworth' de consuetudinibus etc. in Markeby.

Heref'.—Henricus abbas Sancti Petri Glouc' attornavit Willelmum Walensem et Willelmum de Kankeberg' contra Walterum Biset petentem, de consuetudinibus etc. in Sudenhal'.

Idem attornavit fratrem Elyam, monachum suum, et Galfridum de Hamton' contra Rogerum Dun deforciantem, de consuetudinibus etc. in Kalne.

[m. 18d.] Mandatum est magistro R. de Cantilupo quod procuratoribus prioris et conventus Sancte Trinitatis Cantuarie venientibus ad curiam Romanam pro negociis ecclesie sue expediendis, in eadem curia consilium suum efficaciter impendat, salvis in omnibus hiis que ad coronam regis pertinent et dignitatem. Teste rege apud Merleberg', xxij die Februarii.

Oxonia.—Prior de Sagio attornavit Oliverum de Sagio, canonicum suum, contra Robertum de Ballel et Dionisiam uxorem ejus petentes, de tribus virgatis terre in Herdwic'.

1231.

[m. 18*d*.] *Wiltes'*.—Rogerus filius Pagani attornavit Ricardum Pilet contra Ricardum de Bosco tenentem, de xviij acris terre in Ferleg'.

Norht'.—Episcopus Wigorniensis attornavit Galfridum de Derleg' et Johannem de Kemes' contra Johannem de Elsefeld' petentem de j carucata terre in Merston'.

Linc'.—Idem attornavit Willelmum de Amundevill' et Adam de Snarteford contra Aliciam que fuit uxor Henrici le Clerc petentem, de tercia parte ij bovatarum terre et j tofti in Swalewe.

[m. 17*d*.] Mandatum est vicecomiti Norht' quod, quia Stephanus Reymundi, mercator de Mussac', fecit regem securum de clamio suo prosequendo per Johannem de Escrutevill' et Ricardum de Tyvill', atachiari faciat Isardum de Bonesye mercatorem de Belay, si inventus fuerit in balliva sua, et si inventus non fuerit in balliva sua, atachiet ipsum per omnia catalla sua que inventa fuerint in balliva sua, quod sit coram justiciariis apud Westmonasterium a die Pasche in xv dies ipsi Stephano responsurus de c libris quas ei debet et injuste detinet, ut dicit. Et habeat ibi atachiamenta et hoc breve. Teste rege apud Glouc', xxviij die Februarii.

Interim omnia catalla ejusdem Isardi in balliva sua ubicumque inventa fuerint, arestari faciat donec rex aliud inde preceperit, si idem Isardus inventus non fuerit vel securitatem non fecerit. Teste ut supra. Per S. de Sedgrave.

Et mandatum est vicecomiti Linc' quod omnia catalla que predictus Isardus habet in comitatu suo occasione predicti debiti, arestari faciat donec rex aliud preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod sine dilatione scire facias* per totam ballivam suam quod omnes servientes qui loricam et sufficientem equitaturam habuerint et denarios regis capere voluerint, sint apud London' a die Pasche in unum mensem anno etc. xv, parati ire in servicium regis in partes transmarinas, quo illos missurus est ad solidos suos. Teste rege apud Glouc', iij die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Linc', Noting' et Dereb', Norf' et Suff', Essex et Hertf', Warewic' et Leic'.

Mandatum est Galfrido de Averenches firmiter injungendo quod omni occasione cessante sit ad regem die Dominica in ramis palmarum, vel tempestive post quam citius poterit, ad loquendum cum rege. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur quibusdam aliis militibus sicut alibi notantur in quodam parvo rotulo; et est alius terminus in brevibus quorumdam, ad Pascha vel cito post.

Mandatum est vicecomiti Norht' quod venire faciat coram rege apud Westmonasterium a die Pasche in tres septimanas, omnes milites qui ultimam perambulacionem de foresta fecerunt in comitatu suo, ad respondendum ad ea que contra eos eos* proponentur de perambulacione predicta, et non permittat quod aliquid interim prosternatur de

* Sic in MS.

1231.

[m. 17d.] bescis aut bruilliis qui sunt in balliva que fuit Henrici de Branteston' et Wiberti de Touecestr', scilicet a pone de Bannebir' usque Norht'. Teste rege apud Clarend', xxvj die Marcii.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod sicut seipsum et omnia sua diligit, venire faciat coram rege apud Westmonasterium a die Pasche in xv dies, sex de ditioribus et potentioribus Judeis ville Cantuarie et totidem de villa Roff', ad audiendum ibidem preceptum regis, ita quod ad eundem terminum habeant ibidem omnia arreragia sua propria sine omni dilatione, similiter et areragia omnium Judeorum predictarum villarum que regi debent, tam de tallagio viij milium marcarum, quam de tallagio vj milium marcarum; et preterea id quod ad Judeos predictarum villarum communiter pertinet regi reddendum de mille marcis que regi promisse fuerunt nomine omnium Judeorum Anglie pro respectu habendo de quibusdam debitis que ab eis exigebantur. Ea autem diligentia hoc preceptum regis exequatur ne pro defectu sui ad eum rex se graviter capere debeat. Et habeat ibi nomina illorum sex Judeorum et hoc breve. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie in quorum ballivis sunt Judei regis.

Rex Petro de Tany salutem. Miramur plurimum et movemur quod juxta mandatum nostrum non venistis ad nos ad Pascha proximo preteritum, nobiscum locuturi. Vobis igitur mandamus districte precipientes quatinus, omni dilatione et occasione postpositis, sitis ad nos apud Lond' die Mercurii proxima post octabas instantis clausi Pasche, nobiscum locuturi de hiis que vobis dicemus; ita quod ad vos gravius nos capere non debeamus. Teste rege apud Merleberg', xxviij die Marcii.

Eodem modo scribitur aliis, ut in quodam parvo rotulo quem habet N. de Nevill', et alium rotulum habet Rannulfus Brito.

Scribitur etiam Rogero de Clara soli in hac forma: Quod in hac sollempnitate Pasche ad nos non venistis parati ire in servicium nostrum, sicut per literas nostras vobis significavimus, vehementer admiramur et moti sumus, cum vos si bene recoleretis ita nuper honorifice respexerimus, pro quo deberetis vos nostris obsequiis reddere fortius ac specialius obligatos. Vobis igitur iterato mandamus quatinus, in fide qua nobis tenemini, sitis ad nos a die Pasche proximo preterita in xv dies, audituri preceptum nostrum ac prompti et parati ire in servicium nostrum quo vos missuri sumus, ita quod vos merito commendatos habere debeamus. Teste ut supra.

Rex R. Cantuariensi archiepiscopo etc. salutem. Dilectos clericos nostros magistrum Alexandrum de Bassingburn' et Bernardum de Grimesb' ad vestram duximus presentiam transmittendos, in quorum ore quedam posuimus vobis plenius explicanda, in quibus eos benigne et cum favore debito velitis exaudire. Teste rege apud Merleberg', xxiiij die Februarii.

Mandatum est Jordano ingeniatori quod a partibus Pictavie non recedat antequam prompta sint ingenia Reginaldi de Ponte, que inchoavit de licencia regis. Teste rege apud Merlebergh', xxv die Marcii.

1231.

[m. 17*d*.] Galfridus de Lunar' posuit loco suo Hugonem de Wingham et Hugonem filium suum vel alterum illorum si ambo interesse non possint, ad lucrandum vel perdendum, in loquela que summonita est coram domino rege, ut idem Galfridus ostendat quo waranto teneat manerium de Stiventon' cum pertinentiis in comitatu Sudhampt', quod dicitur esse escaeta domini regis de terris Normannorum.

[m. 16*d*.] *Hertford'*.—Johannes de Bassingeburn' et Aubereya uxor ejus attornaverunt etc. Robertum filium Umfridi et Willelmum le Forester ad lucrandum etc. in loquela que est in comitatu Hertford' inter ipsos J. et A. petentes et Johannem de Harpefeld' tenentem, de una hyda et dimidia virgata terre cum pertinentiis in Terfeld'.

Midd'.—Rogerus Londoniensis episcopus attornavit Robertum de Fuleham et Alanum de Stebeh' contra Robertum de Mariny petentem, de j carucata terre in Haken'.

Buk'.—Ernaldus aurifaber attornavit Laurencium de Broc' contra Ricardum de Sifrewast de consuetudinibus etc. que idem Ricardus exigit etc. in Cestresham.

Linc'.—Robertus Lupus attornavit Radulfum de Sutton' contra Robertum filium Ricardi de consuetudinibus etc. que idem Robertus exigit etc. in Saltfleteby.

Soka de Castre.—Ernisius de Nevill' attornavit Thomam de Derenton' contra Margaretam de Castre tenentem, de duabus bovatis terre cum pertinentiis in Castre.

Sussex'.—Ph' le Child et Isabella uxor ejus, Johannes de Norton' et Juliana uxor ejus, attornaverunt Eliam de Norton' contra Willelmum de Monasterio tenentem, de dimidia virgata terre in Methewik'.

Noting'.—Robertus de Lexinton' attornavit Robertum de Ripariis contra Robertum de Everingham et Isabellam uxorem ejus, de divisa facienda inter terram ipsius Roberti in Morhus et terram Roberti de Everingham et uxoris ejus in Lexinton'.

Suff'.—Alicia que fuit uxor Radulfi de Waleton' attornavit Henricum de Waleton' contra Henricum de Blundeston' tenentem, de tercia parte j carucate terre in Lund', Sumerleton', Askeb' et Manethorp'.

Villa Linc'.—Johannes filius Osberti attornavit Johannem clericum et Robertum filium Mathei contra Jacobum filium Simonis tenentem, de uno mesuagio in Linc'.

Essex'.—Abbas de Strafford' attornavit fratrem Willelmum monachum suum contra Rogerum de Cokefeld' petentem, de tercia parte duarum carucatarum terre in Burgsted'.

1231.

[m. 16d.] *Oxonia.*—Ricardus de Heured attornavit Henricum de Benteworth contra Eustachium de Greinvill' et Johannam uxorem ejus, de hoc quod idem Ricardus acquietet eos de servicio quod Wido filius Roberti ab eis exigit etc. in Nortbroc'.

Norht'.—Amicia uxor Hugonis de Goldingham attornavit predictum Hugonem contra Stephanum Buliner et Aliciam uxorem ejus tenentes, de una virgata terre in Riston'.

Rex magistro R. de Cantilup' et Henrico de Nafford' salutem. Pro quibusdam negociis nostris que vobis non innotuerunt quando a nobis recessistis, et etiam pro negociis nostris vobis injunctis consequenter. post vos ad curiam Romanam duximus transmittendos abbatem de Cliva et Alexandrum de Bassingburn', quibus specialiter injunximus quod in negociis nostris eis injunctis consilio vestro utantur, eadem vobis plenius explicantes. Et quoniam plurimum expedit honori nostro ut nuncii nostri pro nobis stantes in curia, licet diversis temporibus venientes, concordes sint et unanimes, vobis mandamus quod prefatis nuntiis nostris ad negocia nostra eis injuncta feliciter promovenda efficacem diligentiam apponere velitis. Volumus etiam et mandamus quod in omnibus negociis nostris vobis et ipsis injunctis, ipsi vobis et vos eis fideliter assistatis, eadem vobis adinvicem communicantes, et de communi consilio inde disponentes. Teste rege apud Westmonasterium, xij die Aprilis.

Rex ballivis suis de Winchel' salutem. Precipimus vobis, firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus non permittatis aliquem qui fuerit de potestate vel consilio regis Francorum, neque Ricardum Marescallum neque alium, applicare in portu vestro. Et si contingat ipsum Ricardum vel alium qui fuerit de potestate et consilio ipsius regis, ibidem applicare, illum sine dilatione arestari faciatis, donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste rege apud Westmonasterium, xv die Aprilis.

Eodem modo scribitur justiciario Anglie, ballivis de

Rya,	Hasting',	Burewardeh',	Portesm',	Suht',
Heth',	Sandwic',	Seford',	Dertem',	Sorham,
Dovr',	Lim,	Pole,	Waym',	Topesham,
				Erem',
Romenal',	vicecomitibus	Devonie,	et R. comiti Ricardo* hoc adjecto quod sic mandatum est vicecomiti Cornubie et ballivis por-	
Falem',		Cornubie,'		
Plimmue,				

tuum de partibus illis, et quod ipse ita precipiat ballivis suis.

Oxonia.—Adam filius Baldwini attornavit filium suum contra Willelmum de Hamton' tenentem, de una virgata terre in Hampt', et contra Rogerum de Bray et Dionisiam uxorem ejus, de j virgata terre in eadem villa.

Kantia.—Robertus filius Wyulfi de Cantuaria attornavit Johannem filium Terrici contra Mariam que fuit uxor Ade tinctoris, de uno mesuagio cum pertinentiis in Cantuaria.

Suff'.—Robertus et Johannes filii Willelmi de Bramford' attornaverunt Willelmum de Flofford' contra Johannem filium Osberti, de

* Sic in MS.

1231.

[m. 16*d*.] tenemento in Speuton', et contra Osbertum filium Ade, Alexandrum filium Willelmi et Beatriciam filiam Roberti, de tenemento in eadem villa.

Surr'.—Hugo de Nevill' attornavit Walterum de Otteworth' contra R. Sarresburiensem episcopum tenentem, de manerio de Godalming' cum pertinentiis.

Oxonia.—Henricus de Penbroc' attornavit Gaufridum le Curcier contra Willelmum de Rumilly de duabus hidis terre et dimidia cum pertinentiis in Thierne.

[m. 15*d*.] Domino pape salutem et debitam patri reverentiam. Transmissas nobis sancte paternitatis vestre literas, quibus pro nobili cive Romano Nepol' nos rogastis ut in redditu annuo quadraginta marcarum certis loco et termino percipiendo ei provideremus, omni qua decuit reverencia recepimus et honore. Satis quidem ex earundem literarum continencia attendimus quod cum civis predictus de nobilioribus et potencioribus Urbis existat, non modicum per se et suos nobis possit fructuosus existere, et ea ducti racione nostri gracia pocius nostrum quam ipsius civis commodum respicientes, preces hujusmodi pro eo nobis duxistis porrigendas. Verum cum occasione guerre nostre quam nuper in partibus habuimus transmarinis et ob causas alias varias, tot et tantis militum stipendiis fuerimus honerati, quod et hiis quibus ad presens obligati sumus vix respondere satisfaciamus, licet preces ac monita vestra parati simus humiliter ac devote pro viribus nostris, sicut decet, effectui mancipare, in persona memorati civis, quod egre ferimus, vos exaudire non valemus. Unde sanctitatem vestram ea qua possumus affectione rogamus quatinus id aures sanctitatis vestre non offendat, aut aliquatenus vobis displiceat si faciente insufficiencia nostra excusacionem hujusmodi vobis pretendamus. Certi enim sumus indubitanter et firmiter credimus quod si statum et honus obligacionis nostre attenderetis, nobis compateremini, qui nobis specialiter in hujusmodi honeribus providere tenemini; et ad nos exhonerandos patrocinium vestrum impenderetis et consilium. Teste me ipso apud Westmonasterium, xviij die Aprilis.

Venerabili patri et amico suo in Christo karissimo, J. Dei gracia tituli Sancte Praxedis presbytero cardinali, H. eadem gracia rex Anglie etc. salutem et sinceram in Domino dilectionem. Literas dilectionis vestre, simul cum literis domini pape, quibus nobis supplicastis pro nobili cive Romano Nepol' ut in annuo redditu quadraginta marcarum ei provideremus, reverenter suscepimus, ex earundem tenore satis perpendentes quod si cum effectu vos exaudire possemus, pocius in peticione nostra quam ipsius nobilis commodum attendistis, cum de majoribus et potencioribus Urbis existat ac per se ac suos nobis possit obsequiosus existere, et eo respectu ut inde nobis honor accresceret, preces pro eo nobis duxistis porrigendas. Verum cum pro guerra nostra quam nuper habuimus in partibus transmarinis, et ob causas alias multiplices, tot et tantis militum stipendiis fuerimus honerati, quod et hiis quibus ad presens obligati sumus vix satisfacere sufficiamus, licet ad instanciam et peticionem vestram quicquid vires nostre permitterent faceremus prompte et benigne

1231.

[m. 15*d*.] in persona nobilis memorati, eidem providendo sicut rogastis vos exaudire non valemus. Sinceritatem autem vestram rogamus attentius quatinus insufficienciam nostram habentes excusatam, super hoc nullatenus moveri velitis aut offendi, penes dominum papam si placet pro nobis procurantes ne super responso nostro aliquatenus perturbetur. Certi enim sumus quod si plenius vobis constaret de statu et honeribus obligacionis nostre, non solum pro aliquibus quantumcunque specialibus nobis preces hujusmodi non faceretis, verum etiam ad nos exhonerandos cum effectu laboraretis, et ne super hujusmodi provisione facienda preces ab aliquo nobis fierent, pro viribus vestris impediretis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xx die Aprilis.

Rex vicecomiti Eboraci salutem. Summone per bonos summonitores omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et omnes libere tenentes de tota balliva tua, et de qualibet villa iiij^or^ legales homines et prepositum, et de quolibet burgo xij legales burgenses per totam ballivam tuam, et omnes alios qui coram justiciariis itinerantibus venire solent et debent, quod sint apud Eboracum in octabis Sancte Trinitatis anno etc. xv, coram dilectis et fidelibus nostris S. de Sedgrave, Randulfo filio Roberti, Briano filio Alani, Willelmo de Insula, Roberto de Lexinton', magistro Roberto de Schardelawe et Willelmo de Lond', quos justiciarios nostros constituimus, audituri et facturi preceptum nostrum. Facias etiam tunc venire coram eisdem omnia placita corone que placitata non sunt et que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis ad omnia placita, et omnia atachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas et omnia placita que posita sunt coram justiciariis ad primam assisam, cum brevibus assisarum et placitorum, ita quod assise ille et placita pro defectu tui vel summonitionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri per totam ballivam tuam quod omnes assise et omnia placita que fuerunt atterminata et non finita coram justiciariis nostris apud Westmonasterium, vel coram justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram justiciariis illuc missis ad assisas nove dissaisine capiendas et gaiolas deliberandas, tunc sint coram predictis justiciariis nostris apud Eboracum in eodem statu in quo remanserunt per preceptum nostrum, vel per preceptum predictorum justiciariorum nostrorum itinerantium, vel per justiciarios nostros de banco. Summone etiam omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itinerationem predictorum justiciariorum in partibus illis, quod tunc sint ibidem coram predictis justiciariis nostris cum brevibus de assisis et placitis que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo sicut responderi debet coram justiciariis itinerantibus. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste H. de Burgo etc. apud Westmonasterium, xx die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' quod ad diem et locum etc.

Postea prorogavit rex diem placitorum apud Eboracum usque in tres septimanas a die Sancte Trinitatis.

Et mandatum est Ranulfo filio Roberti quod ad predictos diem et locum eis occurrat.

Et similiter Briano filio Alani.

1231.

[m. 15*d*.] *Linc'*.—Simon prior de Spalding' attornavit Walterum de Halton' contra Walterum de Fulen' tenentem, de duabus bovatis terre in Spalding'.

Buk'.—Ricardus de Sifrewast petens attornavit Rogerum de Sifrewast contra Ernaldum aurifabrum, de consuetudinibus etc. in Cestresham.

Glouc'.—Radulfus de Wilinton' et Olimpias uxor ejus attornaverunt Ph. de Wylinton' et Ricardum de Gersinton' contra priorem de Lanton', Matildem Giffard', Adam de Kailly et Matildem uxorem ejus et Isabellam de Frivill' tenentes, de tribus hidis terre in Shide.

Berk'.—Hugo abbas Cirencestr' attornavit Hugonem Benne et Willelmum de Burgton' contra Ricardum filium Willelmi et Orengiam uxorem ejus et Nicholaum filium Willelmi et Ceciliam uxorem ejus petentes, de duabus carucatis terre in Eston'.

Rex vicecomiti Norhumbr' salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes manentes infra metas foreste nostre in balliva tua, quod sint apud Novum Castrum super Tynam a die Sancte Trinitatis in xv dies anno etc. xv, coram B. de Insula, Petro de Brus et Johanne de Kirkeby, justiciariis foreste nostre ad placita foreste, sicut solent et debent venire. Summone etiam de qualibet villa existente infra metas foreste nostre predicte quatuor homines cum preposito et forestarios earundem villarum quod tunc sint ibidem. Summone etiam per bonos summonitores omnes homines manentes extra forestam qui placita foreste secuntur, et illos qui atachiati sunt pro foresta, quod tunc sint ibi. Summone etiam per bonos summonitores omnes forestarios nostros et viridarios de balliva tua quod ibi habeant omnia atachiamenta sua, tam de viridi quam de venatione, de balliva sua, post ultima placita foreste emersa et que non dum terminata sunt. Summone etiam per bonos summonitores reguardores* de balliva tua quod ibi habeant omnia reguarda sua sigillis suis sigillata, et agistatores quod tunc ibi sint cum agistamentis suis. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Aprilis.

Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod summoneat etc. ut supra apud Lanc' ad diem quem ipsi justiciarii ei per literas suas significabunt, hoc mutato quod Johannes de Kirkeb' erit in comitatu Norhumbr', et Eustachius de Ludeham in comitatu Lanc' cum predictis sociis suis.

Mandatum est Johanni filio Alani quod R. comiti Cornubie, quem rex ad partes marchiarum Wallie mittit ad partes illas tuendas et assecurandas modis quibuscumque poterit, ad hoc sit efficaciter consulens et auxilians, sicut idem comes ei dicet, et sicut commodo regis et honori suo viderit magis expedire, ita quod diligentiam suam ex hoc debeat rex habere commendatam. Sciat etiam quod rex cum quanta potest festinatione est in veniendo versus partes illas.† Teste rege apud Wyndles', xxvij die Octobris.

* *Sic* in MS. † Corrected from "ad regem."

1231.

[m. 15d.] Eodem modo scribitur—

Johanni de Monem',	R. de Clifford',
W. de Clifford',	Willelmo Pantulf,
Waltero de Bello Campo,	Waltero de Lasey,
Thome Corbet,	Radulfo de Mortuo Mari.

[m. 14d.] Rex vicecomiti Cantebrigie salutem. Scias quod cum in villa nostra Kantebrigie, ubi convenit multitudo studentium, plures sunt clerici rebelles et incorrigibiles, qui cum delinqunt a cancellario et magistris se corripi nolunt et castigari, et plures malefactores, inter quos quidam sunt sub specie clericali mentientes se esse quod non sunt, a cancellario et magistris scolarum cum delinqunt juxta morem scolarium se justiciari non permittunt; pro eorum audacia coercenda et studentium tranquillitate de consilio nostro providimus quod quotiens predicti cancellarius et magistri perpenderint et invenerint inter se hujusmodi clericos, rebelles et malefactores, significent illud episcopo, et episcopus postea tibi; ut tu, assumptis tecum quos videris ad hoc assumendos, ad mandatum ejusdem episcopi in propria persona tua accedas usque Cantebrigiam, et secundum quod predictus episcopus tibi significabit et predicti cancellarii et magistri tibi dicent, in clericos rebelles et malefactores predictos manum mittas et ipsos secundum consilium predictorum cancellarii et magistrorum vel ipsos in prisona nostra retineas vel eos a villa de Kantebrigia expelli facias et amoveri. Et ideo tibi precipimus quod ad mandatum episcopi Eliensis de predictis clericis rebellibus et malefactoribus prout dicti cancellarius et magistri tibi dicent, in forma predicta provisionem nostram exequaris, ita quod predicti clerici rebelles et malefactores pro defectu coercionis tue occasionem non habeant delinquendi, propter quod decetero ad te nos graviter capere debeamus. Teste rege apud Oxoniam, iij die Maii.

Rex vicecomiti Cantebrigie salutem. Quoniam ut audivimus, plures morantur clerici apud Cantebrigiam qui sub nullius magistri scolarum sunt disciplina et tuitione, set potius mentiuntur se esse scolares cum non sint, ut tutius et fortius visa ad hoc oportunitate queant malignari; tibi precipimus quod assumptis tecum probis et legalibus hominibus de comitatu tuo, accedas ad villam nostram Cantebrigie et per totam villam illam clamari facias ex parte nostra quod nullus clericus moretur in villa illa qui non sit sub disciplina vel tuitione alicujus magistri scolarum; et si aliqui tales fuerint in villa illa, eam exeant infra xv dies postquam hoc clamatum fuerit; et si ultra terminum illum inventi fuerint in eadem villa hujusmodi clerici, capientur et in prisona nostra mittentur. Teste ut supra.

Et mandatum est H. Elyensi episcopo quod quotiens cancellarius et magistri scolarum Cantebrigie perpenderint et invenerint inter se hujusmodi clericos rebelles et malefactores et illud eidem episcopo significaverint, ipse vicecomiti Cantebrigie per literas suas istud significet ut assumptis secum etc. ut supra.

Rex majori et ballivis Cantebrigie salutem. Satis constat vobis quod apud villam nostram Cantebrigie studendi causa e diversis partibus, tam cismarinis quam transmarinis, scolarium confluit multitudo, quod valde gratum habemus et acceptum, cum exinde toto regno nostro commodum

1231.

[m. 14*d*.] non modicum et honor nobis accrescat; et vos specialiter inter quos personaliter conversantur studentes, non mediocriter gaudere debetis et letari. Audivimus autem quod in hospitiis vestris locandis tam graves et onerosi estis scolaribus inter vos commorantibus, quod nisi mensurabilius et modestius vos habueritis erga ipsos in hac parte exactione vestra faciente, oportebit ipsos villam vestram exire et studio suo relicto a terra nostra recedere, quod nullatenus vellemus. Et ideo vobis mandamus firmiter injungentes quatinus, super predictis hospitiis locandis vos mensurantes secundum consuetudinem universitatis, per duos magistros et duos probos et legales homines de villa vestra ad hoc assignandos hospitia predicta taxari, et secundum eorum taxationem ea locari permittatis, taliter vos gerentes in hac parte, ne, si secus egeritis propter quod ad nos debeat clamor pervenire, ad hoc manum apponere debeamus. Teste ut supra.

Consimiles literas habet universitas Oxonie directas vicecomiti Oxonie, majori et ballivis Oxonie, hoc mutato, quod ubi ponitur in primo brevi directo vicecomiti Cantebrigie "ad mandatum episcopi Elyensis," hic ponitur, "ad mandatum cancellarii et magistrorum Oxonie." Et ubi ponitur in brevi directo majori et ballivis Cantebrigie, "taliter vos gerentes in hac parte," ponitur hic, "in hoc et in aliis que predictos scolares contingunt."

[m. 13*d*.] Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod per portus et costeram maris Hibernie diligenter faciat explorare si Hamo Crassus et Benedictus clericus qui, ut rex audivit, profecti sunt in Hiberniam ut inpediant saisinam regis tam castrorum quam terrarum que fuerunt comitis W. Marescalli in Hibernia, ad quam saisinam perquirendam rex per literas suas eidem justiciario directas ut laboraret mandavit; et si ipsos vel alios, qui hujusmodi causa terram Hibernie ingredi presumpserint, invenerit, sine dilatione arestet eos donec rex aliud preceperit. Teste rege apud Glouc', x die Maii.

Et mandatum est Walerando Teutonico quod sic mandatum est dicto justiciario, et quod una cum eo de eorum adventu sollicitus sit et provideat eis resistendo et arestando, si possit, ne per eorum machinationem aliquid regi super predictis eveniat impedimentum.

Hibernia.—Nicholaus de Verdun attornavit Robertum de Verdun contra Nicholaum de Sarmelisfeld' et Aliciam uxorem ejus et Margaretam sororem ipsius Alicie petentes, de una carucata terre et dimidia cum pertinentiis in la Bretasch', et contra Walterum de Bosco petentem, de iij carucatis terre et dimidia in eadem villa, et in loquela etc. inter Willelmum le Rockere et Philippum de Nugent, qui vocavit ad warantiam eundem Nicholaum de warantia unius carucate terre in Dehorslepunt.

Mandatur vicecomiti Sumerset' quod per sacramentum xij legalium et discretorum militum de visneto de Stoford' et de Thrippe, fieri faciat perambulacionem inter terram Ricardi de Muscegros in Thrippe et terram Willelmi de Staford' in Stof', quia ipsi coram rege posuerunt se in perambulacionem illam. Et scire faciat justiciariis itinerantibus etc. per quas metas etc.

1231.

[m. 12*d*.] Domino pape salutem. Quotiens nova nos perurgent negotia que sedis apostolice requirunt adminiculum, totiens ad ipsam, sub cujus protectione securi consistere debemus, sicut speramus, confugere necesse habemus. Cum igitur in grave prejudicium nostrum et regie dignitatis lesionem, qua predecessores nostri reges Anglie usi sunt et gavisi, jam contendant episcopi de terra nostra Hibernie ea nos libertate privare, qua nos et predecessores nostri soliti sumus, episcopis Hibernie decedentibus, episcopatuum suorum quamdiu vacaverint habere custodiam, et quod eorum tenentes decetero de placitis que per literas nostras deduci et terminari solent, a curia nostra justiciam non requirant; et ad hoc inpetrandum contra nos specialiter episcopum Limericensem destinaverint vel destinare proposuerint ad curiam; sanctitati vestre supplicamus attentius et devote quatinus per alicujus suggestionem aliquid contra nos inpetrare volentis nihil statui permittatis aut concedi, quod jura nostra ledat aut potestate solita in hac parte nos destituat, taliter preces nostras exaudientes quod contra persequentium nos machinamenta sub alis tuitionis vestre indempnes consistere gaudeamus. Teste rege apud Heref', xx die Maii.

Et mandatum est magistro R. de Cantilup', H. de Nafford', abbati de Cliva et Alexandro de Bassingburne quod hoc contra regem in curia volentibus impetrare viriliter resistant, ita quod ex hoc eorum fidelitatem et discretionem debeat habere commendatam. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Heref' quod in fide qua regi tenetur et sicut se ipsum diligit, non permittat quod aliquis de balliva sua, sive mercator sive alius, deferat vel deferri faciat victualia aliqua venalia ad partes Wallie infra potestatem Lewelini, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Heref', xx die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Salopie et Staff', Wigornie, Glouc'; Radulfo de Mortuo Mari, Johanni filio Alani, quod non permittant quod aliqua victualia venalia illuc per mercatorem de terra sua vel alium; justiciario Cestr'.

Mandatum est vicecomiti Heref' quod in fide qua regi tenetur, nullo modo permittat quod aliquis de balliva sua infra libertatem prioris Leministr' vel alicujus alterius existens sive extra, vendat alicui Walensi vel det victualia aliqua, sive vestes, sive equos, sive aliquod genus armorum, vel aliquo modo succursum faciat eis de rebus predictis. Rex enim injunxit predicto priori viva voce et per bannum suum clamari fecit apud Leministr' quod infra libertatem suam id fieri non permittat, et si forte contra preceptum regis infra libertatem alicujus cujuscumque sit, id fieri perceperit, ipse vicecomes libertatem illam in manum regis capiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Leministr', xxj die Maii.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod per sacramentum xij legalium et discretorum militum de visneto de Slepe, Crugeton' et de Eyton', per quos rei veritas melius poterit inquiri, perambulacionem fieri faciat inter terram Henrici abbatis Salopie in Slepe et in Crugeton', et terram Petri de Eyton' in Eyton', ita quod perambulacio illa fiat per certas metas et

1231.

[m. 12*d*.] divisas, quia ipsi abbas et Petrus posuerunt se coram rege in perambulacione illa; et scire faciat justiciariis ad primam assisam etc. distincte et aperte sub sigillo suo et per quatuor milites ex illis qui perambulacioni illi interfuerint, per quas metas et divisas perambulacio illa facta fuerit. Et habeat ibi nomina militum et hoc breve. Teste rege apud Wenl', xxv die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie pro abbate de Dunckewell' et Willelmo de Wudeber' et Johanne de la Hurne de perambulacione facta inter terram ipsius abbatis in Hambir' et terram ipsorum Johannis et Willelmi in Wudeber'. Teste rege apud Oxoniam, xiij die Julii.

War'.—Matildis uxor Hugonis de Otinton' attornavit ipsum Hugonem virum suum contra Thomam filium Ricardi tenentem, de una virgata terre in Haleford'.

Henricus de Oilly attornavit Henricum de Linguire et Thomam filium Roberti contra Hervicum Bagot petentem, de consuetudinibus etc. in Bubbehull.

Villa Oxonie.—Ricardus Coche attornavit Willelmum filium Hugonis contra Walterum Tulus et Willelmum de Brackel' et Matildem uxorem ejus tenentes, de uno mesuagio in suburbiis Oxonie.

Oxonia. — Matildis filia Simonis et Christiana soror attornaverunt Ricardum le Barbur contra Rogerum filium Radulfi et Johannem de Fen tenentes, de ij mesuagiis in Wulgarecot'.

[m. 11*d*.] *Suff'*.—Simon filius Willelmi de Bramford' attornavit Willelmum de Flofford' in loquela etc. inter ipsum Simonem, Willelmum filium Willelmi, Robertum filium Willelmi et Johannem filium Willelmi petentes et Johannem filium Osberti tenentem, de viij acris terre in Sprouton'; et contra Osbertum filium Ade, Alexandrum filium Willelmi et Beatriciam filiam Roberti tenentes, de viij acris terre in Sprouton'.

Essex'. — Johanna Blunda attornavit Willelmum Herlicun contra Simonem Blundum tenentem, de xlviij acris terre in Botulvespirie, de xviij acris terre, l acris bosci et dimidia acra prati in Ginges Joberti.

Midd'. — Stephanus de Croy attornavit Ricardum de Lane' contra Johannem de Trumpiton' de ij carucatis terre in Icham.

Honor Wal'.—Johanna uxor Ricardi de Argent' attornavit Galfridum Gernet et Alanum de Sancto Martino contra Ricardum de Porta petentem, de j una* virgata terre in Scotton'.

Berk'.—Matilda uxor Johannis de Suwere attornavit ipsum Johannem virum suum contra Radulfum Russel et Isabellam uxorem ejus et Nicholaum de Mol' et Hawisiam uxorem ejus tenentes, de tenemento in Upton'.

* Sic in MS.

1231.

[m. 11*d*.] *Norht'*.—Egidius de Erdinton' attornavit Johannem Mar' contra Willelmum de Prestewald', de tenemento in Sutton'.

Norf'.—Prior de Binham attornavit Galfridum de Berchamsted' et Nicholaum de Egefeld' contra Walterum de Orkele et Aliciam uxorem ejus tenentes, de una carucata terre in Turseford'.

Rex episcopo Lond' salutem. Cum nuper pervenisset ad nos certa relacio de facto Lewelini, qui in ecclesias de terra nostra irreverenter irruere et eas spoliare non formidans, per cedes et incendia et depredationes que nequiter commisit in terra nostra, dampna non modica nobis et nostris irrogavit, signavimus W. de Herbaldon', archidiacono de Stowa, officiali domini Cantuariensis et quibusdam episcopis de terra nostra, quod essent in occursum nostrum apud Lond' die Dominica proxima ante festum Sancti Johannis Baptiste, ad tractandum ibidem nobiscum de facto predicto et providendum qualiter excessus tam enormis per censuram ecclesiasticam condigne puniretur. Postea vero advertentes quod negotium memoratum presentiam exigebat singulorum et universorum episcoporum de provincia Cantuariensi, necnon et Landavensis et Menevensis de episcopis Wallie, et etiam justiciarii nostri et quorundam aliorum fidelium nostrorum, qui tunc presentes esse non possent ad consilium nobis super predictis impendendum, diem illum suspendimus, illum prorogantes usque in tres septimanas a Dominica predicta proxima ante festum Sancti Johannis Baptiste, ad quem diem mandavimus universis et singulis episcopis de provincia Cantuariensi, et predictis Landavensi et Menevensi episcopis et officialibus domini Cantuariensis quod occurrant nobis apud Oxoniam, et similiter justiciario nostro et quibusdam aliis fidelibus nostris, super predictis nobiscum tractaturi. Paternitatem igitur vestram rogamus attentius, quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, nullo modo omittatis quin ad predictum diem apud Oxoniam nobis occurratis sufficienter premuniti qualiter de consilio vestro sit in predictum L. et complices suos pro predictis excessibus procedendum, ita quod inde paternitati vestre grates referre possimus speciales. Teste rege apud Windles', xx die Junii.

Eodem modo scribitur aliis episcopis de provincia Cantuariensi et Menevensi et Landavensi episcopis, et officiali Cantuariensis archiepiscopi, et officiali Wintoniensis episcopi.

Rex Ricardo Marescallo salutem. Venit ad nos ex parte vestra frater Nicholaus prior de Nutle cum literis vestris continentibus ut fidem adhiberemus hiis que nobis exponeret ex parte vestra, qui nobis exposuit quod nos, tamquam dominum vestrum karissimum, rogastis ut concederemus vobis licentiam veniendi in Angliam, ad faciendum nobis tamquam vestro domino quod nobis facere deberetis de terris que fuerunt comitis W. Marescalli fratris vestri, et que vos hereditarie contingunt. Nos vero mandatum vestrum super hoc nobis expositum benigne recepimus, et illud gratum habuimus et acceptum, unde bene volumus quod, si volueritis, in Angliam veniatis ad faciendum nobis, tamquam domino vestro, id quod nobis facere debetis de predictis terris, et nos fidele habebimus consilium ad faciendum vobis id quod de jure vobis facere debebimus; et ad majorem securitatem mittimus vobis literas nostras de conductu in veniendo salvo ad nos in

1231.

[m. 11*d*.] Angliam, et ibidem morando et inde recedendo. Teste rege apud Windles', xxij die Junii.

[m. 10*d*.] Rex Thome de Moleton' salutem. Sciatis quod assignavimus vos et Hugonem de Bathonia ad extendendum omnes terras et tenementa que fuerunt W. Marescalli, quondam comitis Penbr', in comitatibus Hertford', Berk', Wilt', Sussex', Glouc', Oxonie et Wigornie, quantum predicte terre et tenementa valeant in dominicis, villenagiis, redditibus, serviciis, auxiliis et omnibus aliis que in terris predictis poterunt extendi. Et ideo vobis mandamus quod certis die et loco quos inter vos et predictum Hugonem provideritis, conveniatis una cum singulis vicecomitibus predictorum comitatuum, quibus quibus* precepimus quod ad diem et locum quos eis scire facietis, singuli in suis comitatibus vobis occurrant una cum probis et legalibus hominibus de comitatibus suis per quos extensio predicta melius fieri possit, et terras et tenementa predicta distincte et aperte extendi faciatis, sicut predictum est. Et predictas extensiones distincte et aperte in scriptum redactas sub sigillis vestris et sigillis singulorum vicecomitum et proborum hominum per quos facte fuerint, nobis mittatis, et hoc breve. Teste me ipso apud Windles', xxiij die Junii.

Eodem modo scribitur Hugoni de Bath'.

Et mandatum est singulis vicecomitibus predictis quod ad mandatum eorundem Thome et Hugonis eis occurrant et secum habeant probos et legales homines de comitatibus suis, per quos predicte terre melius poterunt extendi, sicut predictum est, et ex quo extensiones ille facte fuerint ipsas distincte et aperte in scriptum redigi faciant, una cum predictis fidelibus ad hoc assignatis; et extensiones illas sub sigillis suis regi sine dilatione mittant et hoc brevia.

Mandatum est justiciario Hibernie, firmiter injungendo in fide qua regi tenetur, quod, sicut regem et honorem suum diligit, non permittat quod aliqua genera victualium venalium per mercatores vel quoscumque alios deferantur extra terram Hibernie usque ad aliquas partes terre Anglie, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste rege apud Windles', xx die Junii.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod, in fide qua regi tenetur, et sicut se et omnia sua diligit, non permittat quod aliqua genera victualium venalium per mercatores vel quoscumque alios versus aliquas partes extra comitatum suum deferantur, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Derb', Lanc', Staff' et Salopie, Heref', Wigornie et Glouc'.

Villa Oxonie.—Magister Fulco de Brideport attornavit Albricum cappellanum de Haliwell' contra Stephanum de Stanes petentem, de ij mesuagiis in Haliwell'.

Mandatum est Petro filio Hereberti quod, cum oporteat regem factum et collationem H. regis avi sui tueri et warantizare, non inquietet priorissam et moniales de Ambresbir' de quadam terre* in Wellop', quam habent

* Sic in MS.

1231.

[m. 10d.] de dono H. regis, et quam idem P. trahit in placitum, ut dicitur. Teste rege apud Rading', vj die Julii.

[m. 9d.] Mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod sine dilatione clamari faciat per totam ballivam suam quod omnes illi qui servicium regi debent, sint apud Hereford' die Dominica proxima post octabas apostolorum Petri et Pauli, ad faciendum regi servicium ei debitum, et ad eundum in servicium regis quo preceperit, ne pro defectu ipsorum rex ad eos se capere debeat. Teste rege apud Windles', xxvij die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norht', Oxonie, Dereb', Wilt', Sum' et Dors', et Devonie, Berk', Suht'.

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod sine dilatione clamari faciat per totam ballivam suam quod omnes illi qui servicium regi debent, sint apud Glouc' die Dominica in octabis apostolorum Petri et Pauli cum servicio suo regi debito, et quod omnes illi qui jurati sunt ad arma, sint similiter predictis die et loco, sicut jurati fuerunt ad arma, ad eundum in servicium regis quo preceperit, ne pro defectu eorum rex ad eos se graviter capere debeat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc' et Heref'.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, in fide qua regi tenetur et sicut regem et honorem suum et indempnitatem regni et et* se et omnia sua diligit, promptus sit et paratus cum omnibus illis de balliva sua, qui regi servicium debent, et aliis quos perquirere poterit, ad eundum cum equis et armis ad gentem regis que est in partibus Wallie, et ipse in propria persona sua eat cum illis in ea parte qua audierit gentem regis, vel ipsa ei mandaverit se magis indigere auxilio et succursu suo. Teste rege apud Rading', xxx die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wi ornie, Heref', Salopie, et Staff'.

Mandatum est vicecomiti Heref' quod cum quanta poterit festinatione accedat ad castrum de Novo Burgo cum tota gente et posse de comitatu suo cum equis et armis, ad succursum faciendum genti regis existenti in predicto castro. Teste rege apud Rading', ij die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc'.

Mandatum est vicecomiti Oxonie, quod assisam nove dissaisine quam Willelmus de Moun araniavit coram justiciariis itinerantibus versus Vivianum de Bray de tenemento in Glinton', venire faciat coram rege die Lune in octabis translationis Sancti Thome martiris. Teste rege apud Windles', xxvj die Junii.

Mandatum est vicecomiti Middels' quod ponat per vadium et salvos plegios Johannem Blundum de Edelmeton', Johannem fratrem Jacobi Blundi de Edelmeton', Saherum virum Alicie Blunde et Thomam Picot', quod sint coram justiciariis de foresta ad prima† placita foreste, responsuri de transgressione foreste Essex' unde rettati sunt. Et habeas* ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege apud Rading', j die Julii.

* Sic in MS. † primam, MS.

1231.
[m. 9*d*.] Rex H. Herefordensi episcopo salutem. Cum nuper sicut audistis, prius unanimi voluntate concederetur nobis ab episcopis, abbatibus, abbatissis et prioribus de regno nostro quod nobis auxilium facerent liberaliter, dando nobis de singulis feodis militum que de nobis tenent in capite xl solidos, et tunc provisum esset quod medietas illius auxilii nobis redderetur in crastino Sancti Johannis Baptiste proximo preteriti apud Novum Templum Lond', ibidem liberanda dilecto et fideli nostro W. de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond'; miramur multum quod terminum predictum non observastis, medietatem ejusdem auxilii, quantum ad vos pertinet, eidem decano loco nostro juxta provisionem inde factam persolvendo. Unde vobis mandamus rogantes quatinus, sicut de vobis confidimus, id quod ad terminum predictum solvere pretermisistis, sine ulteriori dilatione mittatis Lond' ibidem apud Novum Templum Lond' predicto decano liberandum vel hiis que ad hoc loco suo fuerint assignati, vobis providentes quod alia medietas in festo Assumptionis beate Marie proximo instantis sicut provisum est promptius et sine difficultate nobis reddatur, ita quod inde grates possitis reportare speciales. Teste me ipso apud Rading', iiij die Julii.

Eodem modo scribitur episcopis Coventrensi, Wintoniensi, Exoniensi, Norwicensi; cappellanaria de Boseham; abbatibus Westmonasterii, Sancti Benedicti de Hulme, Evesham', Rames', Sancti Albani, Burgi, Certes', Winchecumb', Persor', Sancti Augustini Kantuarie, Abbodesbir', Abbend', Shireburn', Cern', Tavistok', Micheln', Malmesbir'; abbatissa de Wilton'; prior Coventrensis.

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod occasione summonitionis quam rex fieri fieri (*sic*) de gente comitatus sui ad eundum cum equis et armis ad partes Wallie, proprios homines magistri Milicie Templi in Anglia in balliva sua levantes et cubantes in nullo vexet vel gravet, set in pace esse dimittat. Teste rege apud Rading', vj die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Hertf', Glouc', Wiltes', War' et Leic'.

Rex concessit vinetariis Oxonie quod sextertium vini vendatur in villa Oxonie pro xij denariis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xv. Et mandatum est majori Oxonie quod hanc assisam vini clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Oxoniam, xij die Julii.

Surr'.—Robertus Sarrisburiensis episcopus attornavit Willelmum de la Beche contra Hugonem de Nevill' et Beatriciam uxorem ejus petentes, de quarta parte maneri de Godalminges cum pertinentiis.

Villa Oxonie.—Thomas filius Reginaldi et Matildis uxor ejus attornaverunt Radulfum Kachefrene contra Johannem fabrum et Julianam uxorem ejus, Andream le Parmenter et Rosiam uxorem ejus petentes, de uno mesuagio in Oxonia

1231.
[m. 9d.] *War'*.—W. Wigorniensis episcopus attornavit Willelmum le Clerc contra Johannem de Estok' de hoc quod idem episcopus non distringat eum ad faciendum consuetudines vel servicia, que de jure facere non debet.

Alicia Foliot attornavit Robertum le Sarmoner contra Widonem filium Roberti tenentem, de tercia parte unius carucate terre in Berhanger.

Sumerset'.—Margareta de Sumery attornavit Walterum Talebot contra Robertum de Gurnay de serviciis unde idem Robertus eam acquietare debet, de tenemento in Were, et contra Petrum decanum de Well' de averiis, etc.

Kancia.—Stephanus Haringod attornavit attornavit (*sic*) Nicholaum le Clerc contra Johannem Haringod et Radulfum fratrem ejus petentes, de tercia parte unius carucate terre in Twitham.

Linc'.—Thomas filius Jocei attornavit Robertum filium Gileberti contra Robertum de Luthe, de uno tofto in Anecastr'.

Berk'.—Cecilia uxor Nicholai filii Willelmi et Ricardus filius sui et Orengia uxor ejus attornaverunt ipsum Nicholaum contra abbatem Cyrencestr', tenentem, de ij carucatis terre in Eston'.

Villa Oxonie.—Abbas de Osen' attornavit Simonem de Hogenerton' contra Johannem Sewy petentem, de dimidio mesuagio in Oxonia.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, visis literis istis, per totam ballivam suam clamari faciat et firmiter prohiberi quod nullum mercatum teneatur ibidem de aliquo genere victualium quamdiu rex fuerit in expeditione sua in partibus Wallie, et quod omnes mercatores habentes victualia venalia cum victualibus suis veniant per partes Glouc' post regem et post exercitum suum versus partes predictas. Teste rege apud Rading', v die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Northamt', War' et Leic', Glouc', Heref', Berk', Not' et Dereb', Wigornie, Sumers', Wiltes'.

Rex dilectis et fidelibus suis comitibus, baronibus, militibus et omnibus aliis venturis usque Glouc' ad summonicionem suam, salutem. Sciatis quod, cum oporteat nos urgenter pro colloquio quod habituri sumus cum episcopis de provincia Cantuarie apud Oxoniam die Dominica proxima post translacionem Sancti Thome martiris, ibidem ad diem predictum presenciam nostram exhibere ad providendum per consilium eorundem episcoporum qualiter procedendum sit contra Lewelinum, qui tam nequiter se gessit erga nos, ut satis audistis, non poterimus ante diem illum ad vos venire, licet plurimum desideremus versus partes illas festinare et festinemus quantum poterimus. Habito quidem tractatu cum episcopis predictis personaliter ad vos venire festinabimus. Interim autem vobis

1231.

[m. 9*d*.] mandamus rogantes quatinus dilectis et fidelibus nostris H. comiti Hereford' et R. filio Nicholai, senescallo nostro, loco nostro sitis intendentes ad honorem et indempnitatem nostram conservandam in partibus Wallie, et ad resistendum predicto Lewelino una cum ceteris et * fidelibus nostris ibidem existentibus, ita quod nobis et vobis ad commodum cedat et honorem. Ut autem de statu et sanitate nostra vobis plenius constet, mittimus ad vos dilectum servientem nostrum Robertum de Daundeley, qui vos inde poterit viva voce certificare. Teste me ipso apud Rading', vj die Julii.

Eodem modo scribitur militibus de familia domini regis.

Glouc'.—Matildis Giffard' tenens habet quoddam pone versus Radulfum de Wiliton' et Olimpiadem uxorem ejus petentes, de tercia parte ij hidarum terre et dimidia in Sida, quia langor datus fuit predicte Matillidi in loquela quam Warinus de Muntchanes' movit adversus eam de terra in Luddesdon' in curia regis apud Westmonasterium, antequam predicti Radulfus et Olimpias predictam loquelam versus ipsam Matillidem movissent.

[m. 8*d*.] Mandatum est vicecomiti Staff' quod, sicut se et omnia sua diligit, sit in propria persona sua apud Brug' die Sabbati proxima post festum Sancte Marie Magdalene anno etc. xv, et habeat ibidem secum omnes illos de balliva sua qui servicium regi debent, et terciam partem omnium illorum qui ad arma jurati sunt in comitatu suo cum armis ad que jurati sunt et cum estoverio suo xl dierum, parati ire in servicium nostrum quo rex preceperit. Teste rege apud Glouc', xx die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigornie, Warewic' et Leic', et Noting' et Dereb' per omnia, posito tamen Stafford' loco Bruges.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Oxonie, Wilt', Berk' quod sint apud Bruges die Lune proxima festum * Sancte Marie Magdalene, cum omnibus qui regi servicium debent, et tercia parte omnium illorum qui ad arma jurati sunt, cum bonis securibus et estoverio suo quadraginta dierum, parati etc. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, non obstante mandato regis ei facto de hominibus juratis ad arma et securibus veniendis ad exercitum regis, venire faciat tantum homines juratos ad ferrum; videlicet loricas et hauberionos et purpunctos. Faciat etiam venire ad eundem exercitum tantum ducentos homines cum ducentis securibus et cum victulibus *(sic)* suis xl dierum, que eis vicecomes faciat inveniri per homines comitatus sui, juratos ad alia minuta arma, quos rex vult remanere in partibus suis. Venire etiam faciat omnes carpentarios comitatus sui ad denarios regis, quibus etiam vicecomes prestitum faciat veniendi ad regem qui hoc ei faciet allocari, et omnes operationes carpentarie in balliva sua interim remaneant. Nec permittat aliquo modo quod aliquod mercatum vel feria teneatur in comitatu suo, nec quod vina aliqua in eo vendantur, set omnia vina sequi faciat exercitum regis. Mittat autem vicecomes ad regem cum predictis juratis ad arma et

1231.

[m. 8d.] carpentariis, aliquem discretum de suis de quo confidat, qui de numero predictorum juratorum ad arma et carpentariorum regem certificare et de omnibus predictis sufficienter respondere possit. Teste rege apud Heref', xxvj die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigornie per omnia, War' et Leic' per omnia, Oxonie de lx hominibus cum lx securibus, Noting' et Dereb' de c hominibus cum c securibus, Berk' de sexaginta hominibus cum lx securibus, Heref' de c hominibus cum c securibus, Wilt' de lx hominibus cum lx securibus, apposita hac clausula loco debito, "preterquam carpentarios operationis ecclesie Nove Sarrisburie."

Postea mandatum est eisdem vicecomitibus sicut prius fuit eis mandatum, quod hiis qui venerunt cum securibus ad exercitum regis de comitatibus suis faciant inveniri victualia ab eis de comitatibus suis qui jurati fuerunt ad arma minuta, quos rex remanere fecit in partibus suis, ne pro defectu victualium ipsi qui sunt in operatione regis deficiant, sicut jam ceperunt deficere; propter quod rex ad eum et sua se graviter capere debeat. Teste rege apud Elevein, ij die Augusti.

Mandatum est ballivis Wintonie quod, sicut corpora et omnia catalla sua diligunt, non permittant aliquo modo quod aliqua taberna vinorum teneatur in villa sua, nec vina in ea vendantur, set omnia vina ville sue cum omni festinatione sequi faciant exercitum regis in partibus Wallie, in quibus rex est in expeditione sua; taliter et ita viriliter se habentes in hac parte ne pro defectu sui rex ad eos se graviter capere debeat. Teste ut supra.

Wigornia, Bristoll', Brug', Salop', Glouc'.

Edelina uxor Johannis Maunsel attornavit eundem Johannem contra Warinum capellanum tenentem, de tercia parte manerii de Blundesdon'.

Glouc'. — Willelmus de Putot attornavit Robertum Joye contra Ricardum abbatem de Keynesham tenentem, de xij acris terre et iij solidatis redditus et dimidie libre piperis in Upton', et x acris terre in Audeland', et x acris terre in Hann', et x acris terre et iiij acris prati in Betton'.

Leic'.—Ricardus de Harecurt attornavit Robertum de Barton' contra Radulfum filium Radulfi de Tamworth', de quarta parte feodi unius militis in Branteston'.

Wilt'. — Ricardus Pipart attornavit Ricardum de Rollesham contra Philippum Pipart tenentem, de ij partibus feodi unius militis in Clive Pipart, et contra Hugonem filium Roberti de una hida terre in Bradeton'.

Kancia.— Rogerus de Leiburn' attornavit Radulfum de Langel' contra Johannem le Gras tenentem, de x acris terre et xxij solidatis redditus in Cristmelden', et contra Matheum Longum tenentem, de x acris terre in eadem villa, et contra Ricardum Clod tenentem, de v acris terre in eadem villa, et contra Absolonem de Sutton' tenentem, de iij acris terre in

1231.
[m. 8d.] eadem villa, et contra Johannem filium Alvredi tenentem, de tribus acris terre in eadem villa, et contra Johannem de Upton' tenentem, de v acris terre in eadem villa, et contra Bartholomeum de Abboteslond' tenentem, de vij acris terre in eadem villa, et contra Simonem de la Smeth' tenentem, de iij acris terre in eadem villa.

Linc'.—Robertus Lupus attornavit Robertum de Camera contra Willelmum filium Roberti deforciantem, de consuetudinibus etc. in Saltfledeb'.

Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod omnibus juratis ad arma de comitatu tuo, tam militibus quam aliis de nobis non tenentibus in capite, qui per summonicionem quam per preceptum nostrum fecisti, venerunt ad exercitum nostrum in Walliam, dedimus licentiam revertendi in partes suas. Et ideo tibi precipimus quod occasione reversionis sue eos non vexes nec occasiones in aliquo. Ipsos etiam de comitatu tuo qui de nobis non tenent in capite et qui ad summonicionem tuam in exercitum nostrum non venerunt set in partibus suis remanserunt, ea occasione in nullo vexes vel graves. Teste rege apud Castrum Matildis, vj die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Staff' et Salopie, Heref', Wigornie, Glouc'.

Rex vicecomiti War' et Leic' salutem. Scias quod omnes jurati ad arma de comitatu tuo de nobis non tenentes in capite, qui per summonicionem etc. ut supra, de licentia nostra reversi sunt in partes suas. Et ideo tibi precipimus quod eos inde in nullo occasiones. Precipimus etiam tibi quod, assumpto tibi dilecto et fideli nostro Willelmo Basset quem tibi ad hoc adhibuimus socium, et cui hoc idem mandavimus, de omnibus de nobis tenentibus in capite in balliva tua per aliud servicium quam servicium militare, et qui non venerunt ad exercitum nostrum, racionabilem finem et per gratum* eorum pro exercitu predicto capias ad opus nostrum. Vide etiam sicut te ipsum diligis quod illis de comitatu tuo, qui cum securibus sunt in exercitu nostro, sufficienter facias inveniri victualia, sicut alias tibi precepimus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Not' et Dereb' cum eodem Willelmo Basset.

Dicto Willelmo Basset mandatum est quod ad dies et loca que predicti vicecomites ei significabunt, eis occurrat ad predictos fines capiendos.

Vicecomiti Oxonie cum vicecomite Berk'.

Vicecomiti Berk' cum vicecomite Oxonie.

Vicecomiti Wiltes' cum vicecomite Suhamt'.

Mandatum est justiciario Hibernie quod loquelam que est in curia regis Dublin' per breve de recto inter Georgium Defuble petentem et Nicholaum le Petit qui est in servicio regis in Anglia per preceptum regis tenentem, de terra in Dunboiny, et loquelam que est in eadem curia per aliud breve inter Walterum de Lascy petentem et ipsum Nicholaum tenentem, de terra in Wyennach et Mointaneny, ponat in

* Probably an error for "statum."

1231.

respectum usque in xv dies a die Pasche anno etc. xvj. Teste rege apud Elevein, j die Augusti.

[m. 7d.] Rex abbati de Malmesbir' salutem. Cum jam tercio vobis scripserimus pro auxilio illo nobis reddendo, quod unanimiter nobis fuit concessum ab episcopis, abbatibus, abbatissis et prioribus de regno nostro qui de nobis tenent in capite, miramur multum et non immerito quod juxta provisionem inde factam, medietatem ejusdem auxilii quantum ad vos pertinet de feodis militum que de nobis tenetis in capite, in crastino Sancti Johannis Baptiste proximo preterito non solvistis. Et ideo vobis mandamus rogantes, quatinus in fide quatinus in fide (*sic*) qua nobis tenemini et sicut nos diligitis, sine ulteriori dilatione de termino solutionis jam preterito nobis satisfacere et terminum futurum melius observare curetis; ita quod pro defectu solutionis non oporteat nos ulterius inde scribendo laborare. Teste rege apud Castrum Matildis, vij die Augusti.

Eodem modo scribitur abbatibus de Abbodesbir', Micheln', Evesham, de Hulmo, Tavistok'; abbatisse Wilt'; priori Coventr'; episcopis Norwicensi, Exoniensi, Coventrensi.

Rex vicecomiti Wiltes' salutem. Datur nobis intelligi quod, occasione precepti nostri quod nuper tibi fecimus quod non permitteres aliquod mercatum teneri in balliva tua de victualibus quamdiu essemus in expeditione nostra in partibus Wallie, transeuntes aut etiam mercatores victualium qui nos sequi deberent et exercitum nostrum, hujusmodi victualia invenire non possunt ad vendendum in burgis in burgis et villis mercatoriis, unde cito deficere possent nobis et exercitui nostro victualia necessaria si mercata prohiberentur, sicut predictum est. Et ideo tibi precipimus quod, non obstante predicto precepto nostro, sine dilatione clamari facias per totam ballivam tuam quod mercata teneantur more consueto, et quicunque voluerint secure veniant ad mercata cum victualibus suis; ita tamen quod mercatores hujusmodi victualium qui ea emunt alibi vendenda et inde negotiantur, cum victualibus nobis et exercitui nostro necessariis nos sequantur nec alibi divertant, sicut se ipsos et catalla sua diligunt. Teste me ipso apud Castrum Matildis, viij die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus War' et Leic', Berk', Wigornie, Hereford', Oxonie, Glouc', Norht', Somerset', Noting' et Dereb'.

Essex'.—Walterus filius Ricardi attornavit Widonem de Nafreton' contra Robertum Pollard' et Aviciam uxorem ejus tenentes, de iij acris terre in Chaveringe.

Norht'.—Galfridus de Seunor attornavit coram rege Petrum Russel contra Robertum Grimbald' de servicio unde idem Robertus eum acquietare debet versus J. comitem Huntend'.

Villa Oxonie.—Thomas filius Reginaldi et Matildis uxor ejus attornaverunt Robertum Kachefreins contra Johannem de Wuleward' et Julianam uxorem ejus et Andream le Parmenter et Roesiam uxorem ejus petentes, de j mesuagio in Oxonia.

1231.

[m. 5d.] Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod omnes denarios quos propmtos* habet et perquirere poterit, ad regem sub omni festinatione mittat in Angliam. Teste rege apud Castrum Matildis, xxv die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Hertf' quod quatuor milites de comitatu suo qui per breve regis summoniti sunt venire coram justiciariis ad primam assisam etc. ad eligendum super sacramentum suum xii de legalibus militibus de visneto de Terefeld' ad faciendum retornum magne assise inter Johannem de Bassingeburn' et Albr' uxorem ejus petentes, et Johannem de Harpefeld' tenentem, de una hida et dimidia virgata terre cum pertinentiis in Terefeld', unde idem Johannes de Harpefeld' posuit se in magnam assisam, summoneri faciat per bonos summonitores quod sint coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv dies ad illam electionem faciendam. Et summoneat per bonos summonitores predictum Johannem de Harpesfeld' quod tunc sit ibidem auditurus illam electionem, et habeat ibi summonitores, nomina militum et hoc breve et alia brevia. Teste rege apud Castrum Matildis, vj die Septembris. Per R. Britonem.

[m. 4d.] Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod cum omni festinatione mittat ad regem in Angliam omnes denarios, quos jam promptos habet de denariis regis et quos perquirere poterit, tam de redditu regis de termino Sancti Michaelis anno xv quam aliunde, ita quod inde possit commendari. Teste rege apud Castrum Matildis, xij die Septembris.

Et mandatum est J. Fernensi episcopo quod ad hoc adhibeat omnem quam poterit diligentiam.

Mandatum est Rannulfo Britoni quod sine dilatione exeat terram regis Anglie, ipse et tota parentela sua, sicut se ipsum et ipsos parentes suos voluerit esse indempnes. Teste rege apud Castrum Matildis, xij die Septembris.

Devonia.—Nicholas de Lettres attornavit Sewallum filium Warini (*sic*) de consuetudinibus etc. que idem Nicholaus exigit a Willelmo de Punchardun etc. in Gamelton'.

Heref'.—Abbas Glouc' attornavit Willelmum le Paumer et Willelmum le Walens' contra Johannem Biset, de consuetudinibus etc. in Sudenhal'.

Norf'.—Prior de Kenilleworth' attornavit Thomam de Kenilleworth' et Alanum Corbin contra Reginaldum filium Gervicii de una roda terre et dimidia in Stokeb'.

Wigornia.—Ricardus abbas Westmonasteriensis attornavit Alanum Heyrun contra Ricardum de Amberl' deforciantem, de consuetudinibus etc. in Grafton'.

* Corrected from "Normannum de Noting'."

1231.

[m. 4*d*.] *Glouc'*.—Idem attornavit eundem contra Robertum de Perham, Johannem filium Alexandri et Hugonem le Fittere deforciantes, de consuetudinibus etc. in Burton'.

Norht'.—Decanus et capitulum Linc' attornaverunt magistrum Walterum de Well' contra Johannem de Esefeld' petentem, de j carucata terre in Merston'.

[m. 3*d*.] Rex H. Lincolniensi episcopo salutem. Cupientes paternitatem vestram certificari qualiter nuper circumventi fuimus et decepti in presentatione Ern' de Berkelay, clerici, ad ecclesiam Sancti Petri Oxonie versus orientem, vobis duximus significandum quod dabatur nobis tunc intelligi quod non excedebat ipsa estimationem c solidorum vel x marcarum, unde propter tenuitatem ejus eam ei tunc concessimus. Quia vero postea didicimus quod ecclesia ipsa valet lx marcas vel amplius, et non intelleximus tam uberem redditum eidem Ern' conferre, voluntatem nostram et predictam concessionem mutavimus et eam contulimus Pontio de Ponte, cui specialiter tenemur providere, paternitatem vestram rogandes (*sic*) quatinus, non obstantibus prioribus literis per quas predictum E. presentavimus, ipsum Pontium ad predictam ecclesiam admittere et in eadem instituere velitis. Teste rege apud Windles', xj die Octobris.

[m. 2*d*.] Rex justiciario Hibernie salutem. Satis prius audistis quam inique et infideliter L. princeps de Abbefrau se gesserit erga nos et nostros, terras nostras incendendo et depredando et homines nostros interficiendo et alia dampna quecunque potuit nobis et nostris inferendo. Adhuc quidem in eadem voluntate nos gravandi persistens, non destitit nos persequi et terram nostram devastare, unde scripsimus omnibus et singulis magnatibus de terra nostra Hibernie quod contra estatem futuram se preparent ad veniendum in Walliam, applicaturi in Anglis' in manu forti ad vindicandum nos de tantis excessibus nobis arrogatis, quos ulterius dissimulare non poterimus. Et ideo vobis mandamus firmiter injungentes quatinus modis quibus poteritis ipsos magnates, et non solum illos set et omnes alios de terra nostra Hibernie, ad veniendum in servicium nostrum et ipsum L. expugnandum diligenter inducatis, non permittentes sicut nos et honorem nostrum diligitis quod alique mercandise sive aliquod genus victualium, per que Walenses subsidium aliquod reportent, de terra nostra Hibernie deferantur in Walliam; et id per totam H[iberniam] clamari et firmiter faciatis prohiberi ex parte nostra, ne aliquis, sicut se ipsum et catalla sua diligit, mercandisas aliquas sive aliquod genus victualium ad partes predictas deportet vel faciat deportari, super hoc et aliis agendis nostris talem diligentiam gerentes quod merito vos commendare debeamus, et inimici nostri inde se sentiant gravatos. Mittimus etiam vobis literas nostras predictis magnatibus nostris directas super predicto negotio, quas eis sine dilatione mittatis. Teste me ipso apud Heref', xxx die Septembris.

Rex dedit in mandatis Radulfo de Trublevill' quod die Lune proxima post festum Sancti Dionisii ad regem accedat usque Lond' cum rege locuturus, dimissa custodia archiepiscopatus in custodia W. de

1231.

m. 2*d*.] Kirkeham etc. Et mandatum est eidem W. quod predicte custodie intendat, faciens dominica archiepiscopatus bene excoli et seminari de exitibus ejusdem archiepiscopatus, faciens etiam domos et edificia custodiri et sustentari, quod in custodia regis non decidant nec deteriorentur. Homines etiam archiepiscopatus ita juste et pacifice tractet quod de eo non possint nec debeant conqueri, et Dei et hominum offensam devitent. Denarios autem provenientes de archiepiscopatu, tam de firmis quam aliunde, colligi et salvo custodiri faciat ad opus regis, taliter se gerens super premissis sicut rex non dubitat eum facturum, quod diligentiam suam merito debeat commendare. Teste rege apud Ledebury, ij die Octobris.

Rex commisit J. de Monem' comitatum Heref' cum castro ejusdem ville custodiendum quamdiu regi placuerit, et custodem eum constituit ad partes marchiarum tuendas et conservandas ab incursibus Walensium. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod in fide qua regi teneretur, et sicut regem et honorem suum diligit, si idem Johannes ei significaverit quod indigeat succursu ad partes illas defendendas vel ad castrum aliquod in marchiis rescutiendum, incontinenti ad mandatum ipsius Johannis accedat ad ipsum cum tota gente quam habere poterit in balliva sua ad partes predictas conservandas et obsidionem castri amovendam, si Lewelinus castrum aliquod obsederit, et ad dampnum regis impediendum; ita quod rex pro defectu sui ad eum se capere non debeat. Teste rege apud Otinton', v die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie.

Et mandatur W. de Lascy, Waltero de Clifford', Radulfo de Mortuo Mari, W. de Stutevill', W. filio Warini, J. filio Alani quod ex quo audierint L. velle insurgere in terram regis vel obsidionem dare alicui de castris in marchiis sive in Wallia, ad mandatum ipsius J. se preparent ad veniendum ad ipsum et ad eundum cum eo ad partes in quibus idem L. vel alii inimici regis intendunt regem gravare, ad partes illas tuendas et conservandas, et ad castra rescutienda si quod obsederint, ita viriliter quod rex pro defectu eorum dampnum non incurrat propter quod rex ad eos se graviter debeat capere, quod invitus faceret preter merita eorum, et ne, quod absit, fama eorum lesionem patiatur si de negligentia in hoc casu argui possent. Teste ut supra.

Suff'.—Matheus de Luvain attornavit Johannem de Ofwud' contra Adam de Holmo petentem, de una carucata terre in Brokes.

Kancia.—Prior Sancte Trinitatis Cantuarie attornavit fratrem Ricardum de Berkesore' contra Reginaldum de Cornhull', de servicio quod ballivi Cantuarie ab eo exigunt, unde idem Reginaldus eum acquietare debet, ut dicitur.

Linc'.—Hugo Wak' attornavit Alvredum camerarium contra abbatem de Burgo de divisis faciendis inter terram ipsius abbatis in Turleb' et terram ipsius Hugonis in Brunne.

1231.

[m. 2*d*.] *Derb'*.—Abbas de Burton' attornavit Ernaldum filium Roberti contra Ricardum de Wiliton' et Margaretam uxorem ejus petentes, de iiij bovatis terre in Findern'.

Norht'.—Fluria uxor Gileberti filii Thome attornavit ipsum Gilebertum et Thomam de Leic' contra Hugonem Gubiun tenentem, de tercia parte ij partium ij carucatarum terre in suburbiis Norht', et de tercia parte duarum partium ij carucatarum terre in Horton'.

Bed'.—Ipsa eadem attornavit eosdem contra eundem de tercia parte ij partium iiij carucatarum terre in Hecham, et de tercia parte ij partium j carucate terre in Stretleg'.

Surr'.—Magister Adam de Cudinton' attornavit Gilebertum de Wesehain contra Aliciam de Sancto Michaele petentem, de consuetudinibus etc. in Cudinton'.

Suht'.—Ana abbatissa de Bertocurt attornavit Petrum de Sancto Walerico contra Henricum de Sancto Walerico petentem, de consuetudinibus etc. in Sutton' et Norton'.

Surr'.—Prior de Merton' attornavit Nicholaum Scurlagge contra Willelmum de Rukenhal' petentem, de dimidia virgata terre in Shelfwode.

Sampson de Mules' attornavit Gilebertum de Eye contra Walterum de Bosco et Margaretam uxorem ejus, de consuetudinibus etc. que idem Sampson ab eis exigit etc. in Hevericheshan, Eiser, Westmules', et Estmul' et Kingestun.

Essex'.—Roesia de Rupella attornavit Adam le Bel contra Aliciam de Rupella et Robertum de Rupella tenentes de j carucata terre et sex acris bosci in Wetheresfeld', et contra Robertum de Rupella, Aliciam de Rupella, Henricum de Rupella, Radulfum de Norfolk', Adam Kappe, Godefridum Frolle, Johannem le Slaper, Editham que fuit uxor Willelmi Goet, Paganum Revel et Ricardum Madipintel tenentes, de viij^{xx} xviij acris terre et dimidia et j mesuagio in Elmedon'; et contra predictos Robertum de Rupella et Aliciam de Rupella tenentes, de duabus carucatis terre et uno molendino in Wiggeputt'; et contra eosdem Robertum et Aliciam de Rupella et Nicholaum de Crevequer et Laderenam uxorem ejus tenentes de vj^{xx} acris terre et xij acris bosci et xij acris prati cum pertinentiis in Sparhauekeye.

Roesia de Kokefeld' attornavit Johannem de Bello Monte et Constantinum de Moes' contra abbatem de Strafford' tenentem, de tercia parte ij carucatarum terre in Burghested'.

Norht'.—Willelmus de Monte Acuto attornavit Thomam del Estre contra abbatem de Bitlesden' deforciantem, de consuetudinibus etc. in Siresham.

1231.

[m. 2*d.*] *Norf'*.—Rogerus de Mortuo Mari attornavit Matheum de Rokelund' contra Thomam de Banet' tenentem, de iiij acris terre et dimidia in Atleburg'.

Surr'.—Robertus de Farenham attornavit Johannem vinitorem de Farenham contra Ricardum scissorem et Agnetem uxorem ejus deforciantes, de consuetudinibus etc. in Farenham.

Surr'.—Idem attornavit eundem Johannem contra eundem.

Edmundus de Tudeham attornavit Bartholomeum de Tudeham contra Simonem filium Simonis tenentem, de x acris terre in Kersigrave.

Staff'.—Robertus Michaelis venit coram rege die Sabbatis in festo Sancti N . . . . et petiit terram suam in Cherlec' sibi replegiari quam Willelmus Lungesp' clamat versus eum et que capta fuit pro defalta ipsius Roberti . . . .

GENERAL INDEX.

A.

B.

D.

E.

F.

G.

H.

J.

K.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

CATALOGUE

(*Revised to 31st March*, 1902),

OF

ENGLISH, SCOTCH, AND IRISH RECORD PUBLICATIONS,

REPORTS OF THE HISTORICAL MANUSCRIPTS COMMISSION,

AND

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPERS OF THE PUBLIC RECORDS, ENGLAND AND IRELAND,

Printed for

HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE,

And to be purchased,

Either directly or through any Bookseller, from

EYRE AND SPOTTISWOODE, EAST HARDING STREET, FLEET STREET, E.C., and 32, ABINGDON STREET, WESTMINSTER, S.W.; or

OLIVER & BOYD, EDINBURGH; or

EDWARD PONSONBY, 116, GRAFTON STREET, DUBLIN.

CONTENTS.

CALENDARS OF STATE PAPERS, &c.

[IMPERIAL 8vo., cloth. *Price* 15*s.* each Volume or Part.]

Subsequent to recommendations of Committees of the House of Commons in 1800 and 1836, the Master of the Rolls, in 1865, stated to the Lords of the Treasury that although "the Records, State Papers, "and Documents in his charge constitute the most complete and perfect "series of their kind in the civilized world," and although "they are "of the greatest value in a historical and constitutional point of view, yet "they are comparatively useless to the public, from the want of proper "Calendars and Indexes." Whereupon their Lordships assented to the necessity of having Calendars prepared and printed, and empowered the Master of the Rolls to take such steps as might be necessary for this purpose.

The following Works have been already published in this Series:—

CALENDARIUM GENEALOGICUM; for the Reigns of Henry III. and Edward I. *Edited by* CHARLES ROBERTS. 2 Vols. 1865.

SYLLABUS, IN ENGLISH, OF RYMER'S FŒDERA. *By* Sir THOMAS DUFFUS HARDY, D.C.L. 1869-1885. Vol. I.—1066-1377. (*Out of print.*) Vol. II.—1377-1654. Vol. III., Appendix and Index.

DESCRIPTIVE CATALOGUE OF ANCIENT DEEDS, preserved in the Public Record Office. 1890-1900. Vols. I., II. and III.

CALENDAR OF THE PATENT ROLLS, prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1891-1900:—

HENRY III. (*Latin*)
Vol. I.—1216-1225.

EDWARD I.
Vol. I.— 1272-1281.
Vol. II.— 1281-1292.
Vol. III.—1292-1301.
Vol. IV.—1301-1307.

EDWARD II.
Vol. I.—1307-1313.
Vol. II.—1313-1317.

EDWARD III.
Vol. I.— 1327-1330.
Vol. II.— 1333-1334.
Vol. III.—1334-1338.
Vol. IV.—1338-1340.
Vol. V.—1340-1343.
Vol. VI.—1343-1345.

RICHARD II.
Vol. I.— 1377-1381.
Vol. II.—1381-1385.
Vol. III.—1385-1389.

HENRY VI.
Vol. I.—1422-1429.

EDWARD IV.
Vol. I.— 1461-1467.
Vol. II.—1467-1477.

EDWARD IV., EDWARD V., RICHARD III., 1476-1485.

CALENDAR OF THE CLOSE ROLLS, prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1892-1901:—

EDWARD I.
Vol. I.— 1272-1279.
Vol. II.—1279, &c.

EDWARD II.
Vol. I.— 1307-1313.
Vol. II.—1313-1318.
Vol. III.—1318-1323.
Vol. IV.—1323-1327.

EDWARD III.
Vol. I.— 1327-1330.
Vol. II.—1330-1333.
Vol. III.—1333-1337.
Vol. IV.—1337-1339.
Vol. V.—1339-1341.

CALENDAR OF INQUISITIONS POST MORTEM and other analogous documents, prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1898.

HENRY VII.—Vol I.

INQUISITIONS AND ASSESSMENTS relating to FEUDAL AIDS, etc., prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1284-1431. Vol. I. Bedford to Devon. 1899. Vol. II. Dorset to Huntingdon. 1900.

A. 978. Wt. 48 162. 1,250 17/3/02. M.

Calendar of Letters and Papers, Foreign and Domestic, of the reign of Henry VIII., preserved in the Public Record Office, the British Museum, and elsewhere in England. *Edited by* J. S. Brewer, M.A. (Vols. I.-IV.): *by* James Gairdner (Vols. V.-XIII.); *and by* James Gairdner, C.B., and R. H. Brodie (Vols. XIV-XVIII.). 1862-1901.

Vol. I.—1509-1514. (*Out of print.*)
Vol. II. (in two parts)—1515-1518. (*Part I out of print.*)
Vol. III. (in two parts)—1519-1523.
Vol. IV.—Introduction.
Vol. IV., Part 1.—1524-1526.
Vol. IV., Part 2.—1526-1528.
Vol. IV., Part 3.—1529-1530.
Vol. V.—1531-1532.
Vol. VI.—1533.
Vol. VII.—1534.
Vol. VIII.—1535, to July.
Vol. IX.—1535, Aug. to Dec.
Vol. X.—1536, Jan. to June.
Vol. XI.—1536, July to Dec.
Vol. XII., Part. 1.—1537, Jan. to May.
Vol. XII., Part 2.—1537, June to Dec.
Vol. XIII., Part 1.—1538, Jan. to July.
Vol. XIII., Part 2.—1538, Aug. to Dec.
Vol. XIV., Part 1.—1539, Jan. to July.
Vol. XIV., Part. 2.—1539, Aug. to Dec.
Vol. XV.—1540, Jan. to Aug.
Vol. XVI.—1540, Sept. to 1541, Dec.
Vol. XVII.—1542.
Vol. XVIII., Part 1.—1543.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reigns of Edward VI., Mary, Elizabeth, and James I. *Edited by* Robert Lemon, F.S.A. (Vols. I. and II.) *and by* Mary Anne Everett Green (Vols. III.-XII.). 1856-1872.

Vol. I.— 1547-1580.
Vol. II.— 1581-1590.
Vol. III.—1591-1594. (*Out of print.*)
Vol. IV.—1595-1597.
Vol. V.— 1598-1601.
Vol. VI.—1601-1603, with Addenda, 1547-1565.
Vol. VII. – Addenda, 1566-1579.
Vol. VIII.—1603-1610.
Vol. IX.— 1611-1618.
Vol. X.— 1619-1623.
Vol. XI.— 1623-1625, with Addenda, 1603-1625.
Vol. XII.— Addenda, 1580-1695.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reign of Charles I. *Edited by* John Bruce, F.S.A. (Vols. I.-XII.); *by* John Bruce, F.S.A., and William Douglas Hamilton, F.S.A. (Vol. XIII.): *by* William Douglas Hamilton, F.S.A. (Vols. XIV.-XXII.); *by* William Douglas Hamilton, F.S.A., *and* Sophie C. Lomas (Vol. XXIII.). 1858-1897.

Vol. I.— 1625-1626.
Vol. II.— 1627-1628.
Vol. III.— 1628-1629.
Vol. IV.— 1629-1631.
Vol. V.— 1631-1633.
Vol. VI.— 1633-1634.
Vol. VII.— 1634-1635.
Vol VIII.— 1635.
Vol. IX.— 1635-1636.
Vol. X.— 1636-1637.
Vol. XI.— 1637.
Vol. XII.— 1637-1638.
Vol. XIII.— 1638-1639.
Vol. XIV.— 1639.
Vol. XV.— 1639-1640.
Vol. XVI.— 1640.
Vol. XVII.— 1640-1641.
Vol. XVIII.—1641-1643.
Vol. XIX.— 1644.
Vol. XX.— 1644-1645.
Vol. XXI.— 1645-1647.
Vol. XXII.— 1648-1649.
Vol. XXIII.—Addenda, 1625-1649.

Calendar of State Papers, Domestic Series, during the Commonwealth. *Edited by* Mary Anne Everett Green. 1875-1885.

Vol. I.— 1649-1650.
Vol. II.— 1650.
Vol. III.— 1651.
Vol. V.— 1651-1652.
Vol. V.— 1652-1653.
Vol. VI.— 1653-1654.
Vol. VII.—1654.
Vol. VIII.—1655.
Vol. IX.— 1655-1656.
Vol. X.— 1656-1657.
Vol. XI.— 1657-1658.
Vol. XII.— 1658-1659.
Vol. XIII.—1659-1660.

Calendar of State Papers:—Committee for the Advance of Money. 1642-1656. *Edited by* Mary Anne Everett Green. Parts II.-II., 1888.

Calendar of State Papers :—Committee for Compounding, &c., 1643-1660. *Edited by* Mary Anne Everett Green. Parts I.-V., 1889-1892.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reign of Charles II. *Edited by* Mary Anne Everett Green (Vol. I.-X.); *and by* F. H. Blackburne Daniell, M.A. (Vols. XI.-XIII.) 1860-1901.

Vol. I.— 1660-1661.
Vol. II.— 1661-1662.
Vol. III.—1663-1664.
Vol. IV.—1664-1665.
Vol. V.— 1665-1666.
Vol. VI.—1666-1667.
Vol. VII.—1667.
Vol. VIII.—1667-1668.
Vol. IX.— 1668-1669.
Vol. X.— 1670 and Addenda, 1660-1670.
Vol. XI.— 1671.
Vol. XII.— 1671-1672.
Vol. XIII.—1672.
Vol. XIV.—Oct. 1672-Feb. 1673.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reign of William III. *Edited by* William John Hardy, F.S.A. 1895-1901.

Vol. I.— 1689-1690.
Vol. II.—1690-1691.
Vol. III.—1691-1692.

Calendar of Home Office Papers of the reign of George III. Vols. I. and II. *Edited by* Joseph Redington. 1878-1879. Vols. III. and IV. *Edited by* Richard Arthur Roberts, Barrister-at-Law. 1881, 1899.

Vol. I.— 1760 (25 Oct.)-1765.
Vol. II.—1766-1769.
Vol. III.—1770-1772.
Vol. IV.—1772-1775.

Calendar of Treasury Papers. *Edited by* Joseph Redington. 1868-1889.

Vol. I.— 1557-1696.
Vol. II.— 1697-1702.
Vol. III.—1702-1707.
Vol. IV.—1708-1714.
Vol. V.— 1714-1719.
Vol. VI.—1720-1728.

Calendar of Treasury Books and Papers. *Edited by* W. A. Shaw, M.A., 1897-1901.

Vol. I.—1729-1730.
Vol. II.—1731-1734.
Vol. III.—1735-1738.
Vol. IV.—1739-1741.

Calendar of State Papers relating to Scotland. *Edited by* Markham John Thorpe. 1858.

Vol. I.— 1509-1589.
Vol. II.—1589-1603; an Appendix, 1543-1592; and State Papers relating to Mary Queen of Scots.

Calendar of Documents relating to Ireland, in the Public Record Office, London. *Edited by* Henry Savage Sweetman, B.A., Barrister-at-Law (Ireland); *and by* Gustavus Frederick Handcock. 1875-1886.

Vol. I.— 1171-1251.
Vol. II.— 1252-1284.
Vol. III.—1285-1292.
Vol. IV.—1293-1301.
Vol. V.— 1302-1307.

Calendar of State Papers relating to Ireland. *Edited by* Hans Claude Hamilton, F.S.A., 1860-1890, *and by* E. G. Atkinson, 1893-1899.

Vol. I.— 1509-1573.
Vol. II.— 1574-1585.
Vol. III.—1586-1588.
Vol. IV.—1588-1592.
Vol. V.— 1592-1596.
Vol. VI.— 1596-1597.
Vol. VII.—1598-1599.
Vol. VIII.—1599-1600.

Calendar of State Papers relating to Ireland, preserved in the Public Record Office, and elsewhere. *Edited by* the Rev. C. W. Russell, D.D., and John P. Prendergast, Barrister-at-Law. 1872-1880.

Vol. I.— 1603-1606.
Vol. II.— 1606-1608.
Vol. III.—1608-1610.
Vol. IV.—1611-1614.
Vol. V.— 1615-1625.

Calendar of State Papers relating to Ireland. *Edited by* R. P. Mahaffy, B.A. 1901.

Vol. I.—1625-1632.
Vol. II.—1633-1647.

Calendar of the Carew Papers, preserved in the Lambeth Library. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., *and* William Bullen. 1867-1873.

Vol. I.— 1515-1574. (*Out of print.*)
Vol. II.— 1575-1588.
Vol. III.—1589-1600.
Vol. IV.—1601-1603.
Vol. V.— Book of Howth. Miscellaneous.
Vol. VI.—1603-1624.

Calendar of State Papers, Colonial Series. *Edited by* W. Noel Sainsbury, *and by* the Hon. J. W. Fortescue. 1860-1900.

Vol. I.—America and West Indies, 1574-1660.
Vol. II.—East Indies, China, and Japan, 1513-1616. (*Out of print.*)
Vol. III.— „ „ „ 1617-1621. (*Out of print.*)
Vol. IV.— „ „ „ 1622-1624.
Vol. V.—America and West Indies, 1661-1668.
Vol. VI.—East Indies, 1625-1629.
Vol. VII.—America and West Indies, 1669-1674.
Vol. VIII.—East Indies and Persia, 1630-1634.
Vol. IX.—America and West Indies, 1675-1676, and Addenda, 1574-1674.
Vol. X.—America and West Indies, 1677-1680.
Vol. XI.— „ „ 1681-1685.
Vol. XII.— „ „ 1685-1688.
Vol. XIII.— „ „ 1689-1692.

Calendar of State Papers, Foreign Series, of the reign of Edward VI., preserved in the Public Record Office. 1547-1553. *Edited by* W. B. Turnbull, Barrister-at-Law, &c. 1861.

Ditto—Mary. 1553-1558.

Calendar of State Papers, Foreign Series, of the reign of Elizabeth, preserved in the Public Record Office. &c. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A. (Vols. I.-VII.); Allan James Crosby, M.A., Barrister-at-Law (Vols. VIII.-XI.), *and* Arthur John Butler, M.A. 1863-1901.

Vol. I.— 1558-1559.
Vol. II.— 1559-1560.
Vol. III.—1560-1561.
Vol. IV.—1561-1562.
Vol. V.— 1562.
Vol. VI.—1563.
Vol. VII.— 1564-1565.
Vol. VIII.—1566-1568.
Vol. IX.— 1569-1571.
Vol. X.— 1572-1574.
Vol. XI.— 1575-1577.
Vol. XII.— 1577-1578.

Calendar of Documents in France, illustrative of the History of Great Britain and Ireland, Vol. I. A.D. 918-1206. *Edited by* J. Horace Round, M.A. 1899.

CALENDAR OF LETTERS, DESPATCHES, AND STATE PAPERS, relating to the Negotiations between England and Spain, preserved in the Archives at Simancas, and elsewhere. *Edited by* G. A. BERGENROTH (Vols. I. and II.); *by* DON PASCUAL DE GAYANGOS (Vols. III. to VI.); *and by* DON PASCUAL DE GAYANGOS and MARTIN A. S. HUME (Vol. VII.) 1862-1899.

Vol. I.— 1485-1509.	Vol. IV. Part 2.—1531-1533, *continued.*
Vol. II.— 1509-1525.	Vol. V. Part 1.—1534-1535.
Supplement to Vol. I. and Vol. II.	Vol. V. Part 2.—1536-1538.
Vol. III. Part 1.—1525-1526.	Vol VI. Part 1.—1538-1542.
Vol. III. Part 2.—1527-1529.	Vol. VI. Part 2.—1542-1543.
Vol. IV. Part 1.—1529-1530.	Vol. VII. Part 1.—1544.
Vol. IV. Part 2.—1531-1533.	

CALENDAR OF LETTERS AND STATE PAPERS, relating to ENGLISH AFFAIRS, preserved principally in the Archives of Simancas. *Edited by* MARTIN A. S. HUME, F.R.Hist.S. 1892-1899.

Vol. I. —1558-1567.	Vol. III.—1580-1586.
Vol. II.—1568-1579.	Vol. IV.—1587-1603.

CALENDAR OF STATE PAPERS AND MANUSCRIPTS, relating to ENGLISH AFFAIRS, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* RAWDON BROWN, 1864-1884, *by* RAWDON BROWN and the Right Hon. G. CAVENDISH BENTINCK, M.P., 1890, *and by* HORATIO F. BROWN, 1895-1900.

Vol. I.— 1202-1509.	Vol. VI., Part II.— 1556-1557.
Vol. II. – 1509-1519.	Vol. VI., Part III.—1557-1558.
Vol. III.—1520-1526.	Vol. VII.— 1558-1580.
Vol. IV.—1527-1533.	Vol. VIII.— 1581-1591.
Vol. V.— 1534-1554.	Vol. IX.— 1592-1603.
Vol. VI., Part I.—1555-1556.	Vol. X.— 1603-1607.

CALENDAR of entries in the PAPAL REGISTERS, illustrating the history of Great Britain and Ireland. *Edited by* W. H. BLISS, B.C.L. (Vols. I. and II.); *and by* W. H. BLISS and C. JOHNSON, M.A. (Vol. III.)

PAPAL LETTERS. 1893-1897.

Vol. I.— 1198-1304.	Vol. III.—1342-1362.
Vol. II.—1305-1342.	

PETITIONS TO THE POPE. 1896.

Vol. I.—1342-1419

REPORT OF THE DEPUTY KEEPER OF THE RECORDS AND THE REV. J. S. BREWER upon the Carte and Carew Papers in the Bodleian and Lambeth Libraries. 1864 *Price 2s. 6d.*

REPORT OF THE DEPUTY KEEPER OF THE RECORDS upon the Documents in the Archives and Public Libraries of Venice. 1866. *Price 2s. 6d.*

GUIDE TO THE PRINCIPAL CLASSES OF DOCUMENTS IN THE PUBLIC RECORD OFFICE. *By* S. R. SCARGILL-BIRD, F.S.A. *Second Edition.* 1896. *Price 7s.*

ACTS OF THE PRIVY COUNCIL OF ENGLAND, New Series. *Edited by* JOHN ROCHE DASENT, C.B., M.A., Barrister-at-Law. 1890-1901. *Price 10s. each.*

Vol. I.— 1542-1547.	Vol. XIII.— 1581-1582.
Vol. II.— 1547-1550.	Vol. XIV.— 1586-1587.
Vol. III.— 1550-1552.	Vol. XV.— 1587-1588.
Vol. IV.— 1552-1554.	Vol. XVI.— 1588.
Vol. V.— 1554-1556.	Vol. XVII.— 1588-1589.
Vol. VI.— 1556-1558.	Vol. XVIII.—1589-1590.
Vol. VII.— 1558-1570.	Vol. XIX.— 1590.
Vol. VIII.—1571-1575.	Vol. XX.— 1590-1591.
Vol. IX.— 1575-1577.	Vol. XXI.— 1591.
Vol. X.— 1577-1578.	Vol. XXII.— 1591-1592.
Vol. XI.— 1578-1580.	Vol. XXIII.—1592.
Vol. XII.— 1580-1581.	Vol. XXIV.— 1592-1593.

In the Press.

Descriptive Catalogue of Ancient Deeds, preserved in the Public Record Office. Vol. IV.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Edward II. Vol. III. 1318, &c.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Edward III. Vol. VII. 1345, &c.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Richard II. Vol. IV. 1390, &c.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Henry IV. Vol. I.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Henry VI. Vol. II.

Calendar of the Close Rolls of the reign of Edward III. Vol. VI.

Inquisitions and Assessments relating to Feudal Aids. Vol. III. Kent, &c.

Calendar of State Papers, relating to English Affairs, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* Horatio F. Brown. Vol. XI.

Calendar of entries in the Papal Registers, illustrating the History of Great Britain and Ireland. *Edited by* W. H. Bliss, B.C.L., and J. A. Twemlow, B.A. Papal Letters. Vols. IV., V. and VI. 1362, &c.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reign of William III. Vol. IV. *Edited by* W. J. Hardy, F.S.A.

Calendar of State Papers, Colonial Series. Vol. XIV. *Edited by* the Hon. J. W. Fortescue.

Calendar of State Papers, Foreign and Domestic; Henry VIII. Vol. XVIII., Part II.

PUBLIC RECORD OFFICE.

LISTS AND INDEXES.

The object of these publications is to make the contents of the Public Record Office more easily available. In conjunction with the Calendars, they will, in course of time, form a catalogue of the National Archives, as explained in the Fifty-first Report of the Deputy Keeper of the Records (page 10).

No. I. Index of Ancient Petitions of the Chancery and the Exchequer. 1892. Price 9*s*. 6*d*.

No. II. List and Index of Declared Accounts from the Pipe Office and the Audit Office. 1893. Price 15*s*.

No. III. List of volumes of State Papers (Great Britain and Ireland). Part I., A.D. 1547-1760. 1894. Price 6*s*. 6*d*.

No. IV. List of Plea Rolls. 1894. Price 7*s*.

No. V. List of Ministers' Accounts preserved in the Public Record Office. Part I. 1894. Price 16*s*.

No. VI. List and Index of Court Rolls preserved in the Public Record Office. Part I. 1896. Price 15*s*.

No. VII. Index of Chancery Proceedings, Series II. A.D. 1558-1579. 1896. Price 14*s*.

No. VIII. List and Index of Ministers' Accounts. Appendix, Corrigenda and Index to Part I. 1897. Price 3*s*.

No. IX. List of Sheriffs from the earliest times to A.D. 1831. 1898. Price 9*s*.

No. X. List of proceedings with regard to Charitable Uses. 1899. Price 5*s*.

No. XI. List of Foreign Accounts enrolled on the Great Rolls of the Exchequer. 1900. Price 10*s*.

No. XII. List of Early Chancery Proceedings. Vol. I. 1901. Price 12*s*.

No. XIII. List of Star-Chamber Proceedings. Vol. I. 1485-1558. Price 10*s*.

No. XIV. List of records of the Duchy of Lancaster. 1901. Price 5*s*.

No. XV. List of Ancient Correspondence of the Chancery and Exchequer. 1902. Price 12*s*.

In the Press.

No. XVI. List of Early Chancery Proceedings. Vol. II.

In Progress.

List of Ancient Accounts.

List of Surveys, Rentals, &c.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND DURING THE MIDDLE AGES.

[Royal 8vo. *Price* 10*s.* each Volume or Part.]

1. The Chronicle of England, by John Capgrave. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A. 1858.

   Capgrave's Chronicle extends from the creation of the world to the year 1417. Being written in English, it is of value as a record of the language spoken in Norfolk.

2. Chronicon Monasterii de Abingdon. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. Joseph Stephenson, M.A., Vicar of Leighton Buzzard. 1858.

   This Chronicle traces the history of the monastery from its foundation by King Ina of Wessex, to the reign of Richard I. The author incorporates into his history various charters of the Saxon kings, as illustrating not only the history of the locality but that of the kingdom.

3. Lives of Edward the Confessor. I.—La Estoire de Seint Aedward le Rei. II.—Vita Beati Edvardi Regis et Confessoris. III.—Vita Æduuardi Regis qui apud Westmonasterium requiescit. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1858.

   The first is a poem in French, probably written in 1245. The second is an anonymous poem, written between 1440 and 1450, which is mainly valuable as a specimen of the Latin poetry of the time. The third, also by an anonymous author, was apparently written between 1066 and 1074.

4. Monumenta Franciscana.

   Vol. I.—Thomas de Eccleston de Adventu Fratrum Minorum in Angliam. Adæ de Marisco Epistolæ. Registrum Fratrum Minorum Londoniæ. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London.

   Vol. II.—De Adventu Minorum; re-edited with additions. Chronicle of the Grey Friars. The ancient English version of the Rule of St. Francis. Abbreviatio Statutorum, 1451, &c. *Edited by* Richard Howlett, Barrister-at-Law. 1858, 1882.

5. Fasciculi Zizaniorum Magistri Johannis Wyclif cum Tritico. Ascribed to Thomas Netter, of Walden, Provincial of the Carmelite Order in England, and Confessor to King Henry the Fifth. *Edited by* the Rev. W. W. Shirley, M.A., Tutor and late Fellow of Wadham College, Oxford. 1858.

   This work gives the only contemporaneous account of the rise of the Lollards.

6. The Buik of the Croniclis of Scotland; or, A Metrical Version of the History of Hector Boece; by William Stewart. Vols. I.-III. *Edited by* W. B. Turnbull, Barrister-at-Law. 1858.

   This is a metrical translation of a Latin Prose Chronicle, written in the first half of the 16th century. The narrative begins with the earliest legends and ends with the death of James I. of Scotland, and the "evil ending of the traitors that slew him." The peculiarities of the Scottish dialect are well illustrated in this version.

7. Johannis Capgrave Liber de Illustribus Henricis. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A. 1858.

   The first part relates only to the history of the Empire from the election of Henry I. the Fowler, to the end of the reign of the Emperor Henry VI. The second part is devoted to English history, from the accession of Henry I. in 1100, to 1446, which was the twenty-fourth year of the reign of Henry VI. The third part contains the lives of illustrious men who have borne the name of Henry in various parts of the world

8. Historia Monasterii S. Augustini Cantuariensis by Thomas of Elmham, formerly Monk and Treasurer of that Foundation. *Edited by* Charles Hardwick, M.A., Fellow of St. Catherine's Hall, and Christian Advocate in the University of Cambridge. 1858.

This history extends from the arrival of St. Augustine in Kent until 1191.

9. Eulogium (Historiarium sive Temporis): Chronicon ab Orbe condito usque ad Annum Domini 1366; a monacho quodam Malmesbiriensi exaratum. Vols. I.-III. *Edited by* F. S. Haydon, B.A. 1858-1863.

This is a Latin Chronicle extending from the Creation to the latter part of the reign of Edward III., with a continuation to the year 1413.

10. Memorials of Henry the Seventh; Bernardi Andreæ Tholosatis Vita Regis Henrici Septimi; necnon alia quædam ad eundem Regem Spectantia. *Edited by* James Gairdner. 1858.

The contents of this volume are—(1) a life of Henry VII., by his poet Laureate and historiographer, Bernard André, of Toulouse, with some compositions in verse, of which he is supposed to have been the author; (2) the journals of Roger Machado during certain embassies to Spain and Brittany, the first of which had reference to the marriage of the King's son, Arthur, with Catharine of Arragon; (3) two curious reports by envoys sent to Spain in 1505 touching the succession to the Crown of Castile, and a project of marriage between Henry VII. and the Queen of Naples; and (4) an account of Philip of Castile's reception in England in 1506. Other documents of interest are given in an appendix.

11. Memorials of Henry the Fifth. I.—Vita Henrici Quinti, Roberto Redmanno auctore. II.—Versus Rhythmici in laudem Regis Henrici Quinti. III.—Elmhami Liber Metricus de Henrico V. *Edited by* Charles A. Cole. 1858.

12. Munimenta Gildhallæ Londoniensis; Liber Albus, Liber Custumarum, et Liber Horn, in archivis Gildhallæ asservati.

Vol. I., Liber Albus.

Vol. II. (in Two Parts), Liber Custumarum.

Vol. III., Translation of the Anglo-Norman Passages in Liber Albus, Glossaries, Appendices, and Index.

Edited by Henry Thomas Riley, M.A., Barrister-at-Law. 1859-1862.

The *Liber Albus*, compiled by John Carpenter, Common Clerk of the City of London in the year 1419, gives an account of the laws, regulations, and institutions of that City in the 12th, 13th, 14th, and early part of the 15th centuries. The *Liber Custumarum* was compiled in the early part of the 14th century during the reign of Edward II. It also gives an account of the laws, regulations, and institutions of the City of London in the 12th, 13th, and early part of the 14th centuries.

13 Chronica Johannis de Oxenedes. *Edited by* Sir Henry Ellis, K.H. 1859.

Although this Chronicle tells of the arrival of Hengist and Horsa, it substantially begins with the reign of King Alfred, and comes down to 1292. It is particularly valuable for notices of events in the eastern portions of the kingdom.

14. A Collection of Political Poems and Songs relating to English History, from the accession of Edward III. to the reign of Henry VIII. Vols. I. and II. *Edited by* Thomas Wright, M.A. 1859-1861.

15. The "Opus Tertium," "Opus Minus," &c. of Roger Bacon. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1859.

16. Bartholomæi de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana; 449-1298; necnon ejusdem Liber de Archiepiscopis et Episcopis Angliæ. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinty College, Cambridge, 1859.

17. Brut y Tywysogion; or, The Chronicle of the Princes of Wales. *Edited by* the Rev. John Williams ab Ithel, M.A. 1860.

This work, written in the ancient Welsh language, begins with the abdication and death of Caedwala at Rome, in the year 681, and continues the history down to the subjugation of Wales by Edward I., about the year 1282.

18. A Collection of Royal and Historical Letters during the Reign of Henry IV. 1399-1404. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A., of Exeter College, Oxford. 1860.

19. The Repressor of over much Blaming of the Clergy. By Reginald Pecock, sometime Bishop of Chichester. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. Churchill Babington, B.D., Fellow of St. John's College. Cambridge. 1860.

The author was born about the end of the fourteenth century, consecrated Bishop of St. Asaph in the year 1444, and translated to the see of Chichester in 1450. His work gives a full account of the views of the Lollards, and has great value for the philologist.

20. Annales Cambriæ. *Edited by* the Rev. John Williams ab Ithel, M.A. 1860.

These annals, which are in Latin, commence in 447, and come down to 1288. The earlier portion appears to be taken from an Irish Chronicle used by Tigernach, and by the compiler of the Annals of Ulster.

21. The Works of Giraldus Cambrensis. Vols. I.-IV. *Edited by* the Rev. J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. Vols. V.-VII. *Edited by* the Rev. James F. Dimock, M.A., Rector of Barnburgh, Yorkshire. Vol. VIII. *Edited by* George F. Warner, M.A., of the Department of MSS., British Museum. 1861-1891.

These volumes contain the historical works of Gerald du Barry, who lived in the reigns of Henry II., Richard I., and John.

The *Topographia Hibernica* (in Vol. V.) is the result of Giraldus' two visits to Ireland, the first in 1183, the second in 1185-6, when he accompanied Prince John into that country. The *Expugnatio Hibernica* was written about 1188. Vol. VI. contains the *Itinerarium Kambriæ et Descriptio Kambriæ*; and Vol. VII., the lives of S. Remigius and S. Hugh. Vol. VIII. contains the Treatise *De Principum Instructione*, and an index to Vols. I.-IV. and VIII.

22. Letters and Papers illustrative of the Wars of the English in France during the Reign of Henry the Sixth, King of England, Vol. I., and Vol. II. (in Two Parts). *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., Vicar of Leighton Buzzard. 1861-1864.

23. The Anglo-Saxon Chronicle, according to the several Original Authorities. Vol. I., Original Texts. Vol. II., Translation. *Edited and translated by* Benjamin Thorpe, Member of the Royal Academy of Sciences at Munich, and of the Society of Netherlandish Literature at Leyden. 1861.

There are at present six independent manuscripts of the Saxon Chronicle, ending in different years, and written in different parts of the country. In this edition, the text of each manuscript is printed in columns on the same page, so that the student may see at a glance the various changes which occur in orthography.

24. Letters and Papers illustrative of the reigns of Richard III. and Henry VII. Vols. I. and II. *Edited by* James Gardiner, 1861-1863.

The principal contents of the volumes are some diplomatic Papers of Richard III., correspondence between Henry VII. and Ferdinand and Isabella of Spain; documents relating to Edmund de la Pole, Earl of Suffolk; and a portion of the correspondence of James IV. of Scotland.

25. Letters of Bishop Grosseteste. *Edited by* the Rev. Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1861.

The letters of Robert Grosseteste range in date from about 1210 to 1253. They refer especially to the diocese of Lincoln, of which Grosseteste was bishop.

26. Descriptive Catalogue of Manuscripts relating to the History of Great Britain and Ireland. Vol. I. (in Two Parts); Anterior to the Norman Invasion. *(Out of print.)* Vol. II.: 1066-1200. Vol. III.; 1200-1327. *By* Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Records. 1862-1871.

27. Royal and other Historical Letters illustrative of the reign of Henry III. Vol. I. 1216-1235. Vol. II. 1236-1272. *Selected and edited by* the Rev. W. W. Shirley, D.D., Regius Professor of Ecclesiastical History, and Canon of Christ Church, Oxford. 1862-1866.

28. CHRONICA MONASTERII S. ALBANI:—

1. THOMÆ WALSINGHAM HISTORIA ANGLICANA; Vol. I., 1272-1381: Vol. II., 1381-1422.

2. WILLELMI RISHANGER CHRONICA ET ANNALES, 1259-1307.

3. JOHANNIS DE TROKELOWE ET HENRICI DE BLANEFORDE CHRONICA ET ANNALES 1259-1296; 1307-1324; 1392-1406.

4. GESTA ABBATUM MONASTERII S. ALBANI, A THOMA WALSINGHAM, REGNANTE RICARDO SECUNDO, EJUSDEM ECCLESIÆ PRÆCENTORE, COMPILATA: Vol. I., 793-1290: Vol. II., 1290-1349: Vol. III., 1349-1411.

5. JOHANNIS AMUNDESHAM, MONACHI MONASTERII S. ALBANI, UT VIDETUR, ANNALES; Vols. I. and II.

6. REGISTRA QUORUNDAM ABBATUM MONASTERII S. ALBANI, QUI SÆCULO XV^{mo} FLORUERE; Vol. I., REGISTRUM ABBATIÆ JOHANNIS WHETHAMSTEDE, ABBATIS MONASTERII SANCTI ALBANI, ITERUM SUSCEPTÆ; ROBERTO BLAKENEY, CAPELLANO, QUONDAM ADSCRIPTUM: Vol. II., REGISTRA JOHANNIS WHETHAMSTEDE, WILLELMI ALBON, ET WILLELMI WALINGFORDE, ABBATUM MONASTERII SANCTI ALBANI, CUM APPENDICE CONTINENTE QUASDAM EPISTOLAS A JOHANNE WHETHAMSTEDE CONSCRIPTAS.

7. YPODIGMA NEUSTRIÆ A THOMA WALSINGHAM, QUONDAM MONACHO MONASTERII S. ALBANI, CONSCRIPTUM.

Edited by HENRY THOMAS RILEY, M.A., Barrister-at-Law. 1863-1876.

In the first two volumes is a History of England, from the death of Henry III. to the death of Henry V., by Thomas Walsingham, Precentor of St. Albans.

In the 3rd volume is a Chronicle of English History, attributed to William Rishanger, who lived in the reign of Edward I.: an account of transactions attending the award of the kingdom of Scotland to John Balliol, 1291-1292, also attributed to William Rishanger, but on no sufficient ground: a short Chronicle of English History, 1292 to 1300, by an unknown hand: a short Chronicle, Willelmi Rishanger Gesta Edwardi Primi, Regis Angliæ, probably by the same hand: and fragments of three Chronicles of English History, 1285 to 1307.

In the 4th volume is a Chronicle of English History, 1259 to 1296: Annals of Edward II., 1307 to 1323, by John de Trokelowe, a monk of St. Albans, and a continuation of Trokelowe's Annals, 1323, 1324, by Henry de Blaneforde: a full Chronicle of English History, 1392 to 1406, and an account of the benefactors of St. Albans, written in the early part of the 15th century.

The 5th, 6th, and 7th volumes contain a history of the Abbots of St. Albans, 793 to 1411, mainly compiled by Thomas Walsingham, with a Continuation.

The 8th and 9th volumes, in continuation of the Annals, contain a Chronicle probably of John Amundesham, a monk of St. Albans.

The 10th and 11th volumes relate especially to the acts and proceedings of Abbots Whethamstede, Albon, and Wallingford.

The 12th volume contains a compendious History of England to the reign of Henry V. and of Normandy in early times, also by Thomas Walsingham, and dedicated to Henry V.

29. CHRONICON ABBATIÆ EVESHAMENSIS, AUCTORIBUS DOMINICO PRIORE EVESHAMIÆ ET THOMA DE MARLEBERGE ABBATE, A FUNDATIONE AD ANNUM 1213, UNA CUM CONTINUATIONE AD ANNUM 1418. *Edited by* the Rev. W. D. MACRAY, Bodleian Library, Oxford. 1863.

The Chronicle of Evesham illustrates the history of that important monastery from 690 to 1418. Its chief feature is an autobiography, which makes us acquainted with the inner daily life of a great abbey. Interspersed are many notices of general, personal, and local history.

30. RICARDI DE CIRENCESTRIA SPECULUM HISTORIALE DE GESTIS REGUM ANGLIÆ. Vol. I., 447-871. Vol. II., 872-1066. *Edited by* JOHN E. B. MAYOR, M.A., Fellow of St. John's College, Cambridge. 1863-1869.

Richard of Cirencester's history is in four books, and gives many charters in favour of Westminster Abbey, and a very full account of the lives and miracles of the saints, especially of Edward the Confessor, whose reign occupies the fourth book. A treatise on the Coronation, by William of Sudbury, a monk of Westminster, fills book ii. c. 3.

31. YEAR BOOKS OF THE REIGNS OF EDWARD THE FIRST AND EDWARD THE THIRD. Years 20-21, 21-22, 30-31, 32-33, and 33-35 Edw. I; and 11-12 Edw. III. *Edited and translated by* ALFRED JOHN HORWOOD, Barrister-at-Law. Years 12-13, 13-14, 14, 14-15, 15, 16, and 17 Edward III. *Edited and translated by* LUKE OWEN PIKE, M.A., Barrister-at-Law. 1863-1901.

32. Narratives of the Expulsion of the English from Normandy, 1449-1450.—Robertus Blondelli de Reductione Normanniæ: Le Recouvrement de Normendie, par Berry, Hérault du Roy: Conferences between the Ambassadors of France and England. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A. 1863.

33. Historia et Cartularium Monasterii S. Petri Gloucestriæ. Vols. I.-III. *Edited by* W. H. Hart, F.S.A., Membre Correspondant de la Société des Antiquaires de Normandie. 1863-1867.

34. Alexandri Neckam de Naturis Rerum libri duo; with Neckam's Poem, De Laudibus Divinæ Sapientiæ. *Edited by* Thomas Wright, M.A. 1863.

35. Leechdoms, Wortcunning, and Starcraft of Early England; being a Collection of Documents illustrating the History of Science in this Country before the Norman Conquest. Vols. I.-III. *Collected and edited by* the Rev. T. Oswald Cockayne, M.A. 1864-1866.

36. Annales Monastici.

Vol. I.:—Annales de Margan, 1066-1232; Annales de Theokesberia, 1066-1263; Annales de Burton, 1004-1263.

Vol. II.:—Annales Monasterii de Wintonia, 519-1277; Annales Monasterii de Waverleia, 1-1291.

Vol. III.:—Annales Prioratus de Dunstaplia, 1-1297. Annales Monasterii de Bermundeseia, 1042-1432.

Vol. IV.:—Annales Monasterii de Oseneia, 1016-1347; Chronicon vulgo dictum Chronicon Thomæ Wykes, 1066-1289; Annales Prioratus de Wigornia, 1-1377.

Vol. V.:—Index and Glossary.

Edited by Henry Richards Luards, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, and Registrary of the University, Cambridge. 1864-1869.

37. Magna Vita S. Hugonis Episcopi Lincolniensis. *Edited by* the Rev. James F. Dimock, M.A., Rector of Barnburgh, Yorkshire. 1864.

38. Chronicles and Memorials of the Reign of Richard the First.

Vol. I.:—Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi.

Vol. II.:—Epistolæ Cantuarienses; the Letters of the Prior and Convent of Christ Church, Canterbury; 1187 to 1199.

Edited by the Rev. William Stubbs, M.A., Vicar of Navestock, Essex, and Lambeth Librarian. 1864-1865.

The authorship of the Chronicle in Vol. I., hitherto ascribed to Geoffrey Vinesauf, is now more correctly ascribed to Richard, Canon of the Holy Trinity of London.

The letters in Vol. II., written between 1187 and 1199, had their origin in a dispute which arose from the attempts of Baldwin and Hubert, archbishops of Canterbury, to found a college of secular canons, a project which gave great umbrage to the monks of Canterbury.

39. Recueil des Croniques et anchiennes Istories de la Grant Bretaigne a present nomme Engleterre, par Jehan de Waurin. Vol. I., Albina to 688. Vol. II., 1399-1422. Vol. III., 1422-1431. *Edited by* William Hardy, F.S.A. 1864-1879. Vol. IV., 1431-1447. Vol. V., 1447-1471. *Edited by* Sir William Hardy, F.S.A., and Edward L. C. P. Hardy, F.S.A. 1884-1891.

40. A Collection of the Chronicles and Ancient Histories of Great Britain, now called England, by John de Wavrin. Vol. I., Albina to 688. Vol. II., 1399-1422. Vol. III., 1422-1431. (Translations of the preceding Vols. I., II., and III.) *Edited and translated by* Sir William Hardy, F.S.A., and Edward L. C. P. Hardy, F.S.A. 1864-1891.

41. Polychronicon Ranulphi Higden, with Trevisa's Translation. Vols. I and II. *Edited by* Churchill Babington, B.D., Senior Fellow of St. John's College, Cambridge. Vols. III.-IX. *Edited by* the Rev. Joseph Rawson Lumby, D.D., Norrisian Professor of Divinity, Vicar of St. Edward's, Fellow of St. Catharine's College, and late Fellow of Magdalene College, Cambridge. 1865-1886.

This chronicle begins with the Creation, and is brought down to the reign of Edward III. The two English translations, which are printed with the original Latin, afford interesting illustrations of the gradual change of our language, for one was made in the fourteenth century, the other in the fifteenth.

42. Le Livere de Reis de Brittanie e Le Livere de Reis de Engletere. *Edited by* the Rev. John Glover, M.A., Vicar of Brading, Isle of Wight, formerly Librarian of Trinity College, Cambridge. 1865.

These two treaties are valuable as careful abstracts of previous historians.

43. Chronica Monasterii de Melsa ab anno 1150 usque ad annum 1406, Vols. I.-III. *Edited by* Edward Augustus Bond, Assistant Keeper of Manuscripts, and Egerton Librarian, British Museum. 1866-1868.

44. Matthæi Parisiensis Historia Anglorum, sive ut vulgo dicitur Historia Minor. Vols. I.,-III. 1067-1253. *Edited by* Sir Frederick Madden, K.H., Keeper of the Manuscript Department of the British Museum. 1866-1869.

45. Liber Monasterii de Hyda: a Chronicle and Chartulary of Hyde Abbey, Winchester, 455-1023. *Edited by* Edward Edwards. 1866.

The "Book of Hyde" is a compilation from much earlier sources, which are usually indicated with considerable care and precision. In many cases, however, the Hyde Chronicler appears to correct, to qualify, or to amplify the statements which, in substance, he adopts.

There is to be found, in the "Book of Hyde," much information relating to the reign of King Alfred which is not known to exist elsewhere. The volume contains some curious specimens of Anglo-Saxon and mediæval English.

46. Chronicon Scotorum. A Chronicle of Irish Affairs, from the earliest times to 1135; and Supplement, containing the events from 1141 to 1150. *Edited, with Translation, by* William Maunsell Hennessy, M.R.I.A. 1866.

47. The Chronicle of Pierre de Langtoft, in French Verse, from the earliest period to the death of Edward I. Vols. I. and II. *Edited by* Thomas Wright, M.A. 1866-1868.

It is probable that Pierre de Langtoft was a canon of Bridlington, in Yorkshire and lived in the reign of Edward I., and during a portion of the reign of Edward II. This chronicle is divided into three parts; in the first, is an abridgment of Geoffrey of Monmouth's "Historia Britonum", in the second, a history of the Anglo-Saxon and Norman kings, to the death of Henry III.; in the third, a history of the reign of Edward I. The language is a specimen of the French of Yorkshire.

48. The War of the Gaedhil with the Gaill, or The Invasions of Ireland by the Danes and other Norsemen. *Edited, with a Translation, by* the Rev. James Henthorn Todd, D.D., Senior Fellow of Trinity College, and Regius Professor of Hebrew in the University of Dublin. 1867.

49. Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis. Chronicle of the Reigns of Henry II. and Richard I., 1169-1192, known under the name of Benedict of Peterborough. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History, Oxford, and Lambeth Librarian. 1867.

50. Munimenta Academica, or, Documents illustrative of Academical Life and Studies at Oxford (in Two Parts). *Edited by* the Rev. Henry Anstey, M.A., Vicar of St. Wendron, Cornwall, and late Vice-Principal of St. Mary Hall, Oxford. 1868.

51. Chronica Magistri Rogeri de Houedene. Vols. I.-IV. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History and Fellow of Oriel College, Oxford. 1868-1871.

The earlier portion, extending from 732 to 1148, appears to be a copy of a compilation made in Northumbria about 1161, to which Hoveden added little. From 1148 to 1169—a very valuable portion of this work—the matter is derived from another source, to which Hoveden appears to have supplied little. From 1170 to 1192 is the portion which corresponds to some extent with the Chronicle known under the name of Benedict of Peterborough (*see* No. 49). From 1192 to 1201 may be said to be wholly Hoveden's work.

52. Willelmi Malmesbiriensis Monachi De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque. *Edited by* N. E. S. A. Hamilton, of the Department of Manuscripts, British Museum. 1870.

53. Historic and Municipal Documents of Ireland, from the Archives of the City of Dublin, &c. 1172-1320. *Edited by* John T. Gilbert, F.S.A., Secretary of the Public Record Office of Ireland. 1870.

54. The Annals of Loch Cé. A Chronicle of Irish Affairs, from 1041 to 1590. Vols. I. and II. *Edited, with a Translation, by* William Maunsell Hennessy, M.R.I.A. 1871.

55. Monumenta Juridica. The Black Book of the Admiralty, with Appendices, Vols. I.-IV. *Edited by* Sir Travers Twiss, Q.C., D.C.L. 1871-1876.

This book contains the ancient ordinances and laws relating to the navy.

56. Memorials of the Reign of Henry VI.:—Official Correspondence of Thomas Bekynton, Secretary to Henry VI., and Bishop of Bath and Wells. *Edited by* the Rev. George Williams, B.D., Vicar of Ringwood, late Fellow of King's College, Cambridge. Vols. I. and II. 1872.

57. Matthæi Parisiensis, Monachi Sancti Albani, Chronica Majora. Vol. I. The Creation to A.D. 1066. Vol. II. 1067 to 1216. Vol. III. 1216 to 1239. Vol. IV. 1240 to 1247. Vol. V. 1248 to 1259. Vol. VI. Additamenta. Vol. VII. Index. *Edited by* the Rev. Henry Richards Luard, D.D., Fellow of Trinity College, Registrary of the University, and Vicar of Great St. Mary's, Cambridge. 1872-1884.

58. Memoriale Fratris Walteri de Coventria.—The Historical Collections of Walter of Coventry. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History, and Fellow of Oriel College, Oxford. 1872-1873.

59. The Anglo-Latin Satirical Poets and Epigrammatists of the Twelfth Century. Vols. I. and II. *Collected and edited by* Thomas Wright, M.A., Corresponding Member of the National Institute of France (Académie des Inscriptions et Belles-Lettres). 1872.

60. Materials for a History of the Reign of Henry VII., from original Documents preserved in the Public Record Office. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. William Campbell, M.A., one of Her Majesty's Inspectors of Schools. 1873-1877.

61. Historical Papers and Letters from the Northern Registers. *Edited by* the Rev. James Raine, M.A., Canon of York, and Secretary of the Surtees Society. 1873.

62. Registrum Palatinum Dunelmense. The Register of Richard de Kellawe, Lord Palatine and Bishop of Durham; 1311-1316. Vols. I.-IV. *Edited by* Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Records. 1873-1878.

63. Memorials of St. Dunstan, Archbishop of Canterbury. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History and Fellow of Oriel College, Oxford. 1874.

64. Chronicon Angliæ, ab anno domini 1328 usque ad annum 1388, Auctore Monacho quodam Sancti Albani. *Edited by* Edward Maunde Thompson, Barrister-at-Law, Assistant Keeper of the Manuscripts in the British Museum. 1874.

65. Thómas Saga Erkibyskups. A Life of Archbishop Thomas Becket in Icelandic. Vols. I. and II. *Edited, with English Translation, Notes, and Glossary, by* M. Eiríkr Magnússon, M.A., Sub-Librarian, of the University Library, Cambridge. 1875-1884.

66. Radulphi de Coggeshall Chronicon Anglicanum. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A. 1875.

67. Materials for the History of Thomas Becket, Archbishop of Canterbury. Vols. I.-VI. *Edited by* the Rev. James Craigie Robertson, M.A., Canon of Canterbury. 1875-1883. Vol. VII. *Edited by* Joseph Brigstocke Sheppard, LL.D. 1885.

The first volume contains the life of that celebrated man, and the miracles after his death, by William, a monk of Canterbury. The second, the life by Benedict of Peterborough; John of Salisbury; Alan of Tewkesbury; and Edward Grim. The third, the life by William Fitzstephen; and Herbert of Bosham. The fourth, anonymous lives, Quadrilogus, &c. The fifth, sixth, and seventh, the Epistles, and known letters.

68. Radulfi de Diceto, Decani Lundoniensis, Opera Historica. The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History, and Fellow of Oriel College, Oxford. 1876.

The Abbreviationes Chronicorum extend to 1147 and the Ymagines Historiarum to 1201.

69. Roll of the Proceedings of the King's Council in Ireland, for a portion of the 16th year of the reign of Richard II. 1392-93. *Edited by* the Rev. James Graves, B.A. 1877.

70. Henrici de Bracton de Legibus et Consuetudinibus Angliæ Libri Quinque in varios tractatus distincti. Vols. I.-VI. *Edited by* Sir Travers Twiss, Q.C., D.C.L. 1878-1883.

71. The Historians of the Church of York, and its Archbishops. Vols. I.-III. *Edited by* the Rev. James Raine, M.A., Canon of York, and Secretary of the Surtees Society. 1879-1894.

72. Registrum Malmesburiense. The Register of Malmesbury Abbey, preserved in the Public Record Office. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. J. S. Brewer, M.A., Preacher at the Rolls, and Rector of Toppesfield; *and* Charles Trice Martin, B.A. 1879-1880.

73. Historical Works of Gervase of Canterbury. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. William Stubbs, D.D., Canon Residentiary of St. Paul's, London; Regius Professor of Modern History and Fellow of Oriel College, Oxford, &c. 1879, 1880.

74. Henrici Archidiaconi Huntendunensis Historia Anglorum. The History of the English, by Henry, Archdeacon of Huntingdon, from A.D. 55 to A.D. 1154, in Eight Books. *Edited by* Thomas Arnold, M.A., 1879.

75. The Historical Works of Symeon of Durham. Vols. I. and II. *Edited by* Thomas Arnold, M.A. 1882-1885.

76. Chronicles of the Reigns of Edward I. and Edward II. Vols. I and II. *Edited by* the Rev. William Stubbs, D.D., Canon Residentiary of St. Paul's, London; Regius Professor of Modern History, and Fellow of Oriel College, Oxford, &c. 1882-1883.

The first volume of these Chronicles contains the *Annales Londonienses*, and the *Annales Paulini*: the second, I.—*Commendatio Lamentabilis in Transitu magni Regis Edwardi*. II.—*Gesta Edwardi de Carnarvan Auctore Canonico Bridlingtoniensi*. III.—*Monachi cujusdam Malmesberiensis Vita Edwardi II.* IV.—*Vita et Mors Edwardi II., conscripta a Thoma de la Moore.*

77. Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi Cantuariensis. Vols. I.-III. *Edited by* Charles Trice Martin, B.A. F.S.A., 1882-1886.

78. Register of S. Osmund. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. W. H. Rich Jones, M.A., F.S.A., Canon of Salisbury, Vicar of Bradford-on-Avon. 1883, 1884.

This Register derives its name from containing the statutes, rules, and orders made or compiled by S. Osmund, to be observed in the Cathedral and diocese of Salisbury.

79. Chartulary of the Abbey of Ramsey. Vols. I.-III. *Edited by* William Henry Hart, F.S.A., and the Rev. Ponsonby Annesley Lyons. 1884-1893.

80. Chartularies of St. Mary's Abbey, Dublin, with the Register of its house at Dunbrody, county of Wexford, and Annals of Ireland, 1162-1370. Vols. I. and II. *Edited by* John Thomas Gilbert, F.S.A., M.R.I.A. 1884, 1885.

81. Eadmeri Historia Novorum in Anglia, et opuscula duo de vita Sancti Anselmi et quibusdam miraculis ejus. *Edited by* the Rev. Martin Rule, M A. 1884.

82. Chronicles of the Reigns of Stephen, Henry II., and Richard I. Vols. I.-IV. *Edited by* Richard Howlett, Barrister-at-Law. 1884-1889.

Vol. I. contains Books I.-IV. of the *Historia Rerum Anglicarum* of William of Newburgh. Vol. II. contains Book V. of that work, the continuation of the same to A.D. 1298, and the *Draco Normannicus* of Etienne de Rouen.

Vol. III. contains the *Gesta Stephani Regis*, the Chronicle of Richard of Hexham, the *Relatio de Standardo* of St. Aelred of Rievaulx, the poem of Jordan Fantosme, and the Chronicle of Richard of Devizes.

Vol. IV. contains the Chronicle of Robert of Torigni.

83. Chronicle of the Abbey of Ramsey. *Edited by* the Rev. William Dunn Macray, M.A., F.S.A., Rector of Ducklington, Oxon. 1886.

84. Chronica Rogeri de Wendover, sive Flores Historiarum. Vols. I.-III. *Edited by* Henry Gay Hewlett, Keeper of the Records of the Land Revenue. 1886-1889.

This edition gives that portion only of Roger of Wendover's Chronicle which can be accounted an original authority.

85. The Letter Books of the Monastery of Christ Church, Canterbury. Vols. I.-III. *Edited by* Joseph Brigstocke Sheppard, LL.D. 1887-1889.

The Letters printed in these volumes were chiefly written between 1296 and 1333.

86. The Metrical Chronicle of Robert of Gloucester. *Edited by* William Aldis Wright, M.A., Senior Fellow of Trinity College, Cambridge. Parts I. and II., 1887.

The date of the composition of this Chronicle is placed about the year 1300. The writer appears to have been an eye witness of many events of which he describes. The language in which it is written was the dialect of Gloucestershire at that time.

87. Chronicle of Robert of Brunne. *Edited by* Frederick James Furnivall, M.A., Barrister-at-Law. Parts I. and II. 1887.

Robert of Brunne, or Bourne, co. Lincoln, was a member of the Gilbertine Order established at Sempringham. His Chronicle is described by its editor as a work of fiction, a contribution not to English history, but to the history of English.

88. Icelandic Sagas and other Historical Documents relating to the Settlements and Descents of the Northmen on the British Isles. Vol. I. Orkneyinga Saga, and Magnus Saga. Vol. II. Hakonar Saga, and Magnus Saga. *Edited by* Gudbrand Vigfusson, M.A. 1887. Vols. III. and IV. Translations of the above by Sir George Webbe Dasent, D.C.L. 1894.

89. The Tripartite Life of St. Patrick, with other documents relating to that Saint. *Edited by* Whitley Stokes, LL.D., D.C.L., Honorary Fellow of Jesus College, Oxford; and Corresponding Member of the Institute of France. Parts I. and II. 1887.

90. Willelmi monachi Malmesbiriensis de Regum Gestis Anglorum libri V. : et Historiæ Novellæ, libri III. *Edited by* William Stubbs, D.D., Bishop of Oxford. Vols. I. and II. 1887-1889.

91. Lestorie des Engles solum Geffrei Gaimar. *Edited by* the late Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Records; *continued and translated by* Charles Trice Martin, B.A., F.S.A. Vols. I and II. 1888-1889.

92. Chronicle of Henry Knighton, Canon of Leicester. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. Joseph Rawson Lumby, D.D., Norrisian Professor of Divinity. 1889-1895.

93. Chronicle of Adam Murimuth, with the Chronicle of Robert of Avesbury. *Edited by* Edward Maunde Thompson, LL.D., F.S.A., Principal Librarian and Secretary of the British Museum. 1889.

94. Register of the Abbey of St. Thomas the Martyr, Dublin. *Edited by* John Thomas Gilbert, F.S.A., M.R.I.A. 1889.

95. Flores Historiarum. *Edited by* the Rev. H. R. Luard, D.D., Fellow of Trinity College and Registrary of the University, Cambridge. Vol. I., The Creation to A.D. 1066. Vol. II. A.D. 1067-1264. Vol. III. A.D. 1265-1326. 1890.

96. Memorials of St. Edmund's Abbey. *Edited by* Thomas Arnold, M.A., Fellow of the Royal University of Ireland. Vols. I.-III. 1890-1896.

97. Charters and Documents, illustrating the History of the Cathedral and City of Sarum, 1100-1300; forming an Appendix to the Register of S. Osmund. *Selected by* the late Rev. W. H. Rich Jones, M.A., F.S.A., *and edited by* the Rev. W. D. Macray, M.A., F.S.A., Rector of Ducklington. 1891.

98. Memoranda de Parliamento, 25 Edward I. 1305. *Edited by* F. W. Maitland, M.A. 1893.

99. The Red Book of the Exchequer. *Edited by* Hubert Hall, F.S.A of the Public Record Office. Parts I.-III. 1896.

PUBLICATIONS OF THE RECORD COMMISSIONERS, &c.

In boards or cloth. Volumes not mentioned in this list are out of print.

ROTULORUM ORIGINALIUM IN CURIA SCACCARII ABBREVIATIO. Hen. III.—Edw. III. *Edited by* HENRY PLAYFORD. 2 Vols. folio (1805-1810). 12*s*. 6*d*. each.

LIBRORUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECÆ HARLEIANÆ CATALOGUS. Vol. 4. *Edited by* the Rev. T. HARTWELL HORNE. Folio (1812), 18*s*.

ABBREVIATIO PLACITORUM. Richard I.—Edward II. *Edited by* the Right Hon. GEORGE ROSE and W. ILLINGWORTH. 1 Vol. folio (1811), 18*s*.

LIBRI CENSUALIS vocati DOMESDAY-BOOK, INDICES. *Edited by* Sir HENRY ELLIS. Folio (1816), (Domesday-Book, Vol. 3). 21*s*.

LIBRI CENSUALIS vocati DOMESDAY-BOOK, ADDITAMENTA EX CODIC. ANTIQUISS. *Edited by* Sir HENRY ELLIS. Folio (1816), (Domesday-Book, Vol. 4). 21*s*.

STATUTES OF THE REALM. *Edited by* Sir T. E. TOMLINS, JOHN RAITHBY, JOHN CALEY and WM. ELLIOTT. Vols. 10 and 11, Folios (1824-1828) Indices, 30*s*. each.

VALOR ECCLESIASTICUS, temp. Hen. VIII., Auctoritate Regia institutus. *Edited by* JOHN CALEY and the Rev. JOSEPH HUNTER. Vols. 5 to 6, folio (1825-1834). 25*s*. each. The Introduction, separately, 8vo. 2*s*. 6*d*.

FŒDERA, CONVENTIONES, LITTERÆ, &c.; or, RYMER'S FŒDERA. New Edition, folio. *Edited by* JOHN CALEY and FRED HOLBROOKE. Vol. 4, 1377-1383 (1869). 6*s*.

DUCATUS LANCASTRIÆ CALENDARIUM INQUISITIONUM POST MORTEM, &c. Part 3, Calendar to Pleadings, &c., Hen. VII.—13 Eliz. Part 4, Calendar to Pleadings, to end of Eliz. (1827-1834). *Edited by* R. J. HARPER, JOHN CALEY, and WM. MINCHIN. Folio. Part 4 (or Vol. 3), 21*s*.

CALENDARS OF THE PROCEEDINGS IN CHANCERY, ELIZ.; with Examples of Proceedings from Ric. II. *Edited by* JOHN BAYLEY. Vol. 3. (1832), folio, 21*s*.

ROTULI LITTERARUM CLAUSARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 2 Vols. folio (1833, 1844). *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY. Vol. 2, 1224-1227. 18*s*.

PROCEEDINGS AND ORDINANCES OF THE PRIVY COUNCIL OF ENGLAND. 10 Ric. II.—33 Hen. VIII. *Edited by* Sir NICHOLAS HARRIS NICOLAS. 7 Vols. royal 8vo. (1834-1837). 14s. each. (*Vol. 1 out of print.*)

ROTULI LITTERARUM PATENTIUM IN TURRI LOND. ASSERVATI. 1201-1216. *Edited by* T. DUFFUS HARDY. 1 Vol. folio (1835), 31s. 6d. The Introduction, separately, 8vo. 9*s*.

ROTULI CURIÆ REGIS. Rolls and Records of the Court held before the King's Justiciars or Justices. 6 Richard I.—1 John. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. Vol. 2, royal 8vo. (1835). 14*s*.

ROTULI NORMANNIÆ IN TURRI LOND. ASSERVATI. 1200-1205; 1417-1418. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY. 1 Vol. royal 8vo. (1835). 12*s*. 6*d*.

ROTULI DE OBLATIS ET FINIBUS IN TURRI LOND. ASSERVATI, temp. Regis Johannis. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY. 1 Vol. royal 8vo. (1835). 18*s*.

EXCERPTA E ROTULIS FINIUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATIS. Henry III. 1216-1272. *Edited by* CHARLES ROBERTS. 2 Vols. royal 8vo. (1835, 1836). Vol. 1, 14s. Vol. 2, 18*s*.

FINES, SIVE PEDES FINIUM: SIVE FINALES CONCORDIÆ IN CURIA DOMINI REGIS. 7 Richard I.—16 John, 1195—1214. *Edited by* the Rev. JOSEPH HUNTER. In Counties. 2 Vols. royal 8vo. (1835-1844); Vol. 1, 8*s*. 6*d*.; Vol. 2, 2*s*. 6*d*.

ANCIENT KALENDARS AND INVENTORIES OF THE TREASURY OF HIS MAJESTY'S EXCHEQUER; with Documents illustrating its History. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 3 Vols. royal 8vo. (1836). 42*s*.

DOCUMENTS AND RECORDS illustrating the History of Scotland, and Transactions between Scotland and England; preserved in the Treasury of Her Majesty's Exchequer. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 1 Vol. royal 8vo. (1837).

ROTULI CHARTARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 1199-1216. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY. 1 Vol. folio (1837). 30*s*.

REPORT OF THE PROCEEDINGS OF THE RECORD COMMISSIONERS, 1831-1837. 1 Vol. fol. (1837). 8*s*.

REGISTRUM vulgariter nuncupatum "The Record of Caernarvon," e codice MS. Harleiano, 696, descriptum. *Edited by* Sir HENRY ELLIS. 1 Vol. folio (1838), 31*s*. 6*d*.

Ancient Laws and Institutes of England; comprising Laws enacted under the Anglo-Saxon Kings, with translation of the Saxon; the Laws called Edward the Confessor's; the laws of William the Conqueror, and those ascribed to Henry I.; Monumenta Ecclesiastica Anglicana, from 7th to 10th century; and Ancient Latin Version of the Anglo-Saxon Laws. *Edited by* Benjamin Thorpe. 1 Vol. folio, 40*s*. 2 Vols. royal 8vo., 30*s*. *(Vol. 1 is out of print.)*

Ancient Laws and Institutes of Wales; comprising Laws supposed to be enacted by Howel the Good, modified by Regulations prior to the Conquest by Edward I.; and anomalous Laws, principally of Institutions which continued in force. With translation. Also, Latin Transcripts, containing Digests of Laws, principally of the Dimetian Code. *Edited by* Aneurin Owen. 1 Vol. folio (1841), 44*s*. 2 Vols. royal 8vo., 36*s*.

Rotuli de Liberate ac de Misis et Præstitis, Regnante Johanne. *Edited by* Thomas Duffus Hardy. 1 Vol royal 8vo. (1844). 6*s*.

The Great Rolls of the Pipe, 2, 4, Hen. II., 1155-1158. *Edited by* the Rev. Joseph Hunter. 1 Vol. royal 8vo. (1844). 4*s*. 6*d*.

The Great Roll of the Pipe, 1 Ric. I., 1189-1190. *Edited by* the Rev. Joseph Hunter. 1 Vol. royal 8vo. (1844). 6*s*.

Documents Illustrative of English History in the 13th and 14th centuries, from the Records of the Queen's Remembrancer in the Exchequer. *Edited by* Henry Cole. 1 Vol. fcp. folio (1844). 45*s*. 6*d*.

Modus Tenendi Parliamentum. An Ancient Treatise on the Mode of holding the Parliament in England. *Edited by* Thomas Duffus Hardy. 1 Vol. 8vo. (1846). 2*s*. 6*d*.

Registrum Magni Sigilli Reg. Scot. in Archivis Publicis asservatum. Vol. 1, 1306-1424. (*For continuation see page* 33.) *Edited by* Thomas Thomson. Folio (1814). 10*s*. 6*d*.

Acts of the Parliaments of Scotland. Folio (1814-1875). *Edited by* Thomas Thomson and Cosmo Innes. Vol. 1, 42*s*. Vols. 5 and 6 (in three Parts), 21*s*. each Part; Vols. 7, 8, 9, 10, and 11, 10*s*. 6*d*. each; Vol. 12 (Index), 63s. Or, 12 Vols. in 13, 12*l*. 12*s*.

Acts of the Lords Auditors of Causes and Complaints (Acta Dominorum Auditorum). 1466-1494. *Edited by* Thomas Thomson. Folio (1839). 10*s*. 6*d*.

Acts of the Lords of Council in Civil Causes (Acta Dominorum Concilii). 1478-1495. *Edited by* Thomas Thomson. Folio (1839). 10*s*. 6*d*.

Issue Roll of Thomas de Brantingham, Bishop of Exeter, Lord High Treasurer, containing Payments out of the Revenue, 44 Edw. III., 1370. *Edited by* Frederick Devon. 1 Vol. royal 8vo., 25*s*.

Issues of the Exchequer, James I.; from the Pell Records. *Edited by* Frederick Devon, Esq. 1 Vol. 4to. (1836), 30*s*. Or, royal 8vo. 21*s*.

Issues of the Exchequer, Henry III.—Henry VI.; from the Pell Records. *Edited by* Frederick Devon. 1 Vol. royal 8vo., 30*s*.

Handbook to the Public Records. *By* F. S. Thomas, Secretary of the Public Record Office. 1 Vol. royal 8vo., (1853). 12*s*.

Historical Notes relative to the History of England. Henry VIII.—Anne (1509-1714). A Book of Reference for ascertaining the Dates of Events. *By* F. S. Thomas. 3 Vols. 8vo. (1856). 40*s*.

State Papers, during the Reign of Henry the Eighth: with Indices of Persons and Places. 11 Vols. 4to. (1830-1852), 10*s*. 6*d*. each.

Vol. I.—Domestic Correspondence.
Vols. II. & III.—Correspondence relating to Ireland.
Vols. IV. & V.—Correspondence relating to Scotland.
Vols. VI. to XI.—Correspondence between England and Foreign Courts.

REPORTS ON THE UTRECHT PSALTER.

The Athanasian Creed in connexion with the Utrecht Psalter; being a Report to the Right Honourable Lord Romilly, Master of the Rolls, on a Manuscript in the University of Utrecht, by Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Public Records. 1872. 4to. 44pp. 2 facsimiles half bound. *Price* 20*s*.

Further Report on the Utrecht Psalter; in answer to the Eighth Report made to the Trustees of the British Museum, and edited by the Dean of Westminster. By Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Public Records 1874. 4to. 80 pp. half bound. *Price* 10*s*.

WORKS PUBLISHED IN PHOTOZINCOGRAPHY.

DOMESDAY BOOK, or the GREAT SURVEY OF ENGLAND OF WILLIAM THE CONQUEROR, 1086; fac-simile of the Part relating to each county, separately (with a few exceptions of double counties). Photozincographed at the Ordnance Survey Office, Southampton, by Colonel Sir HENRY JAMES, R.E., F.R.S., DIRECTOR-GENERAL of the ORDNANCE SURVEY, under the superintendence of W. BASEVI SANDERS, an Assistant Record Keeper. 35 Parts, imperial quarto and demy quarto (1861-1863), boards.

Domesday Survey is in two parts or volumes. The first, in folio, contains the counties of Bedford, Berks, Bucks, Cambridge, Chester, and Lancaster, Cornwall, Derby, Devon, Dorset, Gloucester, Hants, Hereford, Herts, Huntingdon, Kent, Leicester and Rutland, Lincoln, Middlesex, Northampton, Nottingham, Oxford, Salop, Somerset, Stafford, Surrey, Sussex, Warwick, Wilts, Worcester, and York. The second volume, in quarto, contains the counties of Essex, Norfolk, and Suffolk.

Domesday Book was printed *verbatim et literatim* during the last century, in consequence of an address of the House of Lords to King George III. in 1767. It was not, however, commenced until 1773, and was completed early in 1783. In 1860, Her Majesty's Government, with the concurrence of the Master of the Rolls, determined to apply the art of photozincography in the production of a fac-simile of Domesday Book.

Title.	Price.	Title.	Price.
	£ s. d.		£ s. d.
In Great Domesday Book.		Brought forward	7 17 0
		Middlesex	0 8 0
Bedfordshire	0 8 0	Nottinghamshire	0 10 0
Berkshire	0 8 0	Northamptonshire	0 8 0
Buckingham	0 8 0	Oxfordshire	0 8 0
Cambridge	0 10 0	Rutlandshire (bound with Leicestershire)	—
Cheshire and Lancashire	0 8 0		
Cornwall	0 8 0	Shropshire (*out of print*)	0 8 0
Derbyshire	0 8 0	Somersetshire	0 10 0
Devonshire	0 10 0	Staffordshire	0 8 0
Dorsetshire	0 8 0	Surrey	0 8 0
Gloucestershire (*out of print*)	0 8 0	Sussex	0 10 0
Hampshire	0 10 0	Warwickshire	0 8 0
Herefordshire	0 8 0	Wiltshire	0 10 0
Hertfordshire	0 10 0	Worcestershire	0 8 0
Huntingdonshire	0 8 0	Yorkshire (*out of print*)	1 1 0
Kent (*out of print*)	0 8 0		
Lancashire (*see* Cheshire and Lancashire)	—	*In Little Domesday Book.*	
Leicestershire and Rutlandshire	0 8 0	Norfolk	1 3 0
		Suffolk	1 2 0
Lincolnshire	1 1 0	Essex	0 16 0
Carried forward	7 17 0	Total	£17 3 0

FAC-SIMILES OF NATIONAL MANUSCRIPTS, from WILLIAM THE CONQUEROR to QUEEN ANNE, selected under the direction of the Master of the Rolls and Photozincographed, by Command of Her Majesty, by Colonel Sir HENRY JAMES, R.E., F.R.S., DIRECTOR-GENERAL of the ORDNANCE SURVEY, and edited by W. BASEVI SANDERS, an Assistant Record Keeper. *Price*, each Part, with translations and notes, double foolscap folio, 16*s*.

Part I. (William the Conqueror to Henry VII.). 1865. (*Out of print*)

Part II. (Henry VII. and Edward VI.). 1866.

Part III. (Mary and Elizabeth). 1867.

Part IV. (James I. to Anne). 1868.

The first Part extends from William the Conqueror to Henry VII., and contains autographs of the kings of England, as well as of many other illustrious personages famous in history, and some interesting charters, letters patent, and state papers. The second Part, for the reigns of Henry VIII. and Edward VI., consists principally of holograph letters, and autographs of kings, princes, statesmen, and other persons of great historical interest, who lived during those reigns. The third Part contains similar documents for the reigns of Mary and Elizabeth, including a signed bill of Lady Jane Grey. The fourth Part concludes the series, and comprises a number of documents taken from the originals belonging to the Constable of the Tower of London; also several records illustrative of the Gunpowder Plot, and a woodcut containing portraits of Mary Queen of Scots and James VI., circulated by their adherents in England, 1580-3.

Fac-similes of Anglo-Saxon Manuscripts. Photozincographed, by Command of Her Majesty, upon the recommendation of the Master of the Rolls, by the Director-General of the Ordnance Survey, Lieut.-General J. Cameron, R.E., C.B., F.R.S., and edited by W. Basevi Sanders, an Assistant Record Keeper. Part I. *Price* 2*l.* 10*s.*

The Anglo-Saxon MSS. represented in this volume form the earlier portions of the collection of archives belonging to the Dean and Chapter of Canterbury, and consist of a series of 25 charters, deeds, and wills, commencing with a record of proceedings at the first Synodal Council of Clovesho in 742, and terminating with the first part of a tripartite chirograph of the sixth year of the reign of Edward the Confessor.

Fac-similes of Anglo-Saxon Manuscripts. Photozincographed, by Command of Her Majesty, upon the recommendation of the Master of the Rolls, by the Director-General of the Ordnance Survey, Major-General A. Cook, R.E., C.B., and collected and edited by W. Basevi Sanders, an Assistant Record Keeper. Part II. *Price* 3*l.* 10*s.* (Also, separately. Edward the Confessor's Charter. *Price* 2*s.*)

The originals of the fac-similes contained in this volume belong to the Deans and Chapters of Westminster, Exeter, Wells, Winchester, and Worcester; the Marquis of Bath, the Earl of Ilchester, Winchester College, Her Majesty's Public Record Office, Bodleian Library, Somersetshire Archæological and National History Society's Museum in Taunton Castle, and William Salt Library at Stafford. They consist of charters and other documents granted by, or during the reigns of, Baldred, Æthelred, Offa, and Burgred, Kings of Mercia; Uhtred of the Huiccas, Caedwalla and Ini of Wessex; Æthelwulf, Eadward the Elder, Æthelstan, Eadmund the First, Eadred, Eadwig, Eadgar, Eadward the Second, Æthelred the Second, Cnut, Eadward the Confessor, and William the Conqueror, embracing altogether a period of nearly four hundred years.

Fac-similes of Anglo-Saxon Manuscripts. Photozincographed, by Command of Her Majesty, upon the recommendation of the Master of the Rolls, by the Director-General of the Ordnance Survey, Colonel R. H. Stotherd, R.E., C.B., and collected and edited by W. Basevi Sanders, an Assistant Record Keeper. Part III. *Price* 6*l.* 6*s.*

This volume contains fac-similes of the Ashburnham Collection of Anglo-Saxon Charters, &c., including King Alfred's Will. The MSS. represented in it range from A.D. 697 to A.D. 1161, being charters, wills, deeds, and reports of Synodal transactions during the reigns of Kings Wihtred of Kent, Offa, Eardwulf, Coenwulf, Cuthred, Beornwulf, Æthelwulf, Ælfred, Eadward the Elder, Eadmund, Eadred, Queen Eadgifu, and Kings Eadgar, Æthelred the Second, Cnut, Henry the First, and Henry the Second. In addition to these are two belonging to the Marquis of Anglesey, one of them being the Foundation Charter of Burton Abbey by Æthelred the Second, with the testament of its great benefactor Wulfric.

HISTORICAL MANUSCRIPTS COMMISSION.

REPORTS OF THE ROYAL COMMISSIONERS APPOINTED TO INQUIRE WHAT PAPERS AND MANUSCRIPTS BELONGING TO PRIVATE FAMILIES AND INSTITUTIONS ARE EXTANT WHICH WOULD BE OF UTILITY IN THE ILLUSTRATION OF HISTORY, CONSTITUTIONAL LAW, SCIENCE, AND GENERAL LITERATURE.

Date.	——	Size.	Sessional Paper.	Price.
				s. d.
1870 (Re-printed 1874.)	FIRST REPORT, WITH APPENDIX - - Contents :- - ENGLAND. House of Lords; Cambridge Colleges; Abingdon and other Corporations, &c. SCOTLAND. Advocates' Library, Glasgow Corporation, &c. IRELAND. Dublin, Cork, and other Corporations, &c.	f'cap	[C. 55]	1 6
1871	SECOND REPORT WITH APPENDIX AND INDEX TO THE FIRST AND SECOND REPORTS - - - - - Contents :— ENGLAND. House of Lords; Cambridge Colleges; Oxford Colleges; Monastery of Dominican Friars at Woodchester, Duke of Bedford, Earl Spencer, &c. SCOTLAND. Aberdeen and St. Andrew's Universities, &c. IRELAND. Marquis of Ormonde; Dr. Lyons, &c.	,,	[C. 441]	3 10
1872 (Re-printed 1895.)	THIRD REPORT WITH APPENDIX AND INDEX - - - - - - Contents: ENGLAND. House of Lords; Cambridge Colleges; Stonyhurst College; Bridgwater and other Corporations; Duke of Northumberland, Marquis of Lansdowne, Marquis of Bath, &c. SCOTLAND. University of Glasgow: Duke of Montrose, &c. IRELAND. Marquis of Ormonde; Black Book of Limerick, &c.	,,	[C. 673]	6 0
1873	FOURTH REPORT, WITH APPENDIX. PART I. - - - - - Contents :— ENGLAND. House of Lords. Westminster Abbey; Cambridge and Oxford Colleges; Cinque Ports, Hythe, and other Corporations, Marquis of Bath, Earl of Denbigh, &c. SCOTLAND. Duke of Argyll, &c. IRELAND. Trinity College, Dublin; Marquis of Ormonde.	,,	[C. 857]	6 8

Date.	——	Size.	Sessional Paper.	Price.
				s. d.
1873	Fourth Report. Part II. Index - -	f'cap	[C. 857 i.]	2 6
1876	Fifth Report, with Appendix. Part I. - Contents :— England. House of Lords ; Oxford and Cambridge Colleges ; Dean and Chapter of Canterbury ; Rye, Lydd, and other Corporations. Duke of Sutherland, Marquis of Lansdowne, Reginald Cholmondeley, Esq., &c. Scotland. Earl of Aberdeen, &c.	,,	[C.1432]	7 0
,,	Ditto. Part II. Index - - -	,,	[C.1432 i.]	3 6
1877	Sixth Report, with Appendix. Part I. - Contents :— England. House of Lords : Oxford and Cambridge Colleges ; Lambeth Palace ; Black Book of the Archdeacon of Canterbury ; Bridport, Wallingford, and other Corporations ; Lord Leconfield, Sir Reginald Graham, Sir Henry Ingilby, &c. Scotland. Duke of Argyll, Earl of Moray, &c. Ireland. Marquis of Ormonde.	,,	[C.1745]	8 6
(Re-printed 1893.)	Ditto. Part II. Index - - -	,,	[C.2102]	1 10
1879 (Re-printed 1895.)	Seventh Report, with Appendix. Part I. Contents :— House of Lords ; County of Somerset ; Earl of Egmont, Sir Frederick Graham, Sir Harry Verney, &c.	,,	[C.2340]	7 6
(Re-printed 1895.)	Ditto. Part II. Appendix and Index - Contents :— Duke of Athole, Marquis of Ormonde, S. F. Livingstone, Esq., &c.	,,	[C. 2340 i.]	3 6
1881	Eighth Report, with Appendix and Index. Part I. Contents. List of collections examined, 1869-1880. England. House of Lords ; Duke of Marlborough ; Magdalen College, Oxford ; Royal College of Physicians ; Queen Anne's Bounty Office ; Corporations of Chester, Leicester, &c. Ireland. Marquis of Ormonde, Lord Emly, The O'Conor Don, Trinity College, Dublin, &c.	,,	[C.3040]	[*Out of print.*]
1881	Ditto. Part II. Appendix and Index - Contents :— Duke of Manchester.	,,	[C. 3040 i.]	[*Out of print.*]
1881	Ditto. Part III. Appendix and Index Contents :— Earl of Ashburnham.	,,	[C. 3040 ii.]	[*Out of print.*]

Date.	——	Size.	Sessional Paper.	Price.
				s. d.
1883 (Re-printed 1895.)	NINTH REPORT, WITH APPENDIX AND INDEX. PART I. - - - - - - Contents :— St. Paul's and Canterbury Cathedrals; Eton College; Carlisle, Yarmouth, Canterbury, and Barnstaple Corporations, &c.	f'cap	[C.3773]	5 2
1884 (Re-printed 1895.)	DITTO. PART II. APPENDIX AND INDEX - Contents :— ENGLAND. House of Lords. Earl of Leicester; C. Pole Gell, Alfred Morrison, Esqs., &c. SCOTLAND. Lord Elphinstone, H. C. Maxwell Stuart, Esq., &c. IRELAND. Duke of Leinster, Marquis of Drogheda, &c.	,,	[C.3773 i.]	6 3
1884	DITTO. PART III. APPENDIX AND INDEX - - - - - - Contents :— Mrs. Stopford Sackville.	,,	[C.3773 ii.]	[*Out of Print.*]
1883 (Re-printed 1895.)	CALENDAR OF THE MANUSCRIPTS OF THE MARQUIS OF SALISBURY, K.G. (or CECIL MSS.). PART I. - - - -	8vo.	[C.3777]	3 5
1888	DITTO. PART II. - - -	,,	[C.5463]	3 5
1889	DITTO. PART III. - - -	,,	[C.5889 v.]	2 1
1892	DITTO. PART IV. - - -	,,	[C.6823]	2 11
1894	DITTO. PART V. - - -	,,	[C.7574]	2 6
1896	DITTO. PART VI. - - -	,,	[C.7884]	2 8
1899	DITTO. PART VII. - - -	,,	[C.9246]	2 8
1899	DITTO. PART VIII. - -	,,	[C.9467]	2 8
1885	TENTH REPORT - - - - - This is introductory to the following :—	,,	[C.4548]	[*Out of Print.*]
1885 (Re-printed 1895.)	(1.) APPENDIX AND INDEX - - - - Earl of Eglinton, Sir J. S. Maxwell, Bart., and C. S. H. D. Moray, C. F. Weston Underwood, G. W. Digby, Esqs.	,,	[C.4575]	3 7
1885	(2.) APPENDIX AND INDEX - - - - The Family of Gawdy.	,,	[C.4576 iii.]	1 4
1885	(3.) APPENDIX AND INDEX - - - - Wells Cathedral.	,,	[C.4576 ii.]	[*Out of Print.*]
1885	(4.) APPENDIX AND INDEX - - - Earl of Westmorland; Capt. Stewart; Lord Stafford; Sir N. W. Throckmorton; Sir P. T. Mainwaring, Lord Muncaster, M.P., Capt. J. F. Bagot, Earl of Kilmorey, Earl of Powis, and others, the Corporations of Kendal, Wenlock, Bridgnorth, Eye, Plymouth, and the County of Essex; and Stonyhurst College.	,,	[C.4576]	[*Out of Print.*]
1885 (Re-printed 1895.)	(5.) APPENDIX AND INDEX - - - The Marquis of Ormonde, Earl of Fingall, Corporations of Galway, Waterford, the Sees of Dublin and Ossory, the Jesuits in Ireland.	,,	[4576 i.]	2 10

Date.	——	Size.	Sessional Paper.	Price.
				s. d.
1887	(6.) Appendix and Index - - - Marquis of Abergavenny, Lord Braye, G. F. Luttrell, P. P. Bouverie, W. Bromley Davenport, R. T. Balfour, Esquires.	8vo.	[C.5242]	1 7
1887	Eleventh Report - - - - This is introductory to the following :—	..	[C.5060 vi.]	0 3
1887	(1.) Appendix and Index - - - H. D. Skrine, Esq., Salvetti Correspondence.	..	[C.5060]	1 1
1887	(2.) Appendix and Index - - - House of Lords. 1678-1688.	,,	[C.5060 i.]	2 0
1887	(3.) Appendix and Index - - Corporations of Southampton and Lynn.	,,	[C.5060 ii.]	1 8
1887	(4.) Appendix and Index - - - Marquess Townshend.	..	[C.5060 iii.]	2 6
1887	(5.) Appendix and Index - - - Earl of Dartmouth.	,,	[C.5060 iv.]	2 8
1887	(6.) Appendix and Index - - - Duke of Hamilton.	..	[C.5060 v.]	1 6
1888	(7.) Appendix and Index - - - Duke of Leeds, Marchioness of Waterford, Lord Hothfield, &c.; Bridgwater Trust Office, Reading Corporation, Inner Temple Library.	,,	[C.5612]	2 0
1890	Twelfth Report - - - - This is introductory to the following :	,,	[C.5889]	0 3
1888	(1.) Appendix - - - Earl Cowper, K.G. (Coke MSS., at Melbourne Hall, Derby). Vol. I.	,,	[C.5472]	2 7
1888	(2.) Appendix - - Ditto. Vol. II	,,	[C.5613]	2 5
1889	(3.) Appendix and Index - - Ditto. Vol. III.	,,	[C.5889 i.]	1 4
1888	(4.) Appendix - The Duke of Rutland, G.C.B. Vol. I.	..	[C.5614]	3 2
1891	(5.) Appendix and Index - Ditto. Vol. II.	,,	[C.5889 ii.]	2 0
1889	(6.) Appendix and Index - - House of Lords, 1689-1690.	,,	[C.5889 iii.]	2 1
1890	(7.) Appendix and Index - S. H. le Fleming, Esq., of Rydal.	..	[C.5889 iv.]	1 11
1891	(8.) Appendix and Index The Duke of Athole, K.T., and the Earl of Home.	,,	[C.6338]	1 0
1891	(9.) Appendix and Index The Duke of Beaufort, K.G., the Earl of Donoughmore, J. H. Gurney, W. W. B. Hulton, R. W. Ketton, G. A. Aitken, P. V. Smith, Esq., Bishop of Ely; Cathedrals of Ely, Gloucester, Lincoln, and Peterborough, Corporations of Gloucester, Higham Ferrers, and Newark; Southwell Minster; Lincoln District Registry.		[C.6338 i.]	2 6

Date.	——	Size.	Sessional Paper.	Price.
				s. d.
1891	(10.) Appendix - - - - - - - The First Earl of Charlemont. Vol. I. 1745-1783.	8vo.	[C. 6338 ii.]	1 11
1892	Thirteenth Report - - - - - - This is introductory to the following:—	,,	[C.6827]	0 3
1891	(1.) Appendix - - - - - - - The Duke of Portland. Vol. I.	,,	[C.6474]	3 0
	(2.) Appendix and Index. Ditto. Vol. II. - - - - - -	,,	[C. 6827 i.]	2 0
1892	(3.) Appendix. J. B. Fortescue, Esq., of Dropmore. Vol. I. - - - - - - -	,,	[C.6660]	2 7
1892	(4.) Appendix and Index - - - - Corporations of Rye, Hastings, and Hereford. Capt. F. C. Loder-Symonds, E. R. Wodehouse, M.P., J. Dovaston, Esqs., Sir T. B. Lennard, Bart., Rev. W. D. Macray, and Earl of Dartmouth (Supplementary Report).	,,	[C.6810]	2 4
1892	(5.) Appendix and Index. House of Lords, 1690-1691 - - -	,,	[C.6822]	2 4
1893	(6.) Appendix and Index. Sir W. Fitzherbert, Bart. The Delaval Family, of Seaton Delaval; The Earl of Ancaster; and General Lyttelton-Annesley.	,,	[C.7166]	1 4
1893	(7.) Appendix and Index. The Earl of Lonsdale - - - -	,,	[C.7241]	1 3
1893	(8.) Appendix and Index. The First Earl of Charlemont. Vol. II. 1784-1799.	,,	[C.7424]	1 11
1896	Fourteenth Report - - - - This is introductory to the following :—	,,	[C.7983]	0 3
1894	(1.) Appendix and Index. The Duke of Rutland, G.C.B. Vol. III.	,,	[C.7476]	1 11
1894	(2.) Appendix. The Duke of Portland. Vol. III. -	,,	[C.7569]	2 8
1894	(3.) Appendix and Index. The Duke of Roxburghe; Sir H. H. Campbell, Bart.; The Earl of Strathmore; and the Countess Dowager of Seafield.	,,	[C.7570]	1 2
1894	(4.) Appendix and Index. Lord Kenyon - - - - -	,,	[C.7571]	2 10
1896	(5.) Appendix. J. B. Fortescue, Esq., of Dropmore. Vol. II.	,,	[C.7572]	2 8
1895	(6.) Appendix and Index. House of Lords, 1692-1693 - - -	,,	[C.7573]	1 11
	(Manuscripts of the House of Lords, 1693-1695, Vol. I. (New Series) See H.L. No. 5 of 1900. Price 2/9).			
1895	(7.) Appendix. The Marquis of Ormonde - - -	,,	[C.7678]	1 10

Date.	—	Size.	Sessional Paper.	Price.
				s. *d.*
1895	(8.) APPENDIX AND INDEX. Lincoln, Bury St. Edmunds, Hertford, and Great Grimsby Corporations; The Dean and Chapter of Worcester, and of Lichfield; The Bishop's Registry of Worcester.	8vo.	[C.7881]	1 5
1896	(9.) APPENDIX AND INDEX. Earl of Buckinghamshire; Earl of Lindsey; Earl of Onslow; Lord Emly; T. J. Hare, Esq.; and J. Round, Esq., M.P.	,,	[C.7882]	2 6
1895	(10.) APPENDIX AND INDEX. The Earl of Dartmouth. Vol. II. American Papers.	,,	[C.7883]	2 9
1899	FIFTEENTH REPORT - - - - - - This is introductory to the following:—	,,	[C.9295]	0 4
1896	(1.) APPENDIX AND INDEX. The Earl of Dartmouth. Vol. III. -	,,	[C.8156]	1 5
1897	(2.) APPENDIX. J. Eliot Hodgkin, Esq., of Richmond, Surrey.	,,	[C.8327]	1 8
1897	(3.) APPENDIX AND INDEX. Charles Haliday, Esq., of Dublin; Acts of the Privy Council in Ireland, 1556-1571; Sir William Ussher's Table to the Council Book; Table to the Red Council Book.	,,	[C.8364]	1 4
1897	(4.) APPENDIX. The Duke of Portland. Vol. IV. - -	,,	[C.8497]	2 11
1897	(5.) APPENDIX AND INDEX. The Right Hon. F. J. Savile Foljambe -	,,	[C.8550]	0 10
1897	(6.) APPENDIX AND INDEX. The Earl of Carlisle, Castle Howard -	,,	[C.8551]	3 6
1897	(7.) APPENDIX AND INDEX. The Duke of Somerset; The Marquis of Ailesbury; and Sir F.G. Puleston, Bart.	,,	[C.8552]	1 9
1897	(8.) APPENDIX AND INDEX. The Duke of Buccleuch and Queensberry, at Drumlanrig.	,,	[C.8553]	1 4
1897	(9.) APPENDIX AND INDEX. J. J. Hope Johnstone, Esq., of Annandale	,,	[C.8554]	1 0
1899	(10.) Shrewsbury and Coventry Corporations; Sir H. O. Corbet, Bart., Earl of Radnor, P.T. Tillard; J. R. Carr Ellison; Andrew Kingsmill, Esqrs.	,,	[C.9172]	1 0

Date.	——	Size.	Sessional Paper.	Price.
1898	MANUSCRIPTS IN THE WELSH LANGUAGE. Vol. I.—Lord Mostyn, at Mostyn Hall, co. Flint.	8vo.	[C.8829]	s. d. 1 4
1899	Vol. I. Part II.—W. R. M. Wynne, Esq. of Peniarth.	,,	[C.9468]	2 11
1899	Manuscripts of the Duke of Buccleuch and Queensberry, K.G., K.T., preserved at Montagu House, Whitehall. Vol. I.	,,	[C.9244]	2 7
1899	Ditto Marquis of Ormonde, K.P., preserved at the Castle, Kilkenny. Vol. II.	,,	[C.9245]	2 0
1899	Ditto the Duke of Portland, K.G. Vol. V. -	,,	[C.9466]	2 9
1899	Ditto J. M. Heathcote, Esq. of Conington Castle.	,,	[C.9469]	1 3
1899	Ditto J. B. Fortescue, Esq. of Dropmore Vol. III.	,,	[C.9470]	3 1
1899	Ditto F. W. Leyborne-Popham, Esq. of Littlecote.	,,	[C.9471]	1 6
1900	Ditto Mrs. Frankland-Russell-Astley, of Chequers Court, Bucks.	,,	[Cd.282]	2 0
1900	Ditto Lord Montagu of Beaulieu, Hants -	,,	[Cd.283]	1 1
1900	Ditto Beverley Corporation - - -	,,	[Cd.284]	1 0
1901	Ditto the Duke of Portland, K.G. Vol. VI., with Index to Vols. III.-VI.	,,	[Cd.676]	1 9
1901	Ditto. Vol. VII. - -	,,	[Cd.783]	2 3
1901	Ditto Various Collections. Vol. I. - Corporations of Berwick-on-Tweed, Burford and Lostwithiel; the Counties of Wilts and Worcester; the Bishop of Chichester; and the Dean and Chapters of Chichester, Canterbury and Salisbury.	,,	[Cd.784]	2 0
	Ditto Calendar of the Stuart Manuscripts at Windsor Castle, belonging to His Majesty the King.	,,	[Cd.927]	[*In the Press.*]
	Ditto Marquess of Salisbury, K.G. Part IX.	,,	[Cd.928]	*ditto.*
	Ditto Marquess of Ormonde, K.P. Vol. I. -	,,	[Cd.929]	*ditto.*
	Ditto the Duke of Buccleuch K.G., K.T. Vol. II.	,,	[Cd.930]	*ditto*
	Ditto Colonel David Milne-Home of Wedderburn Castle, N.B.	,,	[Cd.931]	*ditto.*
	Ditto Various Collections. Vol. II. - Sir Geo. Wombwell, the Duke of Norfolk, Lord Edmund Talbot (the Shrewsbury papers), Lady Buxton and others.	,,	[Cd.932]	*ditto.*

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPER OF THE PUBLIC RECORDS.

REPORTS NOS. 1-22, IN FOLIO, PUBLISHED BETWEEN 1840 AND 1861, ARE NO LONGER ON SALE. SUBSEQUENT REPORTS ARE IN OCTAVO.

Date.	Number of Report.	Chief Contents.	Sessional No.	Price.
				s *d.*
1862	23	Proceedings - - - - - - - -	[C.2970]	0 4
1863	24	Ditto - - - - - - - - -	[C.3142]	[*Out of print.*]
1864	25	Calendar of Crown Leases, 33-38 Hen. VIII.—Calendar of Bills and Answers, &c., Hen. VIII.—Ph. & Mary, for Cheshire and Flintshire.—List of Lords High Treasurers and Chief Commissioners of the Treasury, from Hen. VII.	[C.3318]	[*Out of print.*]
1865	26	List of Plans annexed to Inclosure Awards, 31 Geo. II.-7 Will. IV.—Calendar of Privy Seals, &c., for Cheshire and Flintshire, Hen. VI.-Eliz.—Calendar of Writs of General Livery, &c., for Cheshire, Eliz.-Charles I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Hen. III. and Edw. I.	[C.3492]	[*Out of print.*]
1866	27	List of Awards of Inclosure Commissioners.—References to Charters in the Cartæ Antiquæ and the Confirmation Rolls of Chancery, Ethelbert of Kent-James I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Edw. II.	[C.3717]	[*Out of print.*]
1867	28	Calendar of Fines, Cheshire and Flintshire, Edw. I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Edw. III. Table of Law Terms, from the Norman Conquest to 1 Will. IV.	[C.3839]	[*Out of print.*]
1868	29	Calendar of Royal Charters.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Richard II.-Henry VII.—Durham Records, Letter and Report.	[C.4012]	[*Out of print.*]
1869	30	Duchy of Lancaster, Records, Inventory.—Durham Records, Inventory.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Hen. VIII.—Calendar of Decrees of Court of General Surveyors, 34-38 Hen. VIII.—Calendar of Royal Charters.—State Paper Office, Calendar of Documents relating to the History of, to 1800.—Tower of London, Index to Documents in custody of the Constable of.—Calendar of Dockets, &c., for Privy Seals, 1634-1711.—Report of the Commissioners on Carte Papers.—Venetian Ciphers.	[C.4165]	[*Out of print.*]

Date.	Number of Report.	Chief Contents.	Sessional No.	Price.
				s. d.
1870	31	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Royal Charters.—Durham Records, Calendar of Chancery Enrolments; Cursitor's Records.—List of Officers of Palatinate of Chester, in Cheshire and Flintshire, and North Wales.—List of Sheriffs of England, 13 Hen I. to 4 Edw. III.	[C.187.]	[*Out of print.*]
1871	32	Part I.—Report of the Commissioners on Carte Papers.—Calendarium Genealogicum, 1 & 2 Edw. II.—Durham Records, Calendar of Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Duchy of Lancaster Records, Calendar of Rolls of the Chancery of the County Palatine.	[C.374.]	[*Out of print.*]
1871	—	Part II.—Charities; Calendar of Trust Deeds enrolled on the Close Rolls of Chancery, subsequent to 9 Geo. II.	[C.374 i.]	[*Out of print.*]
1872	33	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Rolls of the Chancery of the County Palatine.—Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Report on the Shaftesbury Papers. Venetian Transcripts.—Greek Copies of the Athanasian Creed.	[C.620]	[*Out of print.*]
1873	34	Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.	[C.728]	1 9
1874	35	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Ancient Charters or Grants.—Palatinate of Lancaster; Inventory and Lists of Documents transferred to the Public Record Office.—Durham Records, Calendar of Cursitor's Records.—Chancery Enrolments.—Second Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.	[C.1043]	[*Out of print.*]
1875	6	Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Duchy of Lancaster Records; Calendar of Ancient Charters or Grants.—Report upon Documents in French Archives relating to British History.—Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester, to end of reign of Hen. IV.	[C.1301]	[*Out of print.*]
1876	37	Part I.—Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Duchy of Lancaster Records, Calendar of Ancient Rolls of the Chancery of the County Palatine.—List of French Ambassadors, &c. in England, 1509-1714.	[C.1544]	[*Out of print.*]

Date.	Number of Report.	Chief Contents.	Sessional No.	Price.
				s. d.
1876	—	Part II.—Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester; Hen. V.—Hen. VII.	[C.1544 i.]	[*Out of print.*]
1877	38	Exchequer Records, Catalogue of Special Commissions, 1 Eliz. to 10 Vict., Calendar of Depositions taken by Commission, 1 Eliz. to end of James I.—List of Representative Peers for Scotland and Ireland.	[C.1747]	[*Out of print.*]
1878	39	Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester, 1 Hen. VIII.—11 Geo. IV.—Exchequer Records, Calendar of Depositions taken by Commission, Charles I.—Duchy of Lancaster Records; Calendar of Lancashire Inquisitions post Mortem, &c.—Third Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.—List of Despatches of French Ambassadors to England 1509-1714.	[C.2123]	[*Out of print.*]
1879	40	Calendar of Depositions taken by Commission, Commonwealth—James II.—Miscellaneous Records of Queen's Remembrancer in the Exchequer.—Durham Records, Calendar of the Cursitors' Records, Chancery Enrolments.—Calendar of Duchy of Lancaster Patent Rolls, 5 Ric. II.–21 Hen. VII.	[C.2377]	[*Out of print.*]
1880	41	Calendar of Depositions taken by Commission, William and Mary to George I.—Calendar of Norman Rolls, Hen. V., Part I.—List of Calendars, Indexes, &c., in the Public Record Office on 31st December, 1879.	[C.2658]	4 8
1881	42	Calendar of Depositions taken by Commission, George II.—Calendar of Norman Rolls, Hen. V., Part II. and Glossary.—Calendar of Patent Rolls, 1 Edw. I. Transcripts from Paris.	[C.2972]	4 0
1882	43	Calendar of Privy Seals, &c., 1-7 Charles I.—Duchy of Lancaster Records, Inventory of Court Rolls, Hen. III.—Geo. IV. Calendar of Privy Seals, Ric. II.—Calendar of Patent Rolls, 2 Edw. I.—Fourth Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.—Transcripts from Paris.—Report on Libraries in Sweden.—Report on Papers relating to English History in the State Archives, Stockholm.—Report on Canadian Archives.	[C.3425]	3 10
1883	44	Calendar of Patent Rolls, 3 Edw. I.—Durham Records, Cursitors' Records, Inquisitions post Mortem, &c.—Calendar of French Rolls, 1-10 Hen. V.—Report from Venice.—Transcripts from Paris.—Report from Rome.	[C.3771]	3 6

Date.	Number of Report.	Chief Contents.	Sessional No.	Price.
				s. d.
1884	45	Duchy of Lancaster Records, Inventory of Ministers' and Receivers' Accounts, Edw. I.—Geo. III. Durham Records, Cursitors' Records, Inquisitions post Mortem, &c.—Calendar of Diplomatic Documents.—Transcripts from Paris.—Reports from Rome and Stockholm.—Report on Archives of Denmark, &c.—Transcripts from Venice.—Calendar of Patent Rolls, 4 Edw. I.	[C.4425]	4 3
1885	46	Presentations to Offices on the Patent Rolls, Charles II.—Transcripts from Paris. Reports from Rome.—Second Report on Archives of Denmark, &c.—Calendar of Patent Rolls, 5 Edw. I.—Catalogue of Venetian Manuscripts bequeathed by Mr. Rawdon Brown to the Public Record Office.	[C.4746]	2 10
1886	47	Transcripts from Paris—Third Report on Archives of Denmark, &c.—List of Creations of Peers and Baronets, 1483-1646.—Calendar of Patent Rolls, 6 Edw. I.	[C.4888]	2 2
1887	48	Calendar of Patent Rolls, 7 Edw. I.—Calendar of French Rolls, Henry VI.—Calendar of Privy Seals, &c., 8-11 Charles I.—Calendar of Diplomatic Documents.—Schedules of Valueless Documents.	[C.5234]	3 6
1888	49	Calendar of Patent Rolls, 8 Edw. I.—Index to Leases and Pensions (Augmentation Office).—Calendar of Star Chamber Proceedings.	[C.5596]	3 3
1889	50	Calendar of Patent Rolls, 9 Edw. I. -	[C.5847]	1 2
1890	51	Proceedings - - - -	[C.6108]	0 2
1891	52	Ditto - - - -	[C.6528]	0 1½
1892	53	Ditto - - - - - - -	[C.6804]	0 2½
1893	54	Ditto - - - - - - -	[C.7079]	0 1½
1894	55	Ditto - - - - - -	[C.7444]	0 1½
1895	56	Ditto - - - - - - -	[C.7841]	0 1½
1896	57	Ditto. Account of the Rolls Chapel with eight plates of the Chapel.	[C.8271]	1 0
1897	58	Ditto - - - - - - -	[C.8543]	0 1½
1898	59	Ditto - - - - - - -	[C.8906]	0 1
1899	60	Ditto - - - - - - -	[C.9366]	0 1
1900	61	Ditto - - - - - - -	[Cd.245]	0 1
1901	62	Ditto - - - - - - -	[Cd.617]	0 1
		Indexes to Printed Reports, viz.:—		
		Reports 1-22 (1840-1861) - - - -	—	4 0
		,, 23-39 (1862-1878) - - - -	—	2 0

SCOTLAND.

CATALOGUE OF SCOTTISH RECORD PUBLICATIONS.

PUBLISHED UNDER THE DIRECTION OF

THE LORD CLERK REGISTER OF SCOTLAND.

[OTHER WORKS RELATING TO SCOTLAND WILL BE FOUND AMONG THE PUBLICATIONS OF THE RECORD COMMISSIONERS, *see* pp. 21-22.]

1. CHRONICLES OF THE PICTS AND SCOTS, AND OTHER EARLY MEMORIALS OF SCOTTISH HISTORY. Royal 8vo., half bound (1867). *Edited by* WILLIAM F. SKENE, LL.D. (*Out of Print.*)
2. LEDGER OF ANDREW HALYBURTON, CONSERVATOR OF THE PRIVILEGES OF THE SCOTCH NATION IN THE NETHERLANDS (1492-1503); TOGETHER WITH THE BOOKS OF CUSTOMS AND VALUATION OF MERCHANDISES IN SCOTLAND. *Edited by* COSMO INNES. Royal 8vo., half bound (1867). *Price* 10*s*.
3. DOCUMENTS ILLUSTRATIVE OF THE HISTORY OF SCOTLAND FROM THE DEATH OF KING ALEXANDER THE THIRD TO THE ACCESSION OF ROBERT BRUCE, from original and authentic copies in London, Paris, Brussels, Lille, and Ghent. In 2 Vols. royal 8vo., half bound (1870). *Edited by* the Rev. JOSEPH STEVENSON. (*Out of Print.*)
4. ACCOUNTS OF THE LORD HIGH TREASURER OF SCOTLAND. Vol. I., A.D. 1473-1498. *Edited by* THOMAS DICKSON. 1877. *Price* 10*s*. (*Out of Print.*) Vol. II., A.D. 1500-1504. *Edited by* SIR J. B. PAUL. 1900. *Price* 10*s*. Vol. III. A.D. 1506-1507. *Edited by* SIR J. B. PAUL. *Price* 10*s*.
5. REGISTER OF THE PRIVY COUNCIL OF SCOTLAND. *Edited and arranged by* J. H. BURTON, LL.D. Vol. I., 1545-1569. Vol. II., 1569-1578. Vol. III., A.D. 1578-1585. Vol. IV., A.D., 1585-1592. Vol. V., 1592-1599. Vol. VI., 1599-1604. Vol. VII., 1604-1607. Vol. VIII., 1607-1610. Vol. IX., 1610-1613. Vol. X., 1613-1616. Vol. XI., 1616-1619. Vol. XII., 1619-1622. Vol. XIII., 1622-1625. Vol. XIV., Addenda, 1545-1625. *Edited by* DAVID MASSON, LL.D., 1877-1895. *Price* 15*s*. *each*. Ditto, Second Series. Vol. I., 1625-1627. Vol. II., 1627-1628. Vol. III., 1629-1630. *Edited by* D. MASSON, LL.D. *Price* 15*s*.
6. ROTULI SCACCARII REGUM SCOTORUM. THE EXCHEQUER ROLLS OF SCOTLAND. Vol. I., A.D. 1264-1359. Vol. II., A.D. 1359-1379. 1880. Vol. III., A.D. 1379-1406. Vol. IV., A.D. 1406-1436. Vol. V., A.D. 1437-1454. Vol. VI., 1455-1460. Vol. VII., 1460-1469. Vol. VIII., A.D. 1470-1479. Vol. IX., 1480-1487. Addenda, 1437-1487. Vol. X., 1488-1496. Vol. XI., 1497-1501. Vol. XII., 1502-1507. Vol. XIII., 1508-1513. Vol. XIV., 1513-1522. Vol. XV., 1523-1529. Vol. XVI., 1529-1536. Vol. XVII., 1537-1542. Vol. XVIII., 1543-1556. Vol. XIX., 1557-1567. Vol. XX., 1568-1579. Vol. XXI., 1580-1588. *Edited by* JOHN STUART, LL.D. (Vol. I.); GEORGE BURNETT (Vols. II. to XII.); GEORGE BURNETT and Æ. J. G. Mackay (Vols. XIII. to XX.); and G. P. McNeil (Vols. XV. to XXI.) 1878-1898. *Price* 10*s*. *each*.
7. CALENDAR OF DOCUMENTS RELATING TO SCOTLAND, preserved in the Public Record Office. *Edited by* JOSEPH BAIN. Vol. I. (1881) Vol. II., 1272-1307 (1884). Vol. III., 1307-1357 (1887). Vol. IV., 1357-1509 (1888). *Price* 15*s*. *each*.
8. REGISTER OF THE GREAT SEAL OF SCOTLAND. Vol. I., A.D. 1306-1424 (*see p.* 21). Vol. II., A.D. 1424-1513. Vol. III., A.D. 1513-1546. Vol. IV., A.D. 1546-1580. Vol. V., A.D. 1580-1593. Vol. VI., A.D. 1593-1609. Vol. VII., A.D. 1609-1620. Vol VIII., A.D. 1620-1623. Vol. IX., A.D. 1634-1651. *Edited by* JAMES BALFOUR PAUL and J. M. THOMSON, 1882-1894. *Price* 15*s*. *each*.
9. THE HAMILTON PAPERS. Letters and Papers illustrating the Political Relations of England and Scotland in the XVIth century. Formerly in the Possession of the Duke of Hamilton, now in the British Museum. *Edited by* JOSEPH BAIN, F.S.A. Scot. Vol. I., A.D. 1532-1543 (1890). Vol. II., A.D. 1543-1590. *Price* 15*s*. *each*.
10. BORDERS OF ENGLAND AND SCOTLAND. Calendar of. Letters and Papers relating to the Affairs of the. Preserved in Her Majesty's Public Record Office, London. *Edited by* JOSEPH BAIN. Vol. I., A.D. 1560-1594. Vol. II., A.D. 1595-1603. *Price* 15*s*. *each*.
11. STATE PAPERS RELATING TO SCOTLAND AND MARY QUEEN OF SCOTS. Calendar of A.D. 1547-1603. Vol. I., 1547-1563. Vol. II., A.D. 1563-1569. *Edited by* JOSEPH BAIN. *Price* 15*s*.

FAC-SIMILES OF THE NATIONAL MSS. OF SCOTLAND. Parts I., II., and III. (*Out of Print.*)

IRELAND.

CATALOGUE OF IRISH RECORD PUBLICATIONS.

1. Calendar of the Patent and Close Rolls of Chancery in Ireland, Henry VIII., Edward VI., Mary and Elizabeth, and for the 1st to the 7th Year of Charles I. *Edited by* James Morrin. Royal 8vo. (1861-3). Vols. I., II., and III. *Price* 11*s. each.*

2. Ancient Laws and Institutes of Ireland.
   Senchus Mor. (1865-1880.) Vols. I., II., III., IV., V., and VI. *Price* 10*s. each.*

3. Abstracts of the Irish Patent Rolls of James I. (*Out of print.*)

4. Annals of Ulster. Otherwise Annals of Senate, a Chronicle of Irish Affairs from A.D. 431-1131, 1155-1541. With a translation and Notes, Vol. I., A.D. 431-1056. Vol. II., A.D. 1057-1131; 1155-1378. Vol. III., A.D. 1379-1541. Vol. IV., Introduction and Index. Half morocco. *Price* 10*s. each.*

5. Chartæ Privilegia et Immunitates, being transcripts of Charters and Privileges to Cities, Towns, Abbeys, and other Bodies Corporate. 18 Henry II. to 18 Richard II. (1171-1395.) Printed by the Irish Record Commission, 1829-1830. Folio, 92pp. Boards (1889). *Price* 5*s.*

Fac-similes of National Manuscripts of Ireland, from the earliest extant specimens to A.D. 1719. *Edited by* John T. Gilbert, F.S.A., M.R.I.A. *Part I. is out of print.* Parts II. and III. *Price* 42*s. each.* Part IV. 1. *Price* 5*l.* 5*s.* Part IV. 2. *Price* 4*l.* 10*s.*

This work forms a comprehensive Palæographic Series for Ireland. It furnishes characteristic specimens of the documents which have come down from each of the classes which, in past ages, formed principal elements in the population of Ireland, or exercised an influence in her affairs. With these reproductions are combined facsimiles of writings connected with eminent personages or transactions of importance in the annals of the country to the early part of the eighteenth century.

The specimens have been reproduced as nearly as possible in accordance with the originals, in dimensions, colouring, and general appearance. Characteristic examples of styles of writing and caligraphic ornamentation are, as far as practicable, associated with subjects of historic and linguistic interest. Descriptions of the various manuscripts are given by the Editor in the Introduction. The contents of the specimens are fully elucidated and printed in the original languages, opposite to the Fac-similes—line for line—without contractions—thus facilitating reference and aiding effectively those interested in palæographic studies.

In the work are also printed in full, for the first time, many original and important historical documents.

Part I. commences with the earliest Irish MSS. extant.

Part II.: From the Twelfth Century to A.D. 1299.

Part III.: From A.D. 1300 to end of reign of Henry VIII.

Part IV. 1: From reign of Edward VI. to that of James I.

In part IV. 2 the work is carried down to the early part of the eighteenth century, with Index to the entire publication.

Account of Fac-similes of National Manuscripts of Ireland. In one Volume 8vo., with Index. *Price* 10*s.* Parts I. and II. together. *Price* 2*s.* 6*d.* Part II. *Price* 1*s.* 6*d.* Part III. *Price* 1*s.* Part IV. 1. *Price* 2*s.* Part IV. 2. *Price* 2*s.* 6*d.*

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPER OF THE PUBLIC RECORDS, IRELAND.

Date.	Number of Report.	Chief Contents of Appendices.	Sessional No.	Price.
				s. d.
1869	1	Contents of the principal Record Repositories of Ireland in 1864.—Notices of Records transferred from Chancery Offices.—Irish State Papers presented by Philadelphia Library Company.	[C.4157]	[Out of print.]
1870	2	Notices of Records transferred from Chancery, Queen's Bench, and Exchequer Offices.—Index to Original Deeds received from Master Litton's Office.	[C.137]	[Out of print.]
1871	3	Notices of Records transferred from Queen's Bench, Common Pleas, and Exchequer Offices.—Report on J. F. Furguson's MSS.—Exchequer Indices, &c.	[C.329]	[Out of print.]
1872	4	Records of Probate Registries - - -	[C.515]	[Out of print.]
1873	5	Notices of Records from Queen's Bench Calendar of Fines and Recoveries of the Palatinate of Tipperary, 1664-1715.—Index to Reports to date.	[C.760]	0 8
1874	6	Notices of Records transferred from Chancery, Queen's Bench, and Common Pleas Offices.—Report respecting "Facsimiles of National MSS. of Ireland."—List of Chancery Pleadings (1662-1690) and Calendar to Chancery Rolls (1662-1713) of Palatinate of Tipperary.	[C.963]	[Out of print.]
1875	7	Notices of Records from Exchequer and Admiralty Offices.—Calendar and Index to Fiants of Henry VIII.	[C.1175]	[Out of print.]
1876	8	Calendar and Index to Fiants of Edward VI.	[C.1469]	[Out of print.]
1877	9	Index to the Liber Munerum Publicorum Hiberniae.—Calendar and Index to Fiants of Philip and Mary.	[C.1702]	[Out of print.]
1878	10	Index to Deputy Keeper's 6th, 7th, 8th, 9th, and 10th Reports.	[C.2034]	[Out of print.]
1879	11	Calendar to Fiants of Elizabeth (1558-1570).	[C.2311]	[Out of print.]
1880	12	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1570-1576).	[C.2583]	[Out of print.]
1881	13	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1576-1583).	[C.2929]	1 5
1882	14	Report of Keeper of State Papers containing Catalogue of Commonwealth Books transferred from Bermingham Tower.	[C.3215]	0 6½
1883	15	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1583-1586).—Index to Deputy Keeper's 11th, 12th, 13th, 14th, and 15th Reports.	[illegible]	1 0
1884	16	Calendar to Fiants of Elizabeth continued (1586-1595).	[illegible]	1 6
1885	17	Report on Iron Chest of Attainders following after 1641 and 1688.—Queen's Bench Calendar to Fiants of Elizabeth continued (1596-1601).	[illegible]	1 6

Date.	Number of Report.	Chief Contents of Appendices.	Sessional No.	Price.
				s. d.
1886	18	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1601-1603).—Memorandum on Statements (1702) and Declarons (1713-14) of Huguenot Pensioners.	[C.4755]	1 1
1887	19	Notice of Records of Incumbered and Landed Estates Courts.—Report of Keeper of State Papers, containing Table of Abstracts of Decrees of Innocence (1663), with Index.	[C.5185]	0 6
1888	20	Calendar to Christ Church Deeds in Novum Registrum, 1174-1684. Index to Deputy Keeper's 16th, 17th, 18th, 19th, and 20th Reports.	[C.5535]	0 8½
1889	21	Index to Calendars of Fiants of the reign of Queen Elizabeth. Letters A—C.	[C.5835]	1 0
1890	22	Catalogue of Proclamations, 1618-1660 - -	[C.6180]	0 2½
		Index to Fiants of Elizabeth. D—Z - -	[C.6180 i.]	2 0
1891	23	Catalogue of Proclamations, 1661-1767.—Calendar to Christ Church Deeds, 1177-1462.	[C.6504]	1 1
1892	24	Catalogue of Proclamations, 1767-1875. Contents of the Red Book of the Exchequer. Calendar to Christ Church Deeds, 1462-1602.	[C.6765]	0 9½
1893	25	Regulations respecting State Papers. Instructions for Parochial Custodians. Index to Twenty-first to Twenty-fifth Reports.	[C.7170]	0 3
1894	26	Abstract of Antrim Inquisition, 3 James I., Bankruptcy Records, 1857-1872; Early Plea Rolls to 51 Edward III.	[C.7488]	0 3½
		Index to the Act or Grant Books, and to Original Wills, of the Diocese of Dublin to the year 1800.	[C.7488 i.]	4 4
1895	27	Records from Courts and Offices transferred to, and deposited at the Public Record Office in Ireland.	[C.7802]	0 2½
1896	—	Index to Calendars of Christ Church Deeds 1174-1684, contained in Appendices to 20th, 23rd, and 24th Reports.	[C.8080]	0 5½
1896	28	(1.) Report on the Early Plea Rolls, continued from 51 Edward III.	[C.8163]	0 5½
		(2.) Table showing present Custodies of Parochial Records.	—	—
1897	29	Copy and Translation of Five Instruments of Record in the Public Record Office of Ireland, written in the Irish Character and Tongue, 1584-1606.	[C.8567]	0 3
1898	30	Report on M. S. S. of Sir T. Phillipps' Library; Index to Deputy Keeper's Reports, 26th to 30th, incl.	[C.9030]	0 3½
1899	31	Report of Proceedings, and Appendix (1) Corrections to the Addenda to the Dublin Grants Index in Appendix to the 26th Report;	[C.9478]	0 5½
		(2.) Notes on the Departmental Letters and Official Papers, 1760-89.		
1900	—	Index to the Act or Grant Book and Original Wills of the Diocese of Dublin from 1800-1858.	[Cd. 4]	4 7
1900	32	Report of proceedings and Appendix.—Report on the Records of the Clerks of the Crown and Peace transferred prior to 1900.	[Cd.274]	0 6
1901	33	Report of Proceedings and Appendix (1) Notes on Manuscript Volumes connected with the Irish Revenue, the Court of Trustees of Forfeited Estates, &c., in the possession of Earl Annesley;	[Cd.729]	0 5
		(2) Report on the Books of the Treasury and Accounting Departments in Ireland.		